

[illegible]

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

CVM

INTERPRETATIONE ET NOTIS INTEGRIS

IOHANNIS HARDVINI

ITEMQVE

CVM

COMMENTARIIS ET ADNOTATIONIBVS

HERMOLAI BARBARI PINTIANI

RHENANI GELENII

DALECHAMPII SCALIGERI SALMASII

IS. VOSSII I. F. GRONOVII

ET VARIORVM

VOLVMEN QVINTVM

RECENSVIT

VARIETATEMQVE LECTIONIS

ADIECIT

IOH. GEORG. FRID. FRANZIVS

LIPSIAE

IMPENSIS GVILIELMI GOTTLOB SOMMERI

A. C. MDCCLXXXV.

C. PLINII SECVNDI

NATVRALIS HISTORIAE

LIBER DECIMVS QVARTVS.

I. Externae arbores, indocileſque naſci alibi, quam vbi coepere, et quae in alienas non commeant terras, hactenus [1]fere ſunt. Licetque iam de communibus loqui, quarum omnium peculiaris parens videri poteſt Italia. Noſcentes tantum meminerint, naturas earum a nobis interim dici, non culturas: quamquam et colendi [2]maxime *a.* in natura portio eſt. Illud ſatis mirari non queo, [3]interiiſſe quarumdam memoriam, atque etiam nominum, quae auctores prodidere, notitiam. Quis enim non communicato *b.* orbe terrarum, maieſtate Romani imperii, profeciſſe vitam *c.* putet commercio rerum ac ſocietate feſtae pacis,

1. *Fere narratae ſunt. Dal.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. maxima Gr. et Al.* 3. *interiſſe. Gr.*

a. Et colendi maxime) Etiam maxima culturae pars pendet a natura. H.

b. Communicato) Orbe terrarum facto promiſcui vſus, amplitudine imperii Romani. H.

c. Profeciſſe vitam) Profeciſſe *homines* in vita, ex vſu rerum. H.

pacis *d.*, omniaque etiam quae occulta ante fuerant, in promiscuo vsu facta? At hercules non [1] reperiuntur, qui norint multa ab antiquis prodita: [2] tanto priscorum cura fertilior, aut industria felicior fuit, ante millia *e.* annorum inter principia litterarum Hesiodo praecepta [3] agricolis pandere orso, subsequutisque non paucis hanc curam eius, vnde nobis creuit labor: quippe quum requirenda sint non solum postea inuenta, verum etiam ea, quae inuenerant prisci, [4] desidia *f.* rerum internecione memoriae inducta. Cuius somni causas quis alias, quam publicas mundi, inuenerit? Nimirum alii subiere ritus, circaque alia mentes hominum detinentur, et auaritiae tantum artes coluntur. Antea

1. *Multi non rep. qui norint ab antiquis.* 2. *Tantum. V.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. agricolae Gr. et vulgg.* 4. *des. aut rerum intern. memoria inducta. indicta. M. et Ch.*

d. *Ac societate festae pacis)* Quo die Romani pacem cum hoste faciebant, Diis tantum sacra persoluebant, et vota, ab omni opere abstinentes. Inde festa pax. *Dalec.*

Festae pacis) Laetae et iucundae. Sic Lib. II. S. 45. *Nunc vero pace tam festa, tam gaudente rerum prouentu*, etc. H.

e. *Ante millia)* Scribendum existimo, *Ante mille annos*, non *ante millia annorum.* Nam a Plinio ad Homerum mille anni intercesserunt, vt testatur vel Iuuenalis versus, *atque vni cedit Homero, Propter mille annos.* et Plinius septimo, cap. 16. *Iam vero ante annos prope mille vates ille Homerus non cessauit minora corpora mortalium quam prisca conqueri.* Porro Hesiodum eodem fuisse tempore quo Homerus, auctores nonnulli tradunt. *Pint.*

Ante millia) Sic MSS. R. Colb. Th. De aetate Hesiodi diximus in Auctorum indice. H.

f. *Desidia)* Propter hominum desidiam memoria rerum intermortua, deleta, exstincta. In MSS. R. 1. Colb. 3. et Chiffl. *indicta.* In Colb. 2. Th. aliisque, *inducta.* H.

Antea inclusis gentium imperiis intra ipsas, ideoque et ingeniis, quadam sterilitate fortunae *g.*, necesse erat animi bona [1] exercere: regesque *h.* innumeri honore artium colebantur, et in ostentatione has praeferebant *i.* [2] opum, immortalitatem sibi per illas [3] prorogari arbitrantes. Quare abvndabant et praemia, [4] et operae vitae. Posteris laxitas mundi *k.* et rerum amplitudo damno fuit: postquam Senator censu legi coeptus, iudex fieri censu, magistratum ducemque nihil magis exornare, quam census: postquam coepere orbitas in auctoritate *l.* summa et potentia esse, captatio in quaestu fertilissimo, ac sola gaudia in possidendo: pessum iere vitae pretia: omnesque a maximo *m.* bono liberales dictae artes, in contrarium cecidere, ac seruitute sola profici [5] coeptum. Hanc alius alio *o.* modo,

1. *Exercere reges.* M. 2. *opes.* V. *praeferebant, opem et immortalitatem.* M. 3. *praerogari.* M. 4. *operā.* Dal. 5. *coeptae.* M.

g. *Sterilitate fortunae)* Quum spes nulla foret extra patriae angustias amplificandae fortunae. H.

h. *Regesque)* Vt Hieron, Attalus, aliique, de quibus in Auctorum indice diximus. H.

i. *Has praeferebant)* Hanc opum suarum partem praecipuam ducebant. H.

k. *Laxitas mundi)* Latitudo possessionum amplior. H.

l. *Orbitas in auctoritate)* Quoniam qui liberis carerent, horum beneuolentia, spe hereditatis adeundae, omni obsequiorum genere captaretur. H.

m. *Maximo etc.)* Libertate. Dalec.

A maximo bono) A libertate scilicet. Sunt enim liberales artes, quae ingenio coluntur, atque idcirco dignae sunt liberis ingenuisque hominibus. Vnde et ingenuae quoque a Tullio appellatae. H.

n. *Profici coeptum)* In MSS. *coeptae.* Forte, *perfici coeptae.* H.

o. *Hanc alius alio modo et in aliis adorare)* Budaeus verba haec ex fide antiquorum

modo, et in aliis adorare: [1] eodem tamen, habendique

1. *Eodem tamen habendi, quo eat spes omnia tendente voto.* Gr et Al.

rum codicum superfluere scribit, habentur tamen in nostris, tractat et hunc locum Rhenanus, vir doctus et de Plinio bene meritus. *Pint.* *Alius hanc alio modo et in aliis adorare, eodem tamen habendi quaestu ad spes hominum tendente voto)* In edit. quam nobis dedit Lutetia, annotatum est Gulielmum Budaeum virum eruditissimum, priorem istius sententiae partem tanquam subdititiam resecuisse, non inuentam in vol. quodam veteri. De qua re equidem multum miror. Nam ea dempta video sententiae quoque elegantiam perire, quae est in his verbis, *alio modo, et in aliis*, deinde *eodem voto.* Vult enim hoc dicere Plinius: *miram esse seruientium diuersitatem propter varias seruitutis species: et rursus miram conuenientiam, dum omnes huc spectant, vt ditescant.* Alteram vero partem nempe posteriorem sic legendam putat, *eodem tamen habendi, quo spes omnium, tendente voto.* Manuscr. exemplar hic habet, *Hanc alius alio modo et in aliis adorare, eodem tamen habendique ac spes omnium tendente voto.* Proinde malim legere: *Hanc alius alio modo et in aliis adorare, eodem tamen, habendique spes omnium accendente voto.* Nam coniicio *adcendente* scriptum fuisse auulsa primore syllaba a reliquis, hoc modo *ad cendente.* Quúmque librarius duas esse dictiones putaret, praepositionemque suo casu carere, transtulit hanc in anteriorem locum, aptius legi censens, *ad spes omnium*, quam *spes omnium ad.* Deinde *cendente*, quod nihil significabat mutauit in *tendente.* Caeterum *habendique*, expositiuum est, vt sit, *Eodem voto habendique voto*, hoc est, *eodem voto*, nempe habendi, *spes omnium accendente.* Suspicatus aliquando sum pro *habendique* scribendum *appendice*, sed alterum magis probatur. *Rhenanus.*

Hanc alius) Seruitutis, inquit, genera diuersa fuere, mira et seruientium animorum diuersitas, dum alius alium et alio modo coleret: eodem tamen omnium adspirante voto, nempe ad spem habendi ditescendique. Vide N. et Em. N. I. (hic pos.) *Eodem etc.)* In huius loci explicatione exercuere se frustra summa ingenia. Rhena-

dique ad ſpes, omnium tendente voto. *p.* Paſſim vero etiam egregii aliena vitia, quam bona ſua, colere [1] malle. Ergo hercules voluptas viuere coepit, vita ipſa *q.* deſiit. Sed nos oblitterata quoque ſcrutabimur: nec deterrebit quarumdam rerum humilitas, ſicut nec in animalibus *r.* fecit. Quamquam videmus Virgilium praecellentiſſimum vatem, ea de cauſa hortorum dotes fugiſſe *s.*: [2] et e tantis,

1. *Malunt. Dal.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. e tantiſque Gr. et Al. omiſſa coni. et.*

Rhenanus legendum putauit: *Eodem tamen, habendique ſpes omnium accendente voto.* Hoc eſt, eodem voto nempe habendi, ſpes omnium accendente. Parm. ed. *Eodem tamen quaeſtus ad ſpes habendi omnium tendente voto.* Pintianus: *Eodem tamen, quaeſtus ſpe, omnium tendente voto:* expuncta *habendi* vocula. Nobis ab omnium MSS. fide, qui lectionem eam, quam ſequuti ſumus, totidem apicibus repraeſentant, diſcedere religio fuit: nulla Frobenio, qui princeps et auctor ita edendi fuit, quemadmodum in libris hactenus editis habetur, *Eodem tamen habendi, quo eat ſpes, omnium tendente voto.* H.

p. Eodem tamen habendi quo eat ſpes hominum tendente voto) Sic Budaeus legit: ſed non ſapit haec ſententia ſalem et elegantiam Plinianam. Ego puto redundare verbum illud *habendi*, et cetera ſic legenda: *Eodem tamen, quaeſtus ſpe, omnium tendente voto:* vt ſit *eodem*, aduerbium, hoc eſt, ad eamdem ſeruitutem: nam ambo noſtri codices *omnium* habent, non *hominum*. Pint.

q. Vita ipſa) Homines ipſi. Familiaris Plinio ea loquutio eſt: Infra ſ. 5. *Quantum poſtea CCXXX annis vita profecerit:* hoc eſt, homines profecerint, hominum vſus et experientia, in vita. Sect. 29. *Nec ſegniter in eo vita elaborauit.* Libro ſeq. ſ. 1. *Heſiodus cultum agrorum docendam arbitratus vitam.* Plura ex Indice verborum exempla repete. H.

r. Nec in animalibus) Ne animalculorum quidem, quae inſecta vocant, tractatione praetermiſſa: actum enim eſt de iis volumine operis huius vndecimo. H.

s. Hortorum dotes fugiſſe) De hortorum cultura nihil ſcripſiſſe. *Dalecampius.*

Hortorum dotes) Nihil de horto-

tantis, quae retulit, flores modo *t.* rerum decerpsisse, beatum *u.* felicemque [1] gratiae, xv. omnino generibus vuarum nominatis, tribus oleae, totidem pirorum, malo vero tantum Assyrio, ceteris omnibus neglectis.

II. Vnde autem potius incipiemus, quam a vitibus? quarum principatus in tantum peculiaris Italiae est, vt vel hoc vno omnia gentium vicisse *x*, [1] quam

1. *Gratia. Alii. Graeciae. Parm.*

hortorum cultura scripsisse. Sic enim ipse Georg. L. IV. v. 118. *Forsitan et pingues hortos quae cura colendi Ornaret, canerem; biferique rosaria Paesti, etc. Verum haec ipse equidem spatiis disclusus iniquis Praetereo, atque aliis post commemoranda relinquo.* Verum hanc desertarum a praecellentissimo vate partium possessionem occupauit cum laude, et insigni commendatione doctrinae, atque elegantiae *Ren. Rapinus* e Societate nostra, singulari opere de cura hortorum: quod opus exceptum vbique cum admiratione, in Gallia finitimisque regnis iam tot fere, quot ipsum Maronem, typis excusum, redditum est etiam Anglico carmine, et quidem expolito. H.

t. Flores modo) Hoc est, ea tantum attigit, quae floridiore, vt ita dicam, oratione narrari, exornarique: quae nitorem et ornamentum recipere possent: vnde in eo Georgicon opere tam crebrae digressiones a proposito, quibus occurrat satietati et fastidio. H.

u. Beatum) Felicem, inquit, virum, qui tantam sit gratiam consequutus, tam paucis etiam ex frugiferarum arborum numero appellatis: quarum tamen tractationem integram sibi proposuisse eo opere videbatur. Barbarus hunc locum praepostere interpretatur. H.

x. Vt vel hoc vno omnia gentium vicisse, quamquam odorifera, possit videri bona) Vetustus codex non habet, *quamquam odorifera*; sed tantum *quam odorifera.* Coniicio scriptum fuisse *vsquam.* Nec enim hic placet *inquam*, magis placeret *quamlibet.* Itaque sic leges, *Quorum principatus in tantum peculiaris Italiae est, vt vel hoc vno omnia gentium vicisse vsquam odorifera possit videri bona.* Rhenanus.

[1]quam odorifera *y.*, possit videri bona: quamquam vbicumque [2]pubescentium *z.* odori nulla suauitas praefertur. (I.) Vites iure apud *a.* priscos magnitudine quoque inter arbores *b.* numerabantur. Iouis simulacrum in vrbe [3]Populonio *c.* ex vna conspicimus, tot aeuis incorruptum: item Massiliae pateram. Metaponti templum Iunonis vitigineis colum-

1. *Quamquam odorifera Gr. et Al.* 2. *florescentium. Turn.* 3. *Populonia Pint.*

y. Quam odorifera) Hoc est, praeter odorifera: vel odoriferarum terrarum bonis exceptis. Vide N. et Em. N. II. (hic coll.) *Quam o.)* Ita restituimus admonitu codicum R. Colb. Th. et aliorum. Nullus enim, ipso attestante Rhenano, habet *quamquam odorifera*, vt in libris vulgatis legitur. Et vox ipsa *quamquam*, quae statim iterum occurrit, locum hic sibi deberi negat. Et ipsa loci sententia, *quam odorifera*, hoc est, praeterquam odorifera, legi postulat: Ait enim vitium bono, gentium ceterarum, terrarumque, si odoriferas exceperis, bona superari: ac veluti se ipse deinde retexens, oratoria correctione, ne haec ipsa quidem odorifera bona, excipi oportere subiicit: *Quamquam*, inquit, *vbicumque pubescentium* vitium *odori, nulla suauitas* odoriferarum arborum *praefertur.* H.

z. Pubescentium) Vitium nempe florentium. Martial. L. III. ep. 65 *Vinea quod primis floret cum cana racemis, etc.* H.

a. Vites iure apud, etc.) Theophrastus cap. 5. lib. I. hist. vitem inter arbores recenset. Columella lib. II. arborem esse negat, sed medium quoddam genus inter arborem et fruticem esse vult. *Dal.*

b. Inter arbores) Horat. Lib. I. Od. 18. *Nullam, Vare, sacra vite prius seueris arborem.* Et Vlpianus L. XLVII. Dig. tit. 7. arboris appellatione vites quoque censeri ait. H.

c. Iouis simulacrum in vrbe Populonia) Geographi omnes *Populonium* appellant, non *Populoniam*: et sic in Pomponium legendum diximus, sicque duo nostri codices praeferunt. Virgilius tamen poëtica licentia, nomine abusus *Populonia* protulit lib. X. *Pint.*

columnis ſtetit. Etiam nunc ſcalis tectum Epheſiae Dianae ſcanditur [1] vna e vite Cypria, vt ferunt, quoniam ibi ad praecipuam amplitudinem exeunt. Nec eſt ligno vlli aeternior [2] natura. Verum iſta ex ſilueſtribus *d.* facta [3] crediderim.

III. Hae vites *e.* tonſura annua coërcentur, et vis earum omnis euocatur in palmites *f.*, aut deprimitur in propagines, ſuccique *g.* tantum gratia [4] exire finitur pluribus modis ad caeli mores, ſolique ingenia. In Campano agro populis nubunt: maritaſque complexae, atque per ramos earum procacibus brachiis geniculato curſu *h.* ſcandentes, cacumina aequant, in tantum ſublimes, vt [5] vindemi-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. ex vite. Dal. vite vna Cypria Gr. et Al.* 2. *materia. V.* 3. *crediderim, quando hae vites Gr. et Al.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. gratia ex his pluribus modis Gr. et Al.* 5. *ſic ex MSS. em. Hard conſ. Ch. vindemiator. Gr. et Al.*

d. Verum iſta ex ſilueſtribus etc.) Lege: *Verum iſta ex ſilueſtribus facta crediderim. Mites tonſura annua coërcentur, et vis earum omnis euocatur in palmites, aut deprimitur in propagines, ſuccique tantum gratia exire finitur, pluribus modis ad caeli mores ſolique ingenia.* Vide Salmaſ. p. 817. a.

e. Hae vites) Ita MSS. omnes. Nempe ſatiuae, ſiue mites, quae ſilueſtribus opponuntur: eae namque quotannis tonſae, aut in propaginem depreſſae, ſuppeditare materiae ſeu ligni copiam vix queant ad opera inteſtina, cuiuſmodi proxime recenſita ſunt. H.

f. In palmites) Palmites ſunt vtilia in fructum flagella vitium. H.

g. Succique) Vini tantum gratia exire et creſcere finitur, idque pluribus modis, quos deinde expedit. Sunt porro modi illi diſpares, pro caeli more, et ſoli ingenio. H.

h. Geniculato curſu) Quoniam in vitium palmitibus internodia quaedam articulique ſunt geniculorum inſtar, γονατώδη, quibus modo huc, modo illuc repunt. H.

demitor *i.* auctoratus *k.* rogum ac tumulum excipiat. Nullo fine crescunt, diuidique, aut potius auelli nequeunt. Villas et domos ambiri singularum palmitibus ac sequacibus [1] loris *l.*, memoria dignum inter prima Valerianus quoque Cornelius existimauit. Vna vitis Romae in [2] Liuiae porticibus *m.* subdiales inambulationes vmbrosis [3] pergulis *n.* opacat, eadem duodenis musti amphoris fecunda.

A 5 Vlmos

1. *Sic ex MSS. em. Hard. loris, memoria quoque dignum Valer. Corn. V. sequacibus loris quoque, memoria Gr. et Al.* 2. *Lunae porticib. subdiuales. M.* 3. *operculis. M.*

i. Vindemiator auctoratus, etc.) Dum ad putandum vineam conducitur, paciscitur, si forte casu pereat, rogum ac sepulchrum sibi fieri impendio auctorantis.

Vt vindemitor) Vindemitor operam suam locans vineae putandae, apud Praetorem hac exceptionis formula vtebatur: vt si casu interiret, rogi sibi ius et sepulcri foret, locantis siue auctorantis impendio. *Excipere* hoc loco est, nominatim cauere, ac nominatim pacisci de rogo et tumulo. H.

k. Auctoratus) Ad hanc operam periculosae plenam aleae quasi pretio obligatus. Vide quae de hac voce dicturi sumus, L. XXXVI. s. 24. H.

l. Loris) Flagellis, ceu *quibusdam* loris sese spargendo dilatantibus. H.

m. In Liuiae porticibus) De Liuiae porticu vide Sueton. in Augusto. De porticibus milliariis, stadiariis, subterraneis, simplici, duplici ordine columnarum exstructis, vide Lucium Faunum cap. 5. lib. III. in explicatione porticus Octauiae, vbi nunc est fanum Diuae Mariae in porticu. *Dalec.*

n. Vmbrosis pergulis) Pergulae sunt tabulata e vite opere topiario structa. Hinc apud Colum. L. III. c. 2. pergulanae vites, quae pergulas exornant, arundinibus impositae: *Vne treille.* Vites pergulas alio significatu dixit Petrus de Crescentiis, L. IV. c. 4. extr. p. 143. Habuisse se vitem Ammineam, in pergulis, quae denas amphoras peraequaret, Columella testatur, L. III. c. 9. H.

[1]Vlmos quidem vbique exſuperant. Miratumque altitudinem earum Ariciae ferunt legatum regis Pyrrhi Cineam *o.*, facete luſiſſe in auſteriorem guſtum vini *p.*, merito matrem eius pendere in tam alta cruce. Rumbotinus vocatur *q.*, et alio nomine [2]populus arbor *r.* Italiae Padum tranſgreſſis, cuius

1. *Vlmi q. v. exuberant. M.* 2. *opulus. Dal.*

o. Legatum regis Pyrrhi Cineam) Eum ἄπρακτον, infecta pace Senatus remiſit, vt ait Plutarchus in Pyrrho, ἀποκρινάμενοι ἐξελθόντα τῆς Ἰταλίας εἰ δέοιτο, περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας διαλέγεσθαι. De eo legato Ennius apud Varronem: *Orator ſine pace regique refert rem.* Dal.

Cineam) Diximus de Cinea L. VII. ſ. 24. H.

p. In auſteriorem guſtum vini) Vinum eiuſmodi atrum et aſperum, Crucium vocat Feſtus, Gallam Lucilius: *Quae gallam bibere ac rugas conducere ventri Farre acetoſo, oleo decumano, pane coëgit Cumano.* Exemplo Alexidis poëtae; οἶνος ξενικὸς παρῆν, ὁ γὰρ Κορίνθιος βασανισμός ἐστι. *Dal.*

In auſteriorem) Et hanc auſteritatem noſtro tempore magna ex parte ferunt Ariciae vina, inquit Andr. Baccius, L. VI. de vinis Ital. p. 281. H.

q. Rumbotinus vocatur) Rumbotinus Columel. cap. 7. lib. V. non arboris genus, ſed arbuſti Gallici, vulgo *de Hautins.* Vide infra cap. 19. lib. XXIV. *Dal.*

r. Populus arbor) Alii *opulus arbor* malunt, quam corno ſimilem facit Columella. Vide N. et Em. N. III. (hic conſp.) *Pop.)* Sic libri omnes, etiam MSS. proxime appellati. Sunt tamen, qui *opulus arbor* legi hoc loco ex Columella malint: quibus ego lubens aſſentior. Sic enim ille L. V. c. 7. p. 192. *Eſt alterum genus arbuſti Gallici, quod vocatur Rumpotinum: id deſiderat arborem humilem, nec frondoſam: cui rei maxime videtur idoneus opulus: ea eſt arbor corno ſimilis. Quin etiam cornus, et carpinus, et ormus, nonnumquam et ſalix a plerisque in hoc ipſum diſponitur.* Itaque Rumpotinum Columellae arbuſti genus eſt, ὁ δενδρῶν, vitibus maritandis idoneum, ex opulo, cornu, aliiſue conditum, quemadmodum vlmarium ex vlmis. Ipſae vero arbores, quibus rumpotinum conſtabat, rumpotinae

cuius tabulata *s.* in orbem patula replent, puroque [1] perductae dracone in palmam eius *t.*, inde in subrectos ramorum digitos flagella dispergunt. Eaedem modici hominis altitudine adminiculatae sudibus *u.* [2] horrent, vineamque faciunt: [3] et aliae improbo *x.* reptatu pampinorumque [4] superfluitate,

1. *Sic et Ch. perducto. Turn. producto dracone Gr. et Al.* 2. *haerent. Alii.* 3. *vt aliae. Quidam. et alias. Alii.* 4. *superflua petulantia. Dal.*

tinae quoque et ipsae dicebantur, teste eodem Columella, p. 198. Plinius, L. XXIV. f. 112. *Rumpotinum arborem demonstrauimus inter arbusta.* Peculiare arboris genus hac voce signat: atque, vt arbitror, opulum eam, de qua Columella. Quo vero nomine appellari apud nos oporteat, atque adeo num apud nos viuat, disceptant herbarii. Verum et populum in hos vsus olim adhibitam haud temere credimus: quum hodieque ad Bononiam, Parmam, Placentiamque, in agris vites, infinita serie, arborumque potius nemora populnearum, vlmorumque sint, in quibus subleuatae ab humo vites cum pendulis racemis iucundo propendent spectaculo. H.

s. Cuius tabulata) Hoc est, ramos, truncosque proiectos in morem tabulati: Hos vites amplexae replent. H.

t. Perducto dracone in palmam eius) Emerito palmite, multis annis durato. Sic vocant a squamoso et aspero cortice, qualis est draconum cutis, vel a longitudine anguinea. Scalig. pag. 312. vers. 33. *Dal.*

Perductae dracone) Ita MSS. non *producto.* Draconem vocant palmitem emeritum, multis annis duratum: Palmam, partem eam trunci seu caudicis, cuius ab vtroque latere ramuli, velut digiti e palma volaque manus, subriguntur: cui trunco vitis applicata innititur, vt dicemus, L. XVII. f. 35. H.

u. Sudibus) Palis, pedamentis. Gallis *des échalas.* Vnde *échalasser vne vigne*, palos figere, quibus vitis adminiculetur. H.

x. Et aliae improbo) Vide N. et Em. N. IV. (hic adi.) *Et a.)* Ita quidem Parmensis editio, aliaeque. At in MSS. R. Colb. Th. etc. hoc tantum: *Et aliae improbo reptatu, pampinorumque peritiam damna discursu atria media complen-*

tate, peritia [1] domini amplo discursu atria media [2] complentes. *y.* Tot differentias vel sola tantum Italia recipit. Stat prouinciarum aliquarum per se vitis *z.* sine vllo pedamento, artus suos in se colligens, [3] et breuitate crassitudinem pascens. Vetant hoc [4] aliubi venti: vt in Africa et in Narbonensis *a.* prouinciae partibus. Excrescere [5] vltra suos pollices prohibitae *b.*, semperque [6] pastinatis similes *c.*, herbarum modo vagantur *d.* per arua, ac

1. *Hominis.* V. 2. *complent.* Dal. 3. *breuitatem crassitudine pensans.* Dal. 4. *alicubi.* M. 5. *vltra senos.* Dal. 6. *putatis.* Dal.

complentes. Quae quidem verba expedienda aliis et corrigenda relinquimus, properantes ad maiora. H.

y. Amplo discursu atria media complentes) Hae sunt iugatae et compluuiatae vites. *Dal.*

z. Stat - per se vitis) Et haec vitis erecta, Graecis ὀρθάμπελος appellatur: in Andegauensi, Vasconicoque Galliae agro frequens. Apud Monspelienses ita coluntur vites, vt stipites vix cubitum excedant, nec pedamentis vtantur. Ramos fere quotannis omnes abscindunt, stolonibus modo paruis relictis. H.

a. Narbonensis) Plinius L. II. s. 46. *Item in Narbonensi prouincia clarissimus ventorum est Circius, nec vllo violentia inferior, etc.* H.

b. Excrescere vltra suos pollices prohibitae) Codex Toletanus, *prohibentes* non *prohibitae.* Pintianus.

Vltra suos pollices) Sic L. XVII. s. 35. *Vt semper pollices tantum relinquantur:* Ne ventorum scilicet vehementiae iniuriaeque pateant. Quid sint in vite pollices nescisse Dalecampius videtur, qui *vltra senos pollices*, infelici coniectura legi hoc loco iubet. Nos L. XVII. s. 35. de iis dicturi sumus: vbi et de iusta altitudine vitis agitur, quae sine pedamento ordinatur, qualis ea est, de qua nunc instituta oratio est. H.

c Semperque pastinatis similes) Legendum reor non *pastinatis*, sed *per se natis.* quod manifeste indicant verba statim sequentia, *Herbarum modo vagantur per arua.* Et considerandum an scribendum sit paulo ante, *duos pollices*, non *suos pollices.*. Pint.

ac succum terrae passim vuis bibunt, quae ob id magnitudinem infantium puerorum in interiore Africae parte exsuperant. Vua non [1] aliubi [2] gratior *e.* callo, vt inde possit inuenisse nomen [3] duracina. *f.* Namque genera magnitudine, colore, saporibus, acinis innumera, etiamnum multiplicantur vino. Hic purpureo lucent colore, illic ful-

1. *Alibi.* *Ch.* 2. *crassiore.* *Turn. cap.* 26. *lib.* XXV. 3. *durus acinus.* *Ch.*

Pint. *Semperque pastinatis similes)* Nam cum vinea pastinatur, soluta suis adminiculis sarmenta vinitores humi iacere patiuntur, quoad putata suis rursum pedamentis alligent. *Dalec.*

Pastinatis) Quoniam dum pastinatur vitis, sarmenta vinitores humi iacere patiuntur, donec vite putata ea suis iterum pedamentis alligent. At haec sparsis sponte semper per terram palmitibus iacet, vt dicetur Lib. XVII. s. 35. H.

d Vagantur) Et hae prostratae vites appellantur, quae a trunco enatae statim proserpunt, ac veluti proiectae per humum porriguntur, proferuntque fructus iucundissimos; Apud Andegauenses et Rupellenses, crebrae. In Asia quoque, et Africa, vt Plinius monet, L. XVII. s. 35. multis in locis terra cubilia praebet vuis. Gallis, *vignes courantes.* H.

e. Vua non aliubi gratior) Ita libri omnes, etiam MSS. non *crassior* vt Turnebo placuit Aduu. L. XXV. c. 26. p. 899. Et gratam esse vuam ad gustum ait Auctor, et callo praeditam: hoc est, carne seu corpore ad morsum paulo solidiore ac duriore: nunc *Maroquin* vocant: qualem in horto Regio vidimus: vnde forte nomen vuae datum, Duracinae. In omnibus MSS. legitur, *Durus acinus.* Meminit vuae duracinae Sueton. in Augusto c. 76. ipsius verba recitans eiusmodi: *Dum lectica ex regia domum redeo, panis vnciam cum paucis acinis vuae duracinae comedi.* Prope Vesuuium ab arboribus id genus vuarum pendet, teste Sanfelic. in descr. Campaniae. H.

f. Duracina) Vulgo *Piquepoulle*, Monspessulanis vero *Marroquin* a *Marroch* Africae ciuitate. *Dalec.* Sic appellatur a duritia acini omnibus rei rusticae scriptoribus, et postea etiam liquebit. *Pintianus.*

fulgent roseo, nitentque viridi. Candicans enim nigerque, vulgares. Tument vero mammarum modo bumasti *g*. Praelongis dactyli *h*. porriguntur acinis. Est [1] illa naturae lasciuia, vt praegrandibus adhaereant parui, [2] mites, et suauitate certantes: leptoragas *i*. has vocant. Durant aliae per [3] hiemes, [4] pensili *k*. concameratae nodo. Aliae in sua tantum *l*. continentur anima ollis fictilibus, et

1. *Est et illa Gr.* 2. *comites. Cod. Tol.* 3. *sic et Ch. hiemem Gr.* 4. *pensiles, congeminatae nodis. Dal. pensili conglomeratae nodo. V. pen. conc. modo. M.*

g. *Bumasti)* *Ollares* vocat Aurelianus. Vide Columellam cap. 43. lib. XII. Martial. lib. VII. de Sanctra coenarum fure his versibus: *Dulci placenta sordidam linit mappam, Illic et vuae collocantur ollares.* Aëtius vocat σαφυλὴν ἀπὸ χύτρας, καὶ ἐκ τῶν σεμφύλων. Dioscor. σαφυλὴν ἐκ σεμφύλων, καὶ ἐκ τῶν βηκῶν. *Dalec.*

Bumasti) Βουμαςοὶ, quasi vaccae mammas magnitudine referant. ΒΣ in compositione dictiones auget, quod saepius dicendum erit. Bumamma Varroni de R. R. c. 5. et Macrobio, Sat. L. II. c. 16. p. 379. haec vua dicitur. Virgil. Georg. L. II. v. 102. *Et tumidis, bumaste, racemis.* Hoc vuarum igitur genus rotundatur acino, vt id quod proxime sequitur, porrigitur praelongo. H.

h. Dactyli) A digitali gracilitate, vt ait Plinius l. 4. Gallis, *Raisins au long grain.* H.

i. Leptoragas) A tenuitate acinorum, ceu granorum vuae. Est enim ῥὰξ vuae granum: λεπτὸν, tenue: vnde λεπτοραγες. H.

k. Pensili) Suspendi eas iubet e camera, et nodo ligari. Quae ita suspenduntur, opportunissimas esse duracinas auctor est Varro de R. R. L. I. c. 58. ex Catone c. 7. Haec vua pensilis Horatio, L. II. Sat. 2. v. 121. *Tum pensilis vua secundas Et nux ornabat mensas, cum duplice ficu.* Plauto, in Poenulo, Act. I. Sc. 2. v. 99. *Vua passa pensilis.* Sic hodieque Prouinciales vuae in horreis maxime suspenduntur. H.

l. Aliae in sua tantum, etc.) Horum conditurae generum meminit Cato c. 143. et c. 7. Varro c. 58. *Dal.*

Aliae in sua - anima) Anima vis ea est, qua fructus quili-

et insuper [1] doliis inclusae, stipatae vinaceis *m.* circumsudantibus. Aliis gratiam, qui et vinis, fumus affert fabrilis *n.*: [2] iisque gloriam praecipuam in fornacibus Africae Tiberii Caesaris auctoritas fecit. Ante eum Rhaeticis *o.* prior mensa erat, et vuis *p.* Veronensium [3] agro. Quin et a patientia *q.* nomen

1. Doliis fictilib. Ch. 2. *quae in ea gloria praecipua.* *Ch.* 3. *agri. Dal.*

quilibet et poma ipsa pollent, dum a matre pendent, aut vbi statim decerpuntur. Plin. L. XIII. s. 9. de palmulis: *Thebaidis fructus extemplo in cados conditur, cum sui arboris anima: ni ita fiat, celeriter exspirat,* etc. Varro, l. c. *Vuam Ammineam, et Apiciam in ollis commodissime condi Cato ait.* Has aliasque arbitror, ab ollis, in quibus conderentur, ollares appellatas a Martiali, L. VII. ep. 19. Idem de Venucula tradit Horatius, vt dicturi sumus sect. sq. H.

m. Stipatae vinaceis) Vinacea siue vinacei hic sunt grana, seu retrimenta vuae iam passae: *le marc des raisins déja foulez.* Graeci στέμφυλα vocant. H.

n. Fumus affert fabrilis) Fabriles vocat Aurelianus cap. 3. lib. IV. Chronicon. Vide cap. 1. lib. XXIII. et cap. 17. lib. XV. *Dal.*

Fumus affert) De hoc more Horat. L. II. Sat. 4. v. 74. *Rectius Albanam fumo duraveris vuam.* Cael. Aurel. Chron. L. IV. c. 3. *Item vua,* inquit, *et magis fumi vapore siccata, quam fabrilem appellant.* Iterum *vuas fabriles* idem dixit, Lib. III. c. 2. H.

o. Rhaeticis) Qua de vite Virgil. Georg. L. II. v. 96. *Et quo te carmine dicam, Rhaetica?* In Valle Telina, vt vocant, ad flumen Adduam, crescunt eae vites. H.

p. Et vuis) MSS. omnes, *et vllis.* Latere hic proprium agri nomen suspicamur. An *et Tullis?* An *et visulis*, de quibus sect. sq. H.

q. Quin et a patientia, etc.) Fallitur Plinius. Passas vocamus, quod ad Solem expandantur. *Dal.*

Quin et a patientia) Quia Solem passi, cuius calore siccantur: vel ignem, vt docet Columella, L. XII. c. 16. de vuis passis faciendis, p. 423. Nonius paulo aliter c. 1. n. 38. *Passum*, inquit, *est proprie rugosum, et siccum; vnde et vua passa dicta est, quod sit rugis implicata. Lucilius Satyr. L. IX. Rugosi passique senes eadem omnia quaerunt.* Gallis,

nomen acinis datur passis. Conduntur et musto vuae *r.*, ipsaeque vino suo inebriantur. Aliae decoctae in musto dulcescunt, aliae vero sobolem nouam in matre ipsa exspectant [1] translucidae vitro *s.*: additque acinis [2] eamdem, quam in doliis *t.* amphorisue, duratricem illam firmitatem austeritas picis infusa pediculo. *u.* Iam inuenta [3] per se *x.* in vino picem [4] resipiens, Viennensem agrum nobili-

1. *Translucido, Dal.* 2. *tandem. V.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. inuenta vitis per se Gr. et Al.* 4. *resipiens Viennensi agro. Nobilitas Aruerno. V.*

Gallis, *Raisins secs, Raisins sechez au Soleil, Raisins de passe,* quales sunt Corinthiaci acini, quasi rugis impliciti. Sic passa frons et caperata dicitur, quae rugis exaspe-rata. H.

r. Conduntur et musto vuae) Nempe Sapa, vt cap. 1. lib. XXIII. Conduntur enim musto, vino dulci, sapa, aqua caelesti. *Dal.*

s. Translucidae vitro) Adeo tenui membrana seu cute, vt per eam, ceu per vitrum, succus inclusus, vinaceique transluceant. H.

t. Quam in doliis) Laudat Plutarch. in Symp. L. V. Probl. 3. picata et resinata vasa, quod et gratum odorem vinis impertirent, et omnem aquositatem tollerent. H.

u. Pediculo) Pediculus appellatur id quo mala, pira, cerasa, vuae et huiusmodi alia sustinentur. *Les queues.* H.

x. Iam inuenta vitis per se, etc.) Allobrogica, cap. proxime sequenti. vide et cap. 1. lib. XXIII. *Dalec.*

Iam inuenta per se) Hoc est, sine vlla admixtione picis vua picem resipiens. Quod ex ea fit vinum, Delphinates hodie appellant *Vin de violette*, teste Nic. Chorier, L. I. p. 55. Vitis ipsa Allobrogica, et eadem picata vocatur sect. seq. Ex ea laudatur L. XXIII. s. 24. *vinum quod sponte naturae suae picem resipit, picatumque appellatur.* De eo vini genere Martial. L. XIII. ep. 107. *Haec de vitifera venisse picata Vienna Ne dubites: misit Romulus ipse mihi.* Plutarchus quoque l. c. ἐκ δὲ τῆς περὶ Βίενναν Γαλατίας ὁ πισσίτης οἶνος κατακομίζεται, διαφερόντως τιμώμενος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων. Vuam incolae vocant, *Raisin de livre, ou de Dauphiné.* Vidimus in Horto Regio. H.

bilitans *y.*, Aruerno, Sequanoque et Heluico *z.* generibus non pridem illustrata. Atque haec Virgilii vatis aetate incognita, a cuius obitu XC. aguntur anni. *a.* Quid quod [1] insertae castris summam rerum imperiumque [2] continent? Centurionum *b.* in manu vitis, et opimo *c.* praemio tardos ordines [1] ad

1. *Inserta. Ch. et Turn. inserta, etc. continet. M.* 2. *continent centurionum, etc. Ch. Turn.*

y. Viennensem agrum nobilitans) Eius vinum in summo apud Romanos pretio fuisse tradit Plutarch. lib. V. Sympos. Quaest. 3. *Dal.*

z. Heluico) Heluii hodie *Viuarez.* Dal.

Heluico) Quod et Heluenacum appellat L. XXIII. s. 24. ab Alba Heluorum, de qua diximus L. III. s. 5. H.

a. XC. aguntur anni) Igitur erraste Donatum necesse est, qui Virgilium obiisse asseverat A. V. C. DCCXXXV. decimo Cal. Octob. C. Sentio Saturnino, Q. Lucretio Vespillone CoSS. Scripsit enim haec Plinius anno DCCCXXX. Tito Vespasiano sextum iam Consule, vti ex ipso liquet aperte, ita prodente, sect. 5. libri huius, et L. XXVIII. s. 3. Est porro Plinius alias, vt saepe vidimus, in signandis annorum ac temporum epochis, supra fidem diligens et accuratus. H.

b. Centurionum) Vitis Centurionum insigne fuit: hac plectebant eos qui plagas merebantur: quod pigre ac lente nimis Aquilas sequerentur. Spartianus in Hadriano, p. 5. vitem simpliciter accipit pro Centurionatu: *Nulli vitem*, inquit, *nisi robusto et bonae famae daret.* Et Iuuen. Sat. 14. v. 139. *Aut vitem posce libello.* Hoc est, Centurionatum posce libello supplici, quem porrigas Imperatori. Liuius in Epit. L. LVII. de Scipione Africano: *Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus: si extraneus, virgis cecidit.* Cassiodorus, Variar. L. VII. in formula Principis Dalmatici epist. 22. *Tu vitem tenes improbis minantem.* Et in actis Martyrum. B. Marcellus Centurio Martyr: *Ecce proiicio vitem.* Centurio quidam apud Tacitum, Annalium primo, militaribus facetiis *Cedo alteram* dictus, quod fracta vite in tergo militis, clara voce alteram, ac rursus aliam poposcerat. H.

c. Et opimo) Pretium fuit fortitudinis opimum vitis, quae

[1]ad lentas perducit [2]aquilas, atque etiam in delictis *d.* poenam ipsam honorat. *e.* Nec non vineae *f.* oppu-

1. *Ad leuatas. V. ad elatas. laetas. Lips.* 2. *aquilas atque. Turn.*

quae tradebatur iis, qui Centurionatus munere et honore donabantur. Eadem tardos alioqui mortis metu milites ad sua signa cogebat. Lipsius de milit. R. L. II. legit, *laetas aquilas.* At MSS. omnes, *lentas.* Forte, *elatas.* H.

d. Atque etiam in delictis, etc.) Polybio, tribuni Rufuli legionum delicta coërcebant, vt auxiliarium copiarum, Socium praefecti. Rhod. cap. 22. XXV. In castigandis militibus centuriones vitem adhibuisse traditum a Liuio Lib. LVII. et a Floro, obseruatumque ab Africano Scipione, qui Numantiam euertit. Huius supplicii meminit Plutarchus in Galba. Macrobius centurialem vitem appellat. Martianus ff. de re militari, Si miles vitem tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum centurioni intulit, capite punitur. Rhod. cap. vlt. Lib. XXVI. Qui castigatur a Centurione miles, Pompeio *sub vineam iacere* dicitur. Vide Pithoeum cap. 15. lib. I. Scipio Aemilianus si quem militem deprehendisset in delicto, Romanum ciuem, vulgato inter milites exemplo, vite, externum vero fuste caedebat. Alex. ab Alex. cap. 22. lib. I. Castigationem ac animaduersionum militarium varietatem, et grauiorem leuioremque modum, pro noxae magnitudine et conditione, vide apud eumdem auctorem cap. 13. lib. II. Iuuenal. Sat. 8. *Nodosam posthaec frangebat vertice vitem, Si lentus pigra muniret castra dolabra.* Gerebant vitem centuriones. Vitis eum, cui erat aquila commissa, paulatim et lente ad Primipili centurionatum perducebat. Turn. cap. 26. lib. XXV. In antiqui denarii aduersa parte Romae caput signatum est, in aduersa Centurio vite bifida militem scutatum et hastatum genibus flexis tanquam supplicem verberans cum hac scriptura, T. DEIDI. *Dal.*

e. Poenam honorat) Quoniam ciues tantum Romani vite caederentur, vti ex Liuio proxime antea diximus. H.

f. Nec non vineae) Vinea in re militari machina fuit, tabulatis cratibusue constrata, quae subiectis rotulis impellebatur, cuius tecto muniti obsidentes, murorum funda-

oppugnationum dedere rationem. Nam in medicaminibus adeo magnum obtinent locum, vt per sese [1] vino ipso remedia sint. *g.*

IV. (II.) Genera vitium numero *h.* comprehendi [2] posse vnus existimauit Democritus, cuncta sibi Graeciae *i.* cognita professus. Ceteri innumera *k.* atque infinita esse prodiderunt, quod verius apparebit ex vinis. Nec omnia dicentur, sed maxime insignia: quippe quae totidem paene sunt, quot agri. *l.* Quamobrem celeberrimas vitium, aut quibus est aliqua proprietate miraculum, ostendisse satis erit.

B 2 1. Prin-

1. *Vina ipsa. M.* 2. *posse, in V. d.*

fundamenta subruebant. Dicitur autem vinea, a similitudine illius vineae, quae iugata dicitur, et in tectum attollitur. H.

g. Vt per sese vino ipso remedia sint) Lego, *vt per sese vina ipsa remedia sint*, ex codice Salmanticensi. nam vinum multos in medicina vsus habere, res nota est. *Pintianus.*

Vino ipso) Ita libri editi, et R. 2. vel vino quoque ipsi, inquit, vites prosunt: quum sit alias tardum dictu, pluribusne id prosit, an noceat, vt dicetur L. XXIII. s. 19. H.

h. Genera vitium numero, etc.) Vide Theophr. cap. 7. lib. II. histor. Columel. cap. 2. lib. III. *Dalec.*

i. Cuncta sibi Graeciae) Non tamen gentium simul exterarum, quas Plinius nihilominus hic etiam complectitur. Caue eos audias qui contra librorum omnium fidem, *cuncta sibi egregie*, hoc loco reponunt. H.

k. Ceteri innumera) Signat inprimis Virgilium, cuius hi noti versus, Georg. L. II. v. 103. de vitium generibus: *Sed neque quam multae species, nec nomina quae sint, Est numerus, neque enim numero comprehendere refert. Quem qui scire velit, Libyci velit aequoris idem Discere quam multae Zephyro turbentur arenae, etc.* H.

l. Quot agri) Habet istud etiam Theophr. Hist. L. II. c. 7. et Columella, L. III. c. 2. p. 88. H.

1. Principatus datur Ammineis *m.* propter firmitatem, [1]senioque *n.* proficientem vini eius vtique vitam. Quinque earum genera: ex iis germana minor acino *o.*, [2] melius deflorescit, imbres tempesta-

1. Sic ex MSS. em. Hard. seniqne prof. vini e. vtique. Ch. vini eius vbique vitam Gr. et Al. 2. *ac in melius. M. lego, acino, melius deflorescit.*

m. Ammineis, etc.) Vulgo *Gros plant.* Quidam scribunt cum duplici *m*, syllaba media correpta. Ausonius, *Solus qui Chium miscet et Ammineum*: alii cum simplici, *m*, media producta. Serenus, *Succus Amineae vitis cum pane medetur.* Turn. cap. 26. XXIX. Virgil. Hesychius in suis Glossis, vide Not. sq. *Dalec.*

Ammineis) Virgilius Georg. Lib. II. v. 97. *Sunt etiam Ammineae vites, firmissima vina.* A regio nomen habent, in qua natae primum, vt dicetur in N. et Em. N. V. (paulo post) De his multa Columella, L. III. c. 2. p. 84. *Principatus etc.*) Ita haec vox scribitur etiam Ausonio Ep. 2. ad Vrsulum: *Solus qui Chium miscet, et Ammineum.* Alii Aminaeum scribunt. Q. Serenus, c. 38. p. 150. *Aut in Aminaeo cochleas haurire Lyaeo.* Hesychius, p. 74. Ἀμιναῖος, δι' ἑνὸς ν. οἶνος· ἡ γὰρ Πευκετία, Ἀμιναία λέγεται. Ex quo Hesychii loco, Macrobium emendamus, apud quem in vulgatis codicibus ita legitur, Saturn. L. II. c. 16. p. 379. *Vua Aminaea, scilicet a regione: nam Aminaei fuerunt, vbi nunc Falernum est.* Lego, *vbi nunc Salentum est*, nempe Salentinus ager, vbi olim Peucetia regio, Plinio teste L. III. f. 16. Nugatur, vt saepe Seruius, qui Amineum dici vinum putat, quasi sine minio, id est, rubore: quum nigram Ammineam Plinius agnoscat hac ipsa sect. Obtinuit deinde vsus, aeuo Galeni, vt vetustissima quaeque vina, neque Itala modo, sed Graeca quoque Aminaea dicerentur. H.

n. Senioque) Vetustate vim meliorem acquirunt. H.

o. Minor acino) Vide N. et Em. N. VI. (hic consp.) *Germana*) Prius *melior* legebatur. At MSS omnes R. Colb. Th. etc. *melius*: ipseque Columella. Sic enim ille R. R. L. III. c. 2. p. 84. de Ammineis: *Duas germanas cognouimus: quarum minor ocyus et melius deflorescit: habilis arbori, nec non iugo etc.* H.

peſtateſque tolerat: non item maior *p.*, ſed in arbore *q.*, quam in iugo, minus obnoxia. *r.* Gemellarum *s.*, quibus hoc nomen vuae ſemper geminae dedere, aſperrimus ſapor, ſed vires praecipuae. Ex iis minor auſtro laeditur, ceteris ventis alitur, vt in Veſuuio monte, Surrentiniſque collibus. In reliquis Italiae partibus non niſi arbori *t.* accommodata. Quintum *u.* genus lanatae *x.*, ne

p. Non item maior) Columella l. c. de Ammineis: *Duas germanas — quarum minor — longe praecedit maiorem, quia imbres et ventos fortius patitur: nam maior celeriter in flore corrumpitur, et magis in iugis, quam in arboribus.* H.

q. Sed in arbore) Quum arbores ſcandit. Quam in iugo poſitam Latini; Galli vocant, *en treille.* Iugata vinea dicta eſt a ſimilitudine militaris iugi, quod ita fiebat, vt duabus in terram defixis haſtis, tertia ſuperligaretur. H.

r. Minus obnoxia) Imbribus, tempeſtatibuſque. H.

s. Gemellarum) Et hae quoque vt germanae, bifariam diuiduntur: altera enim maior, minor altera. Columella, p. 85. *Verum et aliae duae geminae, quae ab eo quod duplices vuas exigunt, Gemellae vocantur, auſterioris vini, ſed aquae perennis. Earum minor vulgo notiſſima: quippe Campaniae celeberrimos Veſuuii colles Surrentinoſque veſtit. Hilaris inter aeſtiuos Fauonii flatus: Auſtris affligitur, Ceteris itaque partibus Italiae non tam vineis, quam arbuſto eſt idonea, etc.* Meminit harum etiam Iſidor. Origg. L. XVII. c. 5. H.

t. Non niſi arbori) Nonniſi vt ſcandat arborem vitis ea idonea eſt. H.

u. Quintum) Columella l. c. *Lanatam quoque Ammineam quidam maxime probant, quae hoc vocabulum non ideo vſurpat, quod ſola ex omnibus Ammineis, verum quod praecipue caneſcit lanugine. Sane boni vini, ſed leuioris, quam ſuperiores. Crebram quoque materiam fundit, atque ideo propter pampini denſitatem ſaepe parum recte deflorefcit, eademque maturo fructu celeriter putreſcit.* Apud Iſidor. l. c. *Lagana* pro *lanata* perperam ſcribitur. H.

x. Lanatae) Cuius lanugine veſtiuntur aduerſa folia. Lanatam vuam Marcellus Empeiricus cap. 14. *Caniculatam* vocat, veluti lanugine caneſcentem et hirtam. *Dal.*

Seres miremur *y.*, aut Indos, adeo lanugo eam vestit: prima ex Ammineis maturescit, ocyssimeque putrescit.

2. Proxima *z.* dignitas Nomentanis rubente materia *a.*: quapropter quidam [1] rubellas appellauere vineas. [2] Hae minus [3] fertiles, vinaceis *b.* et faece nimia, contra pruinas *c.* fortissimae, siccitate magis quam imbre, aestu, quam algore vexantur. Quamobrem in frigidis *d.* humidisque principatum obtinent. Fertilior quae minor acino, et folio scissa minus.

3. Apianis *e.* apes dedere cognomen, praecipue earum

1. *Rubellinas. Columella.* 2. *sic et Cb.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Cb. Eae minus fertiles vino, acinis et faece nimiae Gr. et Al.*

y. *Ne Seres miremur)* Quorum lanigeras arbores mirati sumus, L. VI. s. 20. Indorum L. XII. s. 21. H.

z. *Proxima)* Et haec sunt apud Columellam l. c. *Nomentanae vini nobilitate subsequuntur Ammineas, fecunditate praeueniunt* — *Sed earum quoque feracior et minor, cuius et folium parcius scinditur, et materia non ita rubet, vt Ammineis: a quo colore rubellianae nuncupantur: eaedemque faeciniae, quod plus quam ceterae, faecis afferunt.* Nomentana vua laudatur a Macrobio Sat. L. II. c. 16. p. 379. A Nomento Italiae oppido nomen habet, de quo L. III. s. 9. Nomentanae similis Veientana, teste Martiali, L. I. Ep. 104. *Et Veientani bibitur faex crassa rubelli.* Nisi *Nomentani* ibi pro *Veientani* legi oportet. H.

a. *Materia)* Ligno vel *sarmento* rubente. H.

b. *Vinaceis)* Propter vinacea, et faecem nimiam. H.

c. *Contra pruinas, etc.)* Columella, l. c. H.

d. *In frigidis)* In solo frigido, humidoque. H.

e. *Apianis)* Columella, L. III. c. 2. p. 86. de viribus Apianis: *Pluuiis, ventisque, et apibus afferunt praedam, quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.* Et haec habet etiam Isidor. L. XVII. c. 5. Apiana vua in Gallia *Raisin Muscat:* Italis *Muscatella*, a muscarum telis quibus impetitur: non a moscho, vt quibusdam visum. H.

earum auidae. Ex eis duo genera *f.*, lanugine et [1]ipsa pubescunt. Distant, quod altera celerius maturescit, quamquam et altera properante. Situs frigidos *g.* nou respuunt: et tamen [2]nullae *h.* celerius imbre putrescunt. Vina primo dulcia, austeritatem annis [3]accipiunt. Etruria nulla magis vite gaudet. *i.* Et hactenus potissima [4]nobilitas peculiaribus atque vernaculis Italiae. Ceterae advenere Chio *k.*, Thasoue. Graecula *l.* non inferior

 Ammi-

1. Ipsae. M. 2. nulla celerius maturescit imbre. M. 3. sic ex MSS. em. Hard. accipiunt: et ex his rubra fuit. D. accipiunt. Hetruria nulla magis vite gaudet. Ch. et Merc. Et rubra fiunt. Nulla magis vite gaudet Gr. et Al. 4. nobilitas datur pec. Gr.

f. Ex eis duo genera) Maior et minor, vel candicans et nigra. *Dalec.*

Ex eis duo genera) Columella, l. c. *Duae*, inquit, *lanatae qualitate sunt dispariles, quum tardius altera recipiat cariem vetustatis.* H.

g. Situs frigidos) Columella, l. c. H.

h. Et tamen nullae) Isidorus, l. c. H.

i. Nulla magis vite gaudet) Vinea. Vuas enim Apianas e vinea longe suauiores esse quam pergulis, arbusto, iugo, compertissimum est. Vulgo *Muschat.* Dal.

Etruria nulla magis) Vide N. et Em. N. VII. (hic. pos.) *Austeritatem etc.*) Pliniani interpolatores locum hunc ita ediderant: *austeritatem annis accipiunt, et rubra fiunt. Nulla magis vite gaudet.* Quum et vox ea *fiunt* a MSS. omnibus libris absit, et quid ea verba postrema significent, obscurum sit. In MSS. R. 1. et Colb. 2. *accipiunt et rubra nulla magis.* In Th. *Et rubria nulla magis.* At in R. 2. et Chiffl. planissime, *accipiunt. Etruria nulla magis*, etc. Et sane quum cuique generi suum hactenus in Italia assignarit natale solum, Ammineis Vesuuium et Surrentinos colles, Rubellis Nomentum, Apianae cuiates sint, nusquam aperit, nisi hoc loco facit. Sic Plinius ipse inferius, hac ipsa sectione de heluenaca vite: *Nulla*, inquit, *vitium minus Italiam amat.* H.

k. Chio) Tibullus: *Nunc mihi fumosos veteris proferre Faler-*

Ammineis [1] bonitate, praetenera acino: et vua tam parua, vt nisi pinguissimo solo [2] colere non prosit. Eugeniam *m.* Taurominitani colles cum generositatis cognomine, misere Albano tantum agro: quoniam translata statim mutatur. Namque est aliquibus tantus locorum amor, vt omnem in [3] his gloriam suam relinquant, nec vsquam transeant totae. Quod et in Rhaetica Allobrogicaque *n.*, quam supra *o.* picatam appellauimus, euenit, domi nobilibus, nec agnoscendis alibi. Fecundae tamen, bonitatis vice copiam praestant: eugenia feruentibus locis, Rhaetica temperatis, Allobrogica frigidis, gelu maturescens, et colore nigra. Ex his, quas adhuc diximus, sed etiam e nigris vina vetustate in album [4] colorem transeunt. Reliquae ignobiles. Aliquando tamen caeli aut [5] soli opera non fallunt vetustatem, sicuti Fecenia *p.*, et cum ea

1. *Bonitatem. Ch.* 2. *coalere non possit. M. coalescere non possit. Vet.* 3. *iis. Ch.* 4. *colore transeunt. Reliqua. Ch.* 5. *solis. M.*

Falernos Consulis, et Chio soluere vincla cado. Dalec.

l. Graecula) *Raisins de Corinthe.* Dal.

Graecula) Non vnius generis id nomen, aut loci est: nam Columella, l. c. p. 87. Graecularum vitium generis esse ait Mareoticas, Thasias, Psythias, etc. H.

m. Eugeniam) Graecis εὐγένεια et εὐγενία nobilitatem ac generositatem sonat. Colum. l. c. p. 86. *Frigidum ac roscidum solum et caelum commodissime sustinent eugeniae, dum sunt in Albano collo: nam mutato loco vix nomini suo respondent.* H.

n. In Rhaetica Allobrogicaque) *Di la valtolina* Allobrogica Viennensis, *qui sent la violette.* Allobrogicum vinum, quod ex Allobrogica fit. Celsus vocat cap. 5. lib. IV. Dal.

o. Supra) Sub finem primi capitis huius libri. *Dal.*

Quam supra picatam) Sect. sup. In Allobrogicis quoque vini iucunditatem cum regione mutari, prodidit Columella l. c. H.

p. Fecenia) Supra Rubella;

ea florens [1] Biturica *q.*, acino rarior *r.*, numquam [2] floris obnoxii *s.*, quoniam antecedunt, ventisque

 et

1. Bituriaca. Ch. 2. *tempestatibus obnox. quoniam folia antecedunt. Dal.*

la: sic dicta, quod fecis plus afferat, quam caeterae. Columel. *Dalec.*

Sicut Fecenia) Ita libri omnes, etiam MSS. De faecinia seu rubelliana, egimus haud paulo superius hac ipsa sectione. Num ea nunc quoque intelligatur, considerandum. H.

q. Biturica) *Le plant d'Orleans.* Dalec. *Biturica*) Non *Biturica*, sed *Biturigiaca*, archetypum Toletanum, magis ex etymologia a Biturigibus Galliae Aquitaniae populis Plinio lib IV. cap. 19. *Pintianus.*

Biturica) Colum. L. III. p. 21. *Vuae Bituricae fructibus opimae.* Et eiusdem Libri c. 2. p. 87. *Possunt tamen etiam secundae notae vites prouentu et vbertate commendari, qualis est Biturica . . . Nam et vetustatem vinum earum patitur, et ad bonitatem aliquam per annos venit. Iam vero ipsae fecunditate praestant — tum etiam patientia: quippe turbines imbresque fortissime sustinent, et commode fluunt, nec deficiunt macro solo. Frigora melius quam humores sustinent, humores commodius, quam siccitates, nec caloribus tamen contristantur.* Isidorus quoque L. XVII. c. 5. *Biturica a regione nomen sortita* etc. In MSS. R. 1. Th. Colb. et Chiffl. *Bituriaca.* In R. 2. *Biturigiaca.* Biturigum porro Viuiscorum agrum, qui nunc Burdegalensis et Vasconicus appellatur, signari hoc loco credimus: etsi sua quoque laus est Bituricensium vino, qui Cubi dicti sunt. De vtrisque egimus L. IV. s. 33. H.

r. Acino rarior) Acini sunt vuae grana, non nuclei seu vinacei quae granis singulis includuntur. H.

s. Floris obnoxii) Nempe tempestatibus, vt ex Columella diximus. Obnoxium praecise Latini dixere olim, quod nos imbecillum, tenerum, ac patens iniuriae. Seneca Nat. Quu. L. III. c. 26. p. 874. *Quam longo tempore opus est, vt conceptus ad puerperium perducatur infans? quantis laboribus tener educatur? quam diligenti nutrimento obnoxium nouissime corpus adolescit?* Et ep. 65. p. 298. *Quidquid in me potest iniuriam pati, hoc est, in hoc obnoxio domicilio animus liber habitat.* Florus L. IV. c. 4. p. 175. vbi de Octauio Caesa-

et imbribus resistunt: meliores tamen algentibus locis, quam calidis: humidis, quam sitientibus. [1]Visula *t.* magis [2]quam denso vuarum partu, impatiens variantis caeli, sed contra tenorem vnum algoris aestusue constans. Quae minor est ex eo genere *u.*, melior. In eligendo solo morosa, pingui putrescit, gracili omnino non prouenit. Mediam temperiem delicate quaerit, ob hoc Sabinis collibus familiaris. Vua eius indecora visu, sapore

1. *Vix vlla magis tam denso Gr. et Al.* 2 *Quam denso. M. Aut, tam de eo: aut lego, condenso. Dal.*

Caesare, *quem intra decem et octo annos tenerum, et obnoxium, et opportunum iniuriae iuuenem* fuisse ait. H.

t. Visula) Vide N. et Em. N. VIII. (hic coll.) *Visula)* Libri hactenus vulgati, *Vix vlla magis quam denso.* Sinceram lectionem eruimus tum ex MSS. R. 1. Colb. Th. aliorumque, in quibus *visulla magis quam denso* legitur: tum vero, maxime, quod multo est certius, ex Columella, vt in Notis vidimus. Et vero Visulam aperte Plinius ipse appellat paulo inferius. Sed et voculam excidisse praeterea amanuensibus autumamus, integrumque fore locum, si sic legatur, *Visula materia magis quam denso vuarum partu.* Quum scilicet ii viderent scriptum per notas et compendia, *Visula maa magis*, medias hasce litterulas, quibus materia indicatur, ceu superfluas induxere. Suspicandi causa ex Columella ipso ducitur, qui postquam de Bituricis vuis aliisque egit, L. III. c. 2. p. 87. *Visulae deinde ab his*, inquit, *fertiles vastis materiis, et vuis exuberant.* Sed desunt MSS. codices qui coniecturae faueant. Itaque indico tantum, non iudico. H.

u. Quae minor est ex eo genere) Visulam eam dictam fuisse ostendit Columella, qui haec omnia de Visula tradit. *Dalec.*

Quae minor) Haec vero Argitis proprio nomine a Columella appellatur L. III. c. 2. p. 87. *Visulae deinde*, inquit, *et minor argitis terrae mediocritate laetatur*, etc. Meminit eius Virgilius Georg. L. II. v. 99. *Argitisque minor, cui non certauerit vlla Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.* H.

re iucunda: nisi matura protinus [1] rapitur, etiam non putrescens cadit. *x*. Contra grandines *y*. eam tuetur foliorum amplitudo atque duritia.

4. Insignes iam colore inter purpureas nigrasque medio heluolae *z*., saepius [2] varianti, et ob id [3] varianae a quibusdam appellatae. Praefertur in his nigrior: vtraque alternis annis fertilis, sed melior vino, quum parcior. Et [4] Preciae *a*. duo genera magnitudine acini discernuntur, quibus materies plurima, vuaque ollis vtilissima *b*., folium apio *c*. simile. [5] Basilicam *d*. Dyrrachini celebrant, Hispa-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. rapiatur Gr. et Al.* 2. *variant. Dal.* 3. *variae. Colum.* 4. *pretiae. Dal.* 5. *Balischam. Ch.*

x. *Putrescens cadit*) Talis est quam Lugdunenses vocant, *des Gametz*. Dal.

y. *Contra grandines*) Columella, l. c. H.

z. *Heluolae*) Elueolae, olim olera, elera: inde Elvela, olera minuta, et Elveolo vitis herbacei coloris. Titinnius, *Lenti calido, elvela, rapula, rumices.* Scaliger.

Heluolae) Colum. l. c. *Sunt et heluolae, quas nonnulli varias appellant, neque purpureae, neque nigrae, ab heluo, nisi fallor, colore vocitatae. Melior est nigrior abundantia vini, sed haec sapore, pretiosior, etc.* Ex iis vuis vinum conficitur, dubii coloris, quod Gallis dicitur, *Vin paillet.* Graeci κιῤῥὸν vocant. Heluus color Varroni de R. R. L. II. c. 5. inter rubeum et album. H.

a. *Et Preciae*) Vel *Pretiae*, nam vtroque nimirum modo diuersis in codicibus legitur. Columella l. c. *Sicut Pretiae* (nempe vites) *maior et minor, quae generositate vini commendantur, et frequentibus materiis frondent*, etc. Meminit vitis huiusce Virg. Georg. L. II. v. 95. *Purpureae, preciaeque.* Has a maturitate quasi praecoquas appellari Seruius, vt solet, diuinat. H.

b. *Ollis vtilissima*) Apta maxime in ollis seruari, vt Venucula, de qua mox dicemus. Celso, L. II. c. 24. *Vuae ex olla.* H.

c. *Folium apio*) Dissectis nempe alte foliis, quales Vesontione vidit Bauhinus Herb. Vniuers. T. II. L. XV.

Hispaniae [1] cocolobin vocant. Rarior vua, aestus austrosque tolerat: capiti inimica *e.*, copia larga. Hispaniae duo genera eius faciunt: vnum oblongo acino, alterum rotundo: nouissimas vindemiant. Quo dulcior [2] cocolobis, hoc melior. Sed et austera transit in dulcem [3] vetustate: et quae dulcis fuit, in austeritatem: [4] tunc Albanum vinum aemulantur. Tradunt vesicae vitiis vtilissimum ex his potum. Albuelis *f.* summis arboribus fertilior est, Visula imis. Quamobrem circa easdem satae diuersitate naturae locupletant. Inerticulam *g.* e nigris appellauere, iustius sobriam dicturi *h.*, inueterato praecipue commendabilem vino, sed viribus innoxiam: siquidem temulentiam sola non facit. *i.*

5. Fer-

1 *Cocoluben. Colum. vulgo, Subi.* 2. *est cocabolis. Ch.* 3. *vetustatem. Dal.* 4. *sic et M. tunc, etc. Ch. tuncque Albano vino. Gr. et Al.*

XV. p. 33. cuius vuae similes iis quas Burgundi vocant *Raisins fendans.* H.

d. Basilicam) Colum. p. 86. *Basilicam . . Cocolubem vocant Hispani*, etc. Hodie in Granatensi regno copiosissima, teste Christ. a Vega, in libris de art. med. H.

e. Capiti inimica) Tale vinum est ex ea expressum, quod Monspessulani vocant *Piquardant.* Dalec.

f. Albuelis) Colum. p. 87. *Albuelis vtilior, vt ait Celsus, in colle, quam in campo: in arbore, quam in iugo: in summa arbore, quam in ima: etc.* De Visula proxime dictum est. H.

g. Inerticulam) Colum. l. c. *Inerticula tamen nigra, quam quidam Graeci ἀμέθυϛον appellant, potest in secunda quasi tribu esse, quod et boni vini est, et innoxia: vnde etiam nomen traxit, quod iners habetur in tentandis neruis, quamuis in gustu non sit hebes.* Et haec habet etiam Isidorus L. XVII. c. 5. H.

h. Iustius sobriam dicturi) Latini sic vocarunt, quod innoxia sit et iners tentandis neruis. Columel. *Dal.*

i. Temulentiam sola non facit) Ideo Graeci Amethyston vocant. Columel. *Dal.*

5. Fertilitas commendat ceteras, [1] principemque heluenacam. *k.* Duo eius genera: maior, quam quidam longam: minor, quam [2] emarcum *l.* appellant, non tam fecundam, sed gratiorem haustu. Discernitur folio circinato: verum vtraque gracilis. Furcas subdere his necessarium: alioqui vbertatem suam non tolerant: maritimo afflatu gaudent, [3] roscido odore. *m.* Nulla vitium minus Italiam [4] amat, rara, parua, putrescens in ea: vino quoque, quod genuit, aestatem [5] non exsuperans: nec alia macro solo familiarior. Graecinus *n.*, qui alioqui Cornelium Celsum transscripsit, arbitratur non naturam eius repugnare Italiae, sed culturam, auide palmites *o.* euocantium. Ob id [6] fertilitatem suam absumi, si non praepinguis soli vbertas [7] lassescentem sustineat. Carbunculari *p.* negatur: magna dote, si verum est, aliqua in vite caelo non esse ius.

6. Ae-

1. *Praecipueque. Dal.* 2. *sic et Colum. arcum. M. arcam Gr. et Al.* 3. *roscida odore. Dal.* 4. *amat: vua rara. Dal.* 5. *non exit errans. M.* 6. *fertilitate sua. Dal.* 7. *lacescentem Gr.*

k. Heluenacam) Quae et Heluica dicta est sup. sect. Nunc in Picenis, praesertim prope Maceratam colitur. H.

l. Quam Emarcum) *Quam Galliarum incolae*, inquit Columella p. 88. *Emarcum vocant, mediocris vini*, etc. In cod. Th. *marcum* H.

m. Roscido odore) Quid si *roscidae odore* legas, vt ante nos Dalecampio visum est? H.

n. Graecinus) Egimus de eo in Auctorum Indice. H.

o. Auide palmites) Carpit vinitorum praeposteram festinationem, qui vites, vt palmites vuasque quam celerrime ferant, vrgent auidius, spe lucri propioris. Plinius supra s. 3. statim initio, de vitibus: *Vis earum omnis euocatur in palmites, aut deprimitur in propagines*, etc. H.

p. Carbunculari) De carbunculatione dicemus L. XVII. s. 37. H.

6. Aestum fert spionia *q.*, quam quidam spineam vocant, [1] autumnisque et imbribus pinguescit. Quin imo nebulis vna alitur, ob id Rauennati agro *r.* peculiaris. [2] Veniculam *s.* inter optime deflorescentes, et ollis aptissimam, Campani malunt [3] sirculam vocare, alii [4] staculam: Tarracina numisianam *t.*, nullas vires proprias habentem, sed totam perinde ac solum *u.* valeat. Surrentinis *x.* [5] tamen efficacissima testis, Vesuuio tenus. Ibi enim Murgenti-

1. *Autumnique imbribus pinguescit.* 2. *Venuculam*, *Bolum. venucula conuenit ollis. Horat.* 3. *scirpulam. Colum. sicculam. M. scicculam. Ch.* 4. *sticulam. Colum. qui aliam ab hac Numesianam statuit.* 5. *tantum.*

q. Spionia) Spioniam Columella laudat p. 88. dapsilem musto, et amplitudine magis vuarum, quam numero fertilem. H.

r. Rauennati agro) Palustri videlicet et vliginoso. Hinc est quod Martialis L. III. ep. 56. Rauennatia vina detrectans, simulque penuriam aquae obiiciens, facete ludit: *Sit cisterna mihi, quam vinea, malo Rauennae. Cum possim multo vendere pluris aquam.* Hodie tamen exsiccatis paludibus, vineisque studio excultis, vina condunt haud poenitenda, teste Andr. Baccio, L. V. p. 264. H.

s. Veniculam) Ceteri venuculam vocant: Horat. L. II. Sat. 4. *Venucula conuenit ollis.* Macrob. Saturn. L. II. c. 16. p. 379. Colum. p. 84. *Vt Venucula, eademque scirpula, atque sticula*, etc. Ea in ollis condebatur, vnde ollaris dicta Martiali, L. VII. ep. 19. *Illic et vuae collocantur ollares.* Hodie Venetis *Marzemina.* Sic far venuculum apud Colum. L. II. c. 6. H.

t. Tarracina numisianam) Hanc a Venucula diuersam Columella facit, p. 84. et 88. Numesiana dicitur Isidoro, L. XVII. c. 5. H.

u. Perinde ac solum) Ingenium ac vires mutat, pro varia soli *in quo seritur*, indole. H.

x. Surrentinis) E testis Surrentinis, in quibus conditur, accipere vim aliquam id vini genus videtur. De calicibus Surrentinis dicemus L. XXXV. s. 46. H.

gentina *y*. e Sicilia potiſſima, quam Pompeianam aliqui vocant, Latio demum feracem: ſicut horconia *z*. in Campania, tantum vilitatis cibariae *a*., ſed vbertate *b*. praecipua. Tolerat et annos [1] moerica *c*., contra [2] omne ſidus firmiſſima, nigro acino, vinis in [3] vetuſtate rubeſcentibus.

(III.) 7. Et hactenus publica ſunt genera: cetera regionum locorumque, aut ex his inter ſe inſitu mixta. *d*. Siquidem Tuſcis *e*. peculiaris eſt Tudernis *f*., atque [4] etiam eius nominis *g*. Florentia. Eſt [5] opima Aretio talpana, et [6] eteſiaca, et [7] conſeminia. [8] Talpana nigra *h*. candidum facit muſtum. Eteſia-

1. *Merica, abſque diphthongo. Colum. et Ch.* 2. *omnes ſitus. M.* 3. *in vetuſt. et Ch.* 4. *aeque etiam, nec minus. M.* 5. *optima. M.* 6. *teſiaca. Ch.* 7. *Conſenta. M. praue.* 8. *Talpona. Ch.*

y. Murgentina) Tranſlata e Siciliae oppido Murgento, prope Simaethum, de quo L. III. ſ. 14. Columella, p. 88. *Vt Murgentina, eademque Pompeiana.* H.

z. Horconia) Fortaſſis quam Arelacam maiorem Columella vocat. *Dalec.*

a. Cibariae) Alii eſcariam vocant, quae menſis tantum et cibo, non item vino ſit vtilis. H.

b. Sed vbertate) Igitur Plinii horconia fuerit fortaſſis ea, quae Columellae arelaca maior vocatur, *quam omnium quae cognitae ſint, copioſiſſimam* ait eſſe. H.

c. Moerica) Columella l. c. *Merica.* In R. Colb. et Th. *Metica.* H.

d. Inſitu mixta) Inſitione, quum ramum, vt ait Ouidius, ramus adoptat: ſurculo ex vite vna reſecto, et in alteram inplantato. H.

e. Siquidem Tuſcis) Tuſcae vites, ſi Martiali credimus, non admodum vino inſignes. Libro I. ep. 27. *Vua nec in Tuſcis naſcitur iſta iugis.* H.

f. Tudernis) A Tuderte, vt reor, oppido, quod olim Tuſcorum fuit, vt dictum eſt L. III. ſ. 19. H.

g. Atque etiam eius nominis) Ac pariter Tuſci ſoli ac nominis, vua Florentia. In MSS. *atque etiam nominis Florentia* Forte, *atque etiam nominis ſui Florentia*, vt ſententia ſit, vuam hanc ſuo nomini reſpondere, quod numquam ſit floris obnoxii. H.

h. Talpana nigra) A colore Talpae. *Dal.*

Talpana) MSS. omnes, *Talpona,*

Etesiaca fallax *i.*, quae quo plus tulit, eo laudabilius fundit: [1] mirumque *k.*, fecunditate cessat. Consemina nigra *l.*, vino minime durante, vua maxime: post XV. dies, quam vlla alia, metitur: fertilis, sed cibaria. Huius folia, sicut labruscae, prius quam decidant, sanguineo colore mutantur. Euenit hoc [2] et quibusdam aliis, pessimi generis *m.* argumento. [3] Irtiola *n.* Vmbriae, Meuanatique et Piceno agro peculiaris est, Amiternino [4] pumula *o.* Iisdem [5] bannanica fallax est *p.*: amant tamen eam. Muni-

1. *Miraque. M. miraque fecunditate non cessat. Dal.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch euenit hoc etiam Gr. et Al.* 3. *Irciola. Ch.* 4. *Popula. M.* 5. *Brannanica. M.*

Talpona, a talpae forte colore nomen sortita: vt etesia ab etesiis ventis, quibus flantibus variare ea vua creditur. Conseminia vinea Columellae, L. III. c. 21. ea est, quae ex variis vitium seminibus generibusque constat. H.

i. Etesiaca fallax) Quae Etesiis variat. *Dal.*

k. Mirumque etc.) Quum plurimum vitis ea tulit, tum lassescit ac deficit, atque vbertatem sterilitate mutat. H.

l. Conseminia nigra) *Conseminia* cognomen hic proprium est. Alioquin *Conseminalis vitis* Columellae cap. 45. lib. XII. diuersis vitium generibus consita. *Dal.*

m. Pessimi generis) Quod indicium est e pessimo genere ac *semine* eas vites esse. H.

n. Irtiola) Vel *Irciola*, vt in MSS. Irtiolae vitis meminit Columella de R. R. L. III. c. 2. p. 88. Andr. Baccius, L. V. p. 258. legit *Itriola*, quoniam ἰτριὸν apud Athenaeum ex Aristophane dulciarii genus est. Nunc vtrumque nomen Italicis auribus ignotum. Pro Italiae passulis accipi eam vocem posse idem putat, p. 269. Meuaniaeque agrum his vuis hodie abundare. H.

o. Pumula) Sic cod. Th. At Colb. 2. *Pomula.* H.

p. Fallax est) Haud certi constantisque prouentus. Bannanica vnde nomen acceperit, incompertum. H.

[1] Municipii vuam *q.* Pompeii nomine *r.* appellant, quamuis Clusinis copiosiorem. [2] Municipii et Tiburtes appellauere, quamuis [3] oleagineam nuper invenerint a similitudine oliuae. Nouissima haec vuarum ad hoc tempus reperta est. Vinaciolam *s.* soli [4] nouerunt Sabini, et Laurenti. *t.* Nam Gauranas *u.* scio a Falerno agro translatas vocari Falernas, celerrime vbique degenerantes. Nec non Tarentinum *x.* genus aliqui fecere, praedulci vua. Capnias *y.*, et bucconiatis, et tarrupia, in Thurinis collibus non ante demetuntur, quam gelauerit. *z.* [1] Pha-

1. *Munitis. Ch.* 2. *Matianam. Vet.* 3. *sic Col. et Ch. oleaginam. Gr.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. consf. Ch. nouere Sabini Gr. et Al.*

q. Municipii vuam Pompeii nomine appellant) Exemplar Toletanum, *Municipi suam, Pompeii nomine appellat*, scribendum reor praepostero ordine, *Pompeii municipii suo nomine appellant.* Pint.

Municipii) Pompeianam et Tiburtinam vuam, de municipiorum nomine traxisse appellationem ait. De his municipiis egimus L. III. s. 9. et 17. H.

r. Pompeii nomine) Oppidum Neapoli vicinum. *Dalec.*

s. Vinaciolam) *Vinaciola vitis*, inquit Baccius, L. VI. p. 281. *in altis arboribus subleuata, tenue et aqueae ferme substantiae vinum edebat.* H.

t. Laurenti) De Laurento oppido, in Ostiensi agro, L. III. s. 9. H.

u. Gauranas) A Gauro monte, de quo L. III. s. 9. quo translatae Falernae vites, sed ibi degeneres. H.

x. Tarentinum) De eo genere dicemus, s. 8. H.

y. Capnias) A quodam quasi colore fumi, qui καπνὸς est Graecis, sortita haec vua nomen videtur. Hinc οἶνος καπνίας Beneuenti in Italia praecellens, teste Athenaeo, L. I. p. 31. non a fumo, quo vinum suffitum fuerit, vt Barbaro visum, sed ab vuae colore. H.

z. Quam gelauerit) Martiali teste, L. I. ep. 44. in mensarum deliciis fuere, *Quae de tardis seruantur vitibus vuae.* H.

[1] Pharia *a.* gaudent Pisae; Mutina *b.* Prusinia, nigro acino, intra quadriennium albescente vino. Mirum, [2] vbi *c.* cum Sole circumagi vuam, quae ob id streptos *d.* vocatur. Et in [3] Italia Gallicam placere, trans Alpes vero Picenam. Dixit Virgilius *e.* Thasias, et Mareotidas, et lageas, compluresque externas, quae non reperiuntur in Italia.

8. Sed sunt etiamnum insignes vua, non vino, ambrosiaca, duracina *f.*, sine vllis vasis *g.* in vite servabilis: tanta est contra frigora, aestus, tempestatesque firmitas. Nec orthampelos *gg.* indiget arbore

1. *Paria. M. et Ch.* 2. *sic et M. lego, ibi. vbique Gr. et Al.* 3. *in Italia, sed sunt etiamnum. Insignis vua, etc. M.*

a. Pharia) MSS. Reg. Colb. Th. Chiffl. *Paria.* H.

b. Mutina) Vt Pharia Pisani agri, ita Mutinensis Prusinia peculiaris fuit. H.

c. Mirum vbi) Ita MSS. proxime laudati. Forte, *ibi:* vel *vbi*, pro *alicubi.* Libri vulgati, *vbique.* H.

d. Streptos) Στρεπτὸς, versatilis, seu versabilis, quae circumagatur. H.

e. Dixit Virgilius) Georg. L. II. v. 91. *Sunt Thasiae vites, sunt et Mareotides albae: Pinguibus hae terris habiles, leuioribus illae: et passo Psythia vtilior, tenuisque Lageos. Tentatura pedes olim, vincturaque linguam. Thasiae* vites ab insula Thaso nomen habent, de qua L. IV. s. 23. *Mareotides*, ab Aegyptia palude cognomine, vt recte Strabo L. XVII. p. 796. et Scholiastes vetus Horatii, ad illud vatis eius carmen, L. I. Od. 37. *Mentemque lymphatam Mareotico* etc. *Lageas* denique Macrobius quoque commendat Sat. L. II. c. 16. p. 379. *Quod ad maturitatem currant velociter, vt lepus,* dictas putat Isidor. Orig. L. XVII. c. 5. A colore leporino alii appellationem repetunt. H.

f. Duracina) De ea diximus sect. sup. H.

g. Sine vllis vasis) Quibus condendis non est vasis opus, quum in ipsa vite commode asseruentur. Quibus in vasis doliisue seruari vuas mos olim fuerit, dicetur Libro seq. s. 18. H.

gg. Nec orthampelos) Hoc est, vitis erecta, siue surrecta, de qua sup. sect. vbi et de dactylide, quae Graecis δακτυ-

bore aut palis, ipsa se sustinens: non item dactylides digitali gracilitate. [1]Columbinae e racemosissimis *h.*: et magis purpureae cognomine bimammiae *i.*, quando non racemos, sed vuas alias [2] gerunt. Item tripedanea *k.*, cui nomen a mensura est. Item [3] scirpula *l.* passo acino. *m.* Et Rhaetica in maritimis *n.* Alpibus appellata, dissimilis laudatae illi. *o.* Namque haec breuis, conferta acino, degener vino, sed cute omnium tenuissima, nucleo [4] quem Chium *p.* vocant, vno ac minimo, acinum prae-

C 2

1. *Columbinae acinosissimae Gr. et Al.* 2. *gignunt. Turn.* 3. *scribula Ch.* 4. *quod gigartum. Turn. quod Chii. Ch.*

δακτυλίς. Dactylos vocat Columella, L. III. c. 2. p. 83. H.

h. Acinosissimae) Racemosissimae. Vuae maiores, et crassioribus acinis, racemi minores; et tenuioribus fere a vindemiatore sub pampinis latentes et fallentes relinquuntur. Graecis ἐπιφυλλίδες: inde Racematio: Turn. cap. 26. XXV. *Dal.*

E racemosissimis) Ita MSS. omnes, R. Colb. Th. etc. H.

i. Et magis purpureae cognomine bimammiae) Legendum arbitror, *Et magis purpureae cognomine bibammiae;* hoc est, duplicis tincturae: vt dibapha purpura, de qua supra Plinius lib. IX. cap. 39. *Huic successit dibapha Tyria, quae in libras denariis mille non poterat emi.* Cur vero dictae sint Bibammiae, ilico subiicit, quod gerant diuersos, hoc est diuersicolores non racemos, sed vuas, quales etiam apud nos plerisque in locis cernuntur. *Pintianus.*

Bimammiae) Quoniam geminas semper vuas ferunt, quae crassitudine mammas aemulentur. Eaedem bumasti superius appellatae. Notae Virgilio purpureae, Georg. L. II. v. 65. H.

k. Tripedanea) Colum. p. 84. H.

l. Idem scirpula) R. Colb. Th. Chiffl. *scripula.* H.

m. Passo acino) Rugoso, sicco. H.

n. In maritimis) A Genua ad Vesulum montem, qui Padum fundit. H.

o. Laudatae illi) Superiore sect. H.

p. Quem Chium) MSS. proxime laudati, *quod Chii vocant.* H.

praegrandem *q.* vnum alterumue habens. Eſt et nigra Amminea, cui Syriacae nomen imponunt. Item Hiſpana ignobilium probatiſſima.

9. In pergulis vero feruntur *r.* eſcariae *s.* appellatae, [1] e duracinis *t.*, albae nigraeque: et bumaſti totidem coloribus: [2] ac nondum dictae Aegia *u.*, et Rhodia *x.*, et vncialis *y.*, velut a pondere acini. Item

1. *Sic et M. et Ch. ederae acinis Gr. et Al.* 2. *ſic et M. at. Gr.*

q. Acinum praegrandem) MSS. iidem, *acinum praegrande.* Acinus noſtris, *vn grain de raiſin*: nucleus, *vn pepin.* H.

r. In pergulis vero feruntur eſcariae etc.) Lege: *in pergulis vero feruntur eſcariae appellatae: Ederae acinis albae nigraeque bumaſti, totidemque coloribus.* Vides bumaſtum vuam dici, quae acinos hederae habet. Ergo acini hederae Graecis proprie μαςοί. *Salmaſ.* pag. 366. b.

In pergulis) De pergulis diximus ſ. 3. H.

s. Eſcariae) Eſui accommodae, ſecundiſque menſis. H.

t. E duracinis) Ex iam appellatis vitibus duracinas ait, et bumaſtos in pergulis ſeri: ex nondum dictis, Aegiam, Rhodiam, etc. Vide N. et Em. N. IX. (hic poſ.) *In pergulis etc.*) Haec ſumma fide expreſſa lectio a codicibus MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. Chiffl., vet. Dalec. et Par. In Parm. ſedit. *edurae acinis.* Frobenius interpolauit, *ederae acinis*, ex animi coniectura: cui Salmaſius fauit in Solin. p. 366. ita emendans: *In pergulis vero feruntur eſcariae appellatae. Ederae acinis albae nigraeque bumaſti, totidemque coloribus.* Quam emendationem et MSS. omnium conſenſus, et Pliniana ipſa oratio, et interpretatio noſtra conuellit. Nec bumaſtus igitur vua appellatur, vt Salmaſius exiſtimat, quae acinos ederae habet: neque ederae acini, vt idem colligit ex hoc vno loco, μαςοὶ propriae Graecis vocantur. H.

u. Aegia) Ab Aegio Achaiae oppido, haud procul Corintho, de quo L. IV. ſ. 6. H.

x. Rhodia.) Virgil. Georg. L. II. v. 101. *Non ego te menſis et diis accepta ſecundis Tranſierim, Rhodia.* Meminit et Macrobius Sat. L. II. c. 16. p. 279. Eadem Hipponia

Item [1] picina z. omnium nigerrima: et coronario naturae lusu stephanitis a., acinos foliis intercurſantibus: et quae forenſes vocantur b., celeres proventu, vendibiles aſpectu, portatu faciles. Contra damnantur etiam viſu cinerea, et [2] rabuſcula c., et [3] aſinuſca d.: minus tamen, caudas vulpium imitata, alopecis. e. [4] Alexandrina appellatur vitis circa

C 3 Phala-

1. *Sic M. a picis colore. Sic et Ch. pucina Gr. et Al.* 2. *rabucula. Ch.* 3. *Sic et Ch. aſiniſca. Gr.* 4. *Idaea. Theophr. c. 17. l. III. hiſt.*

ponia appellata, apud Athen. L. XIV. p. 654. H.

y. Vncialis) Vnciaria. Columellae, L. III. c. 2. p. 84. et Iſidoro L. XVII. c. 5. H.

z. Item picina) Ita MSS. Reg. Colb. Th. Chiffl. etc. a colore picis. Prius *Pucina* legebatur. At aliud Pucinum vinum eſt, de quo ſect. 8. H.

a. Stephanitis) Hoc eſt, coronaria. Et in coronam quoque vites ponuntur, vt in Gallia Narbonenſi. Quin etiam, inquit Car. Stephanus in Vineto, p. 298. non longe ab Aurelianenſi agro, vites iugatae, ſiue ſimplici iugo canteriatae, ita collocantur, vt vnumquodque iugum aut canterium vites in coronam ducat, nec tam ornamenti, quam vbertatis gratia. Verum haec omnia artis ſunt et culturae: quod Plinius genus vuae laudat, ſic plane a natura eſt; nec alio ritu coronam imitatur, quam quod vuae intercurſantibus foliis diſtinguantur: vt in coronis folia floribus admiſcentur. Sephanitae vites et a Columella laudantur, l. c. H.

b. Quae forenſes vocantur) Ruſticis noſtris ſeruato nomine veteri, *des Foirars.* Dalec.

Forenſes) Etiam vetuſto nomine retento ruſticis noſtris, *des foirars.* H.

c. Rabuſcula) *Rauuſcula*, colore ad Rauum inclinante. Aſiniſca, aſini colore, quemadmodum in hoc Virgilii verſu: *Et paſſo Pſythia vtilior, tenuiſque Lageos.* Servius expoſuit leporis colore. Brod. cap. 25. IV. *Dal.*

Et rabuſcula) In MSS. *rabucula.* Forte, *rauuſcula*, ob colorem, qui ad rauum, hoc eſt, vt Nonius interpretatur, ad fuluum, inclinet. H.

d. Aſinuſca) Ita MSS. et Macrobius, l. c. H.

e. Alopecis) Vulgo, *Raiſins barbus.* Dal.

Alope-

Phalacram *f.* breuis, ramis cubitalibus, acino nigro fabae magnitudine *g.*, nucleo molli et minimo, obliquis racemis praedulcibus *h.*, folio paruo et rotundo, sine diuisuris. [1] Septimo hinc anno *i.*, in Narbonensis prouinciae [2] Alba *k.* Heluia, inuenta est vitis vno die deflorescens: ob id tutissima. *l.* Narbonicam vocant, quam nunc tota prouincia conserit.

V. (IV.) Catonum ille *m.* primus, triumpho et

1. *Septimo hinc (abhinc) anno. M. Septem his annis Gr. et Al.* 2. *aruo oliuia. M. praue. albo oliua. Ch. Eluia Gr.*

Alopecis) Ἀλωπεκίς. *Raisins barbus.* H.

f. Alexandrina appellatur vitis circa Phalacram) Scribo *Phalacras* numero plurium, ex Theophrasto lib. III. cap. 17. *Vitis*, inquit, *nascitur ea parte Idae quam vocant Phalacras*, astipulante etiam Stephano. *Pint.*

Alexandrina) Ab Alexandria Troadis, non Aegypti, iuxta montem Idam: vnde Idaea vitis a Theophrasto dicitur, Hist. L. III. c. 17. ἄμπελος παρὰ Ἴδης; cuius montis pars Phalacra est. Scholiastes Nicandri, p. 53. Φαλάκρα, ἀκρωτήριον Ἴδης. Hesychius: Φαλάκραι, τόπος τῆς Ἴδης. Φάλακρον, ἀκρωτήριον Ἴδης. Quae in Apennino vocatur *Vigna del Orso*, hanc Idaeam vitem esse aiunt Aloys. Anguillara et Rob. Constantinus: eamdemque ἀρκτοσταφύλην Galeno dictam L. VII. κατὰ τόπους, c. 4. Verum huius Galenicae vitis fructus austerus, dulcis Idaeae est. H.

g. Acino nigro fabae magnitudine) Acino nigro, dulci, oblique ramis adhaerente, fabae magnitudine, qui vinaceo simile quippiam intus continet, molle, folio paruo, etc. Theophr. *Dalec.*

h. Racemis praedulcibus) Racemus Graecis βότρυς, Gallis, *vne grappe*, ea scilicet vuarum testa, quae plurima grana continet. H.

i. Septimo hinc anno) Sic R. 1. cod. et Colb. 3. aliique, non vt vulgati libri, *septem his annis.* H.

k. Alba, etc.) Vulgo, *Aubenas de Vivarez.* Dal.

l. Ob id tutissima) Nam quum vno die deflorescat, vix est in eam imbribus tempestatibusque ius. H.

m. Catonum ille) Maior idem et Censorius appellatus: de cuius triumpho e citeriore Hispania, Plutarchus

et Censura super cetera insignis, magis tamen etiamnum claritate litterarum, praeceptisque omnium rerum expetendarum datis generi [1] Romano, inter prima vero agrum colendi, [2] illius aeui *n.* confessione optimus ac sine aemulo agricola, pauca attigit vitium genera, quarumdam ex iis iam etiam nominibus abolitis. Separatim toto tractatu [3] sententia eius indicanda est, vt in omni genere noscamus, quae fuerint celeberrima, anno sexcentesimo Vrbis, circa captas Carthaginem *o.* ac Corinthum, quum supremum is diem obiit, et quantum postea ccxxx. annis *p.* vita profecerit. Ergo de vitibus *q.* vuisque ita prodidit *r.*: qui locus vino optimus dicetur esse, et ostentus Solibus Ammineum minusculum, et geminum eugenium, [4] helvinum minusculum *s.* conserito. Qui locus crassior

1. Humano. Dal. 2. ille. Ch. 3. excellentia indicanda, vt etc. M. testatus sententiam, cuius excell. V. 4. helvium. Ch.

chus in eius vita p. 342. de Censura p. 345. H.

n. Illius aeui) R. I. et Colb. 3. *Ille vero aeui.* R. 2. et Chiffl. *Ille aeui.* H.

o. Carthaginem etc.) Eodem vtraque vrbs excisa anno, Vrbis nempe DCVIII. quod de Corintho quidem disertis verbis Plinius asseverat, L. XXXIV. f. 3. De Carthagine, Velleius, L. I. H.

p. CCXXX. annis) Scripsisse se hoc opus significat A. V. C. DCCCXXX. H.

q. Ergo de vitibus) Haec in Catonis libro de R. R. exstant c. 6. p. 12. et 13. H.

r. Ita prodidit) Cap. 6. et 7. *Dal.*

s. Heluinum minusculum) Scribo *Helueolum minusculum*, ex Catone ipso cap. 6. Confirmat etiam Varro repetitis Catonis verbis lib. I. cap. 25. et Columella lib. III. cap. 2. Sunt et helueolae quas nonnulli varias appellant, neque purpureae, neque nigrae, ab heluo, nisi fallor, colore. *Pintianus.*

Heluinum) R. I. et Chiffl. *heluium.* R. 2. Colb. et Th. *heluinum.* Cato helueolum vocat, et verbis iisdem Varro de R. R. L. I. c. 25. De his vuarum generibus nominibus-

sior aut nebulosior, Ammineum maius, aut Murgentinum *t.*, [1] Apicium Lucanum serito. Ceterae vites miscellae maxime in quemuis agrum conueniunt. In lora recte conduntur. *u.* Quas suspendas *x.* duracinas, Ammineas maiores: vel ad fabrum ferrarium *y.* pro passis hae recte seruantur. Nec sunt vetustiora de illa re Latinae linguae praecepta: tam prope ab origine rerum sumus. Ammineam proxime dictam, Varro Scantianam *z.* vocat. In nostra aetate pauca exempla consummatae huius

1. *Apicium, Lucanum, diuisim Gr. et Al.*

nibusque diximus sup. sect. H.

t. Aut Murgentinum, Apicium, Lucanum serito) Cato praedicto cap. *Pint.* Verba Catonis aeque a Harduino laudata v. sq. nota.

Apicium) Cato, l. c. *Qui locus crassus erit, aut nebulosior, ibi Ammineum maius, aut Murgentinum, aut Apicium Lucanum serito.* Sic Varro quoque, l. c. H.

u. In lora recte conduntur) Scribo *olla* non *lora*. Sed complura vt coniicio verba hic desiderantur ex ipso Catone, ex cuius cap. 7. puto legendum hoc pacto: *Amineum minusculum et maiusculum et apicium, haec in ollis, ollae in vinaceis conduntur, eadem in sapa et musto in olla recte conduntur.* Pint. *In lora recte conduntur)* Musto diluto. In Elsatico agro hodie *Laureu* vocant. *Dalec.*

In lora) Cato, c. 7. p. 13. Quid lora sit, dicemus s. 12. H.

x. Quas suspendas) Subintellige, idoneas esse. Cato, l. c. *Quas suspendas, duracinas, Ammineas maiores, et Scantianas opportunissimas esse. Vel ad fabrum ferrarium pro passis eae recte servantur.* H.

y. Vel ad fabrum ferrarium) Ambustus etiam locus potest vero resarciri ex Catone sic: *Et Scantianas opportunissimas esse. Hae et ad fabrum ferrarium pro passis recte seruantur.* Pint.

Vel ad fabrum) Si fumo fabrili exponantur, vt dictum est, s. 3. H.

z. Scantianam) A Scantio haud dubie, a quo multo postea duxit originem paterno genere, quae in nummo aureo, ex Gaza Regia, appellatur MANLIA SCANTILLA AVG. A Scantio enim fit Scantilla, vt a Lucio

huius artis fuere: verum eo minus omittenda, vt noſcantur etiam praemia, quae in omni re maxime ſpectantur. Summam ergo adeptus eſt gloriam Acilius Sthenelus e plebe libertina, LX. iugerum non amplius vineis excultis in Nomentano agro *a.* [1] atque CCCC. nummûm *b.* venumdatis. Magna fama et Vetuleno Aegialo perinde libertino fuit, in Campaniae rure [2] Liternino *c.*, maiorque etiam fauore hominum, quoniam ipſum Africani colebat *d.* exſilium.

C 5

1. *Atque aeque (leg. aequo) numero ſeſtertium. V.* 2. *Linternino. Gr. et Al.*

cio ſit Lucilla, Plautilla a Plautio. H.

a. In Nomentano agro) Martialis, L. I. ep. 106. de vino Nomentano: *In Nomentanis, Ouidi, quod naſcitur agris, Accepit quoties tempora longa merum, Exuit annoſa mores, nomenque ſenecta, Et quidquid voluit teſta vocatur anus.* H.

b. CCCC nummûm) Ita R. 2. aliique, hoc eſt, quadringenties nummûm, ſiue ſeſtertiûm millibus: nam lineola ſuperpoſita, vt ſaepe monuimus, centena millia ſubintelligi indicat. Sunt ea monetae Gallicae, Turonicae, vt aiunt, librae 4000000, ſeu quatuor milliones: qua ex aeſtimatione, libris circiter 67100 iugerum vnum quodque veniit: quod pretium ſua ſe magnitudine, nimioque exceſſu commendat. Quod ſi CCCC millibus nummûm, cum Hermolao legi malis, cui haud ſane aſſentimur, eſſet modo pretium 60 iugerum, libris taxatum 40000 ſingulorum vero iugerum, libris fere 671. quod ſi verum foret, imminuiſſe tunc communem vinearum taxationem Acilius, non auxiſſe deprehenderetur. H.

c. In Campaniae rure Linternino) Archetypum Toletanum *Liternio*, non *Linternino.* Et ſane docti iam omnes ſic enunciant. *Pint.*

Liternino) De quo L. III. ſ. 9. H.

d. Africani colebat exſilium) Valer. Max. cap. 3. lib. V. *Dalec.*

Africani) Auguſtin. de ciuit. Dei, L. III. c. 21. *Scipio ille Romae, Italiaeque liberator, eiuſdemque belli Punici confector, victor Hannibalis, domitorque Carthaginis — inimicorum accuſationibus ceſſit, carenſque patria, quam*

lium. Sed maxima *e.*, eiusdem Stheneli opera, Rhemmio Palaemoni, alias Grammatica arte celebri, in hisce XX. annis mercato rus *f.* $\overline{DC}$. nummûm *g.* in eodem Nomentano decimi lapidis ab Vrbe diuerticulo. Est autem vsquequaque [1] nota vilitas mercis *h.* per omnia suburbana, ibi tamen [2] maxima, quoniam et neglecta [3] per indiligentiam praedia parauerat, ac ne in pessimis quidem elegantioris soli. Haec

1. *Nobilitas vinetis per omnia. V.* 2. *Leg. maxima. Quae igitur iam neglecta, etc. soli, haec aggressus, excol.* 3. *indiligentia. Ch.*

quam sua virtute saluam et liberam reddidit, in oppido Liternensi egit reliquam, compleuitque vitam, etc. Idem tradunt Valer. Max. L. V. c. 3. p. 258. et Liuius L. XXXVIII. p. 485. Hanc Literninam Scipionis Africani villam describit egregie Seneca, ep. 86. p. 373. et 374. *In ea villa,* inquit, *didici ab Aegialo, diligentissimo patre familiae, (is enim nunc huius agri possessor est:) quamuis vetus arbustum posse transferri.* Vnde Aegiali quae fuerit aetas, intelligimus. H.

e. Sed maxima) Palaemoni, inquit, Grammatica quoque arte claro, ante XX annos mercato rus sexcenties millibus nummûm, maxima contigit fama, eiusdem Stheneli opera, hoc est, dum in colendis suis vineis culturam Stheneli imitatur. Sic paulo post, *cura Stheneli, dum agricolam imitatur.* De Rhemnio Palaemone multa Suetonius, L. de illustr. Gramm. c. 23. Tiberii et Claudii temporibus vixit. H.

f. Mercato rus) Ruris nomine certum aliquem iugerum modum a Plinio nunc signari non dubitandum. Centuriam Budaeus intelligit, quam in agris iugera ducenta significare auctor est Columella de R. R. L. V. c. 1. cum Varrone de L. L. Lib. IV. H.

g. $\overline{DC}$ nummûm) Centena millia, vt prius, lineola superposita signari remur; sunt autem sexcenties sestertiûm centena millia, Gallicae librae 6000000, siue sex milliones. H.

h. Vilitas mercis) Praediorum ac fundorum. *Dal.*

Vilitas mercis) Maxima fuit, inquit, vilitas pretii, rure illo prioris domini negligenti cultura male habito:

Haec aggressus excolere, non virtute animi, sed vanitate primo, quae nota [1] mire in illo fuit *i*., [2] pastinatis de integro vineis cura Stheneli, dum agricolam imitatur *k*., ad vix credibile miraculum perduxit, intra octauum annum CCCC. nummûm *l*. emptori addicta pendente vindemia. [3] Cucurritque nemo non *m*. ad spectandas vuarum in iis vineis strues, litteris eius *n*. altioribus [4] contra id pigra vicinito: et alioqui constituto in Nomentani agri haud feracissimo tractu. H.

1. *Mira. Parm.* 2. *Pastinatas enim de integro vineas, cura Sthenelum agricolam imitatus, ad vix. Parm.* 3. *Cucurrit non nemo Gr. et Al.* 4. *contra eum. Dal.*

i. Quae nota mire in illo fuit) Non sunt haec verba spuria, vt Pintianus censuit, sed genuinus auctoris fetus, carpentis obiter Grammatici mores, vt paulo post et Senecae, *Principis tum eruditionis ac potentiae, quae postremo nimia fuit super ipsum.* H.

k. Cura Stheneli dum agricolam imitatur) In archetypo Toletano aliter; *Cura Stheneli agricolam imitatus.* Legendum reor, *cura Sthenelei agricolae imitatus.* Porro verba quae statim ante praecedunt, *non virtute animi, sed vanitate, quae primo nota mire in illo fuit*, non Plinii, sed aliena esse duco. Nec enim Plinio historiam naturae scribenti tantum otii superfuisse verisimile est, vt grammatici mores tam curiose nobis describeret. *Pintianus.*

Cura Stheneli) Adhibens culturae genus illud quo Stheneli agricola, ex praescripto eius, vteretur. H.

l. CCCC nummûm) Quadringenties sestertiûm, seu quatuor millionibus. H.

m. Cucurritque nemo non) Prius legebatur, mendose vtique, *non nemo*. H.

n. Litteris eius altioribus contra id pigra vicinitate sibi patrocinante) Emendatius vt puto legetur, *Litteris a latrantibus contra, impigra vicinitate sibi patrocinante.* Pint. *Litteris eius altioribus, etc.*) Putabatur enim, quod insigniter esset litteratus, rectius potuisse et sciuisse agrum colere. *Dalec.*

Litteris eius) Vicini, inquit, non eamdem adhibentes in colendis vineis suis diligentiam, quum fructus multo tenuiores deinde perciperent, pigritiam suam altioribus eius litteris excusabant: quasi is reconditiore quadam

vicinitate ſibi patrocinante: nouiſſime [1] Annaeo Seneca *o.*, principe tum eruditionis, ac [2] potentiae *p.* quae poſtremo nimia fuit *q.* ſuper ipſum *r.*, minime vtique miratore inanium, tanto praedii eius amore capto, vt non puderet *s.* [3] inuiſo alias et oſten-

1. *Anneo Gr.* 2. *potentia. Gr.* 3. *Alias ſic: inuiſuro alias regiones, et oſtentaturo. Quam lectionem agnoſcit et Budaeus lib. V. de Aſſe.*

quadam doctrina praeditus; veneficiis, magicisque incantationibus, non operoſo culturae genere tam inſignem vuarum profectum aſſequeretur. Habet aliud prorſus affine, nec minus lepidum, Plinius noſter L. XVIII. ſ. 8. de C. Furio. H.

o. Nouiſſime Anneo Seneca) Emendemus errorem publicum, omnes enim *Anneus* penultima correpta ſcribunt et proferunt, quae longa eſt diphthongo, vt manifeſtum facit Terentiani verſus: *Annaeus Seneca et Pomponius ante Secundus.* Verba autem quae ſequuntur, *Principe cum eruditionis, ac potentia quae poſtremo nimia fuit ſuper ipſum*, non redolent Plinium, putamusque falſo Plinio attribui. *Pint. Nouiſſime Anneo Seneca*) De his Senecae vinetis Columel. cap. 3. lib. III. et ipſe Epiſt. 105. *Dalec.*

p. Ac potentiae) De potentia Senecae et auctoritate, locuples teſtis eſt Tacitus, Annal. L. XIV. p. 236. ſcribens accuſatum apud Neronem fuiſſe Senecam, *tamquam ingentes, et priuatum ſupra modum euectas opes adhuc augeret, quodque ſtudia ciuium in ſe verteret: hortorum quoque amoenitate et villarum magnificentia, quaſi principem ſupergrederetur:* (eiuſdem verba haec ſunt:) *Verum mors Burrhi infregit Senecae potentiam, etc.* Intra quadriennium regiae amicitiae ter millies ſeſtertiûm parauiſſe auctor eſt idem, Annal. L. XIII. p. 204. et Dio, L. LXI. p. 694. hoc eſt, monetae Gallicae libras, vt vocant 30000000, ſiue triginta milliones. H.

q. Nimia fuit) Neronem in Senecae perniciem excitauit. Forte rectius, *Nimia ruit ſuper ipſum.* H.

r. Super ipſum) In eius calamitatem ac exitium. *Dal.*

s. Vt non puderet) Exemplar Toletanum, *Vt non puderet inuiſo alias regiones, et oſtentaturo*, ſcribendum arbitror, *vt non puderet in ipſa illa regione Nomentana tradere*

oſtentaturo tradere palmam eam, emptis quadruplicato *t.* vineis illis intra decimum fere curae annum: digna opera, quae in Caecubis Setiniſque agris proficeret: quando et poſtea ſaepenumero ſeptenos *u.* culeos ſingula iugera, hoc eſt amphoras centenas quadragenas muſti dedere. Ac ne quis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato *x.* denos culeos *y.* redire ex iugeribus ſcripſit, effica-

re palmam, ex Columella, ſcribente vineas Senecae in Nomentano fuiſſe. *Pint.* *Vt non puderet, etc.*) Et ſuperba arrogantia, qua natas ſecum litteras atque morituras iactabat, et inſolentiſſima maledicentia, qua Varronem, tantum virum, porcum appellabat. *Dalec.*

Vt non puderet) Non puduit Senecam, inanium rerum alioqui minime miratorem, tam inſignis culturae palmam tradere Palaemoni, inuiſo alias homini: quique ob peculiarem vanitatem, ingenitamque iactantiam, in ſuae induſtriae oſtentationem, cum magna Senecae emptoris inuidia, ambitioſe de ea foret gloriaturus. Non puduit, inquam, Senecam confiteri, eximium in colendo agro, ac ſingularem virum fuiſſe Palaemonem: neque id verbis modo confiteri, ſed facto: emptis nempe vineis illis quadruplicato pretio, quo Palaemon ipſe coemerat. H.

t. Quadruplicato) Emerat Palaemon ſexcenties ſeſtertiûm vt diximus: quae ſumma quadruplicata efficit Gallicae monetae libras 24000000 ſeu 24 milliones. Laudat Iuuenalis Sat. 10. v. 16. *Magnos Senecae praediuitis hortos.* H.

u. Septenos) Octonos Columella, L. III. c. 3. p. 90. Culeus menſura vicenas amphoras continens, vel quod idem eſt, vrnas quadragenas: hac nulla maior liquoris menſura. Culeus modios noſtros duos et ſemis capiebat, inquit Budaeus, de aſſe, L. V. Amphora pars eſt octaua modii noſtri: *la huitiéme partie d'vn muid.* H.

x. Idem Cato) In libro Originum, quem Varro in hanc ipſam rem laudat, de R. R. L. I. c. 2. *Annon M. Cato ſcribit in libro Originum ſic? Ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus eſt vltra agrum Picentium. In eo agro aliquot*

efficacibus exemplis non maria plus [1] temerata *z.* conferre mercatori, non in Rubrum litus Indicumve merces petitas, quam sedulum ruris [2] larem.

VI. Vino antiquissima claritas Maroneo *a.*, in Thraciae maritima parte genito, vt auctor est Homerus. *b.* Neque enim fabulosa, aut de origine varie prodita consectamur, praeterquam Aristaeum *c.* primum omnium in eadem gente mel miscuisse vino, suauitate praecipua vtriusque naturae sponte prouenientis. Maroneum vicies tanto addito aquae miscendum Homerus prodidit. *d.* Durat *e.* etiam vis eadem in terra generi, [3] vigorque *f.* indo-

1. *Tentata. Alii.* 2. *laborem. Dal.* 3. *rigorque. Ch.*

quotfariam in singula iugera dena cullea vini fiunt. H.

y. Denos culeos) Sexenas vrnas, Columel. lib. III. cap. 3. *Dalec.* Quindenos culeos Fulv. Vrsin. ad Varr. de re rust. lib. I. cap. 2. pag. 15.

z. Temerata) Mercatorum audacia et lucri cupiditate, ac naufragiis. H.

a. Maroneo) Μάρων rex Thraciae. Cratino apud Pollucem vinum Maroneum ἔτ᾽ ὤπιον τοσοῦτον, ἄδε μάρωνα πίομαι. Maronea Thraciae vrbs nobilis vino. *Dalec.*

Maroneo) Athenaeo, L. I. p. 26. ὁ τοῦ Μάρωνος οἶνος. A Marone Euanthei filio, Bacchi nepote, Thraciae rege, nomen habet, a quo et Maronea eiusdem orae ciuitas, de qua L. IV. f. 18. Hodie *Marogna.* Vini tam nobilis vix hodie restare nomen ait Andr. Baccius, L. VII. p. 335. H.

b. Homerus) Odyss. 9. v. 197. H.

c. Aristaeum) De eo diximus L. VII. f. 57. Hunc τὰ μελισσουργικὰ inuenisse primum scribit Apollonii Scholiastes ad Argon. L. II. v. 500. H.

d. Homerus prodidit) Odyss. α. *Dalec.*

Homerus prodidit) Eius haec carmina l. c. v. 208. Τὸν δ᾽ ὅ τε πίνοιεν μελιηδέα, οἶνον ἐρυθρὸν, Ἓν δέπας ἐμπλήσας, ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα Χεῦ᾽· ὀδμὴ δ᾽ ἡδεῖα, etc. H.

e. Durat) Huic *vini* generi in eadem *illa* terra durat ea generositas. H.

f. Vigorque) MSS. omnes, *rigorque.* H.

indomitus. Quippe quum Mutianus ter Consul ex his qui nuperrime prodidere, sextarios *g.* singulos [1] octogenis *h.* aquae misceri compererit praesens in eo tractu. *i.* Esse autem colore nigrum, odoratum, vetustate pinguescere. Et Pramnio *k.*, quod idem Homerus *l.* celebrauit, etiam nunc honos durat. Nascitur Smyrnae *m.* regione, iuxta delubrum Matris Deûm. In reliquis claritas generi *n.* non fuit [2] alicui. Anno *o.* fuit omnium generum

1. *Sic et Ch. octonis Gr. et Al.* 2. *alicui. Fuit quidem omnium, etc. interemptus est: quo anno ea caeli. Alii vero, alicui. Anno vno fuit, etc. interemptus est, et ea caeli, etc. In reliquis claritas generi non fuit alicui. Anno fuit Gr. et Al.*

g. Sextarios) Sextarius congii sexta pars fuit: inde nomen: eam mensuram capiebat, teste Budaeo, quam lingua nostra ternos septariolos vocat, hoc est, ternos semisextarios, *trois demi-setiers*: Hic dodrans est pintae Parisiensis, quae quaternos capit. H.

h. Octogenis) Sic MSS. omnes, non *octonis*, quod interpolatorum obtrusit audacia. H.

i. Praesens in eo tractu) Commodius legetur *praeses*, quam *praesens*. Pint.

k. Et Pramnio) Ex eo, caseo et polenta, Iliad. λ. Hecamede τὸν κυκεῶνα parat. *Dalec.*

Et Pramnio) Schol. Nicandri in Alexiph. p. 58. Πράμνιος δὲ οἶνος, ἀπὸ ἀμπέλȣ Πραμνίας, ἢ καὶ ψιθίαν τινὲς καλȣ̃σιν. H.

l. Idem Homerus) Iliad. λ. v. 638. Οἴνῳ Πραμνείῳ, etc. H.

m. Smyrnae) Et in Icaro insula, vbi scopulus Pramnius, vnde vino nomen, teste Eparchide apud Athenaeum, L. I. p. 30. Et in Lesbo, teste Ephippo apud eumdem, p. 28. Et in Ephesino agro, qui Smyrnensi finitimus, teste Alciphrone, ibidem, p. 31. H.

n. In reliquis claritas generi, etc.) Legend. *In reliquis claritas generi non fuit alicui, anno fuit omnium generum bonitatis L. Opimio Consule, cum C. Gracchus Tribunus plebem seditionibus agitans, interemptus, ea caeli temperies fulsit, cocturam vocans solis opere, Natali Vrbis* DCXXXIII. Anno fuit claritas bonitatis omnium generum. *Salmas.* p. 467. b.

o. Alicui

rum bonitas, L. Opimio *p.* Consule, quum C. Gracchus *q.* Tribunus plebem seditionibus agitans interemptus: ea caeli temperies fulsit, quam coсturam *r.* vocant, Solis [1] opere, natali Vrbis [2] DCXXXIII. *s.* Durantque adhuc vina ducentis fere *t.* annis, iam in speciem redacta mellis asperi: etenim haec natura vinis in vetustate est: nec potari

1. *Vapore. Dal.* 2. *DCXXXIV. Gr. et Al.*

o. Alicui anno) Inde novae sententiae petunt initium codices omnes MSS. R. Colb. Th. etc. Prius legebatur in vetustis editionibus, Romana, anni 1470. Parm. 1476. aliisque, *claritas generi non fuit alicui. Anno fuit, etc.* quod nunc videtur rectius: nisi cui magis etiam arriserit, *Annus fuit omnium generum bonitatis:* quoniam haec vox postrema in plerisque MSS. sic legitur. H.

p. L. Opimio) Q. Fabio Max. Allobrogico collega. H.

q. C. Gracchus) Vide quae dicenda sunt L. XXXIII. s. 14 H.

r. Cocturam) Quum fructus est bene Solibus coctus, vt Plinius alibi dicit: quod in omni genere vini hoc Opimii consulatu contigit. Martialis L. II. ep. 40. *Caecuba saccentur, quaeque annus coxit Opimi.* Et L. III. ep. 26. *Massica solus habes, et Opimi Caecuba solus.* Et Petronius: *Falernum Opimianum.* H.

s. DCXXXIII.) Vt diximus L. II. s. 29. dicemusque iterum s. 16. libri huius. Tamen hoc loco in MS. Parisiensi legitur, *natali Vrbis sexcentesimo tricesimo quarto.* H.

t. Ducentis fere) Minus annis tribus: nam scripsisse haec ipse prodit anno DCCCXXX vt vidimus sup. sectione. Vide N. et Em. N. X. (hic adi.) *Ducentis*) Quum hac forma loquendi Plinius noster, temporis notam quo haec edidit, post vini Opimiani aetatem, satis aperte signet: quidam existimarunt se posse Petronii Arbitri aevum pariter agnoscere ex iis verbis eius Satyrici, p. 114. *Statim allatae sunt amphorae vitreae diligenter gypsatae, quarum in ceruicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo:* FALERNVM OPIMIANVM ANNORVM CENTVM. Referunt alii hunc scriptorem ad Neronis, ad Antoninorum alii, alii ad Gallieni principatum: nullo sane omnes satis idoneo ducti argumento. H.

tari per se queunt, si non peruincat aqua, vsque in amaritudinem *u.* carie indomita. Sed ceteris *x.* vinis commendandis minima aliqua mixtura medicamenta sunt: [1] quod, vt eius temporis aestimatione

1. Sic ex MSS. em. Hard. quod, vt eius, etc. centenis nummis acuantur. M. quo fit, vt Gr. et Al.

u. In amaritudinem) Quam caries vetustatis induxit: quae nec domari, nisi plurimum aquae misceatur, queat. Catullus ep. 27. *Minister vetuli puer Falerni, Inger mî calices amariores:* Hoc est, meraciores, ob vetustatem amariores. Cur autem vetustate vinum amarescat, disce ex Theophrasto, de causis L. VI. c. 10. p. 362. Plinius, L. XXIII. s. 22. *Quo generosius vinum est, hoc magis vetustate crassescit, et in amaritudinem corpori minime vtilem coit.* H.

x. Sed ceteris) Vina, inquit, quae ab Opimio Consule vsque ad praesens durant, minima portione addi solent ad alia vina, commendationis et suauitatis gratia; et ob id medicamentorum pretio veneunt: nam vt eo tempore, hoc est, Opimii consulatu, licitatum vinum putemus in singulas amphoras, nummis sestertiisque centenis: (Gallicae monetae sunt librae omnino decem:) tamen ex his amphoris singulas vncias Caio principe constitisse vidimus tot nummis siue sestertiis, quot vsura centenûm nummûm illorum continet, per annos CLX. multiplicata semissibus: quae vsura ciuilis et modica est. Vsura semissis est, quum de centenis nummis semis in mense redit, in anno nummi seni: Galli dicunt, *six pour cent*: siue quod eodem recidit, quum e centenis assibus semis as in mense, siue semissis lucri fit, (vnde vsurae semissi primo nomen:) in anno asses seni penduntur: vti ex Columella constat L. III. c. 3. p. 92. Vide quae de vsura centesima appellata Gothofredus habet in Cod. Theod. L. II. tit. 33. de vsuris, L. I. p. 234. et quae Iustellus in Cod. eccl. vniu. p. 74. Itaque si amphora, siue quadrantal, (id est, vt Festo placet, verbo *Publica pondera*, L. XXX. vini librae,) Opimio Consule centum nummis veniit: faciunt autem LXXX librae vncias DCCCCLX. efficitur vt semisses vsurae, hoc est, nummi seni annorum CLX nummos DCCCCLX inferant: atque ita singulae vini vnciae DCCCCLX nummis siue

ne in singulas amphoras centeni nummi statuantur, ex his tamen, vsura multiplicata semissibus *y.*, quae ciuilis ac modica *z.* est, in C. Caesaris *a.* Germanici filii principatu, [1] anno CLX. singulas vncias [2] vini *b.* constitisse nobili exemplo docuimus, referentes vitam Pomponii *c.* Secundi vatis, coenamque quam Principi illi dedit. Tantum pecuniarum detinent vini apothecae. Nec alia res maius *d.* incrementum sentit ad vicesimum annum, maiusue ab eo *e.* dispendium, non proficiente pretio. Raro quippe adhuc fuere, nec nisi in nepotatu, singulis testis millia nummûm. *f.* Viennenses

1. *Anno centesimo.* Budaeus. *annis* CLX. Gr. et Al. 2. *binis ac vicenis constitisse.* V. *vineae constituisse.* Ch.

siue sestertiis constitere; quae monetae nostrae librae sunt XCVI. H.

y. Vsura multiplicata semissibus) Vsura semissium in singulos annos adaucta, in centenarium sex, in millenarium sexaginta. Amphora continet sextarios 48. cyathos 12. *Dalec.*

z. Quae ciuilis ac modica) Sic Persius, Sat. 5. v. 149. quincunces vsuras *modestas* vocat: *Quid petis, vt nummi, quos hic quincunce modesto Nutrieras, peragant auidos sudare deunces?* H.

a. Caii Caesaris) Quem Caligulam nuncuparunt alii, Plinius numquam. H.

b. Annis CLX. singulas vncias vini) Sors in singulas amphoras Opimio Cos. Nummi 100. Annua vsura semissis 160. annorum efficit 960. quibus si addas sortem, nempe 100. summa sortis et multiplicatae vsurae futura est 1060. *Dal. Annis CLX. singulas vncias vini)* Lego *nummis*, non *annis*. Pint.

Anno CLX.) Post annos CLX ab Opimio Consule: nempe A. V. DCCCXCIII. Caii Principis quarto. H.

c. Pomponii) De eo diximus L. VII. f. 18. H.

d. Nec alia res maius, etc.) Hinc explere liceat praeceptum seu regulam Varronianam de re rust. lib. I. cap. 65. *Dalec.*

e. Maiusue ab eo) Post eum annum, nempe vicesimum. H.

f. Millia nummûm) Siue sestertiûm. Monetae Gallicae sunt librae omnino centum. H.

ſes ſoli picata ſua *g.*, quorum genera diximus, pluris [1] permutaſſe, ſed inter ſeſe [2] amore patrio creduntur. Idque vinum frigidius reliquis [3] exiſtimatur in frigido potu.

VII. (V.) Vino natura eſt *h.*, hauſto accendendi calore *i.* viſcera intus, foris infuſo refrigerandi. Nec alienum fuerit commemorare hoc in loco, quod Androcydes ſapientia clarus ad Alexandrum Magnum ſcripſit, intemperantiam eius cohibens: Vinum [4] poturus, rex, memento te bibere ſanguinem terrae *k.*: [5] cicuta hominum venenum eſt,

D 2

1. *Permutare Ch.* 2. *more. Dal.* 3. *exiſtimatur in potu. V.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. conj. Ch. potaturus Gr. et Al.* 5. *ſic ex MSS. em. Hard. ſicut venenum cicutae vinum eſt, ſic et vinum cicuta homini. Alii. ſicut cicuta homini venenum, ſic cicutae vinum etc. Gr. et Al.*

g. *Picata ſua)* De quibus egimus, ſ. 3. H.

h. *Vino natura eſt)* Οἶνος Graecis, vel διὰ τὸ τῆς οἰήσεως ἐμπίμπλασθαι τὸν νοῦν: vel ἀπὸ τῆς ὀνήσεως. Nam, vt ait Homerus: — ὀνήσεαι αἴκε πίησθαι. In leuandis curis vini vtilitatem verſus hi Homerici declarant: Οἶνον τοὶ Μενέλαε θεοὶ ποίησαν ἄριςον Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελεδῶνας. *Dal.*

i. *Accendendi calore)* Αἴθοπα οἶνον Homerus vocat, ἐπικεκαυμένον τὴν ὄψιν, μέλανα ἢ ἐρυθρὸν: vel θερμὸν, καὶ ἐκκαίοντα, παρὰ τοῦ αἴθειν. Plutarchus interpretatur λαμπρὸν, καὶ διαυγῆ. *Dal.*

k. *Memento te bibere ſanguinem terrae)* Lego contra omnia exemplaria, et contra omnium hactenus ſententias, *Memento te bibere ſanguinem tauri*, id eſt venenum, nam ſanguinem tauri mortiferum eſſe hauſtu praeter Paulum, Aëtium, Dioſcoridem, Nicandrum, Pſellum, et omnem medicorum ſcholam, Plinius quoque prodit lib. XI. cap. 38. *Taurorum*, inquit, *ſanguis celerrime coit atque dureſcit: ideo peſtifer potu maxime.* Confirmant hanc correctionem verba illa quae ſtatim ſubnectuntur. *Pint.*

Sanguinem terrae) Haud abſimili fere tranſlatione *ſanguinem vuae* vinum appellant

est, cicutae vinum. *l.* Quibus praeceptis si ille obtemperauisset, profecto amicos in temulentia non interemisset. *m.* Prorsus vt iure dici possit, neque viribus corporis vtilius [1] aliud *n.*, neque aliud voluptatibus perniciosius *o.*, si modus absit.

VIII.

1. *Aliud si modus adest, neque. Dal.*

lant Codices Sacri, Gen. XLIX. 11. Deutr. XXXII. 14. etc. H.

l. Sicut cicuta homini venenum est, sic cicutae vinum) Duo verba superfluunt ex exemplari Toletano, *sicut*, et *sic*: legendumque prorsus ex eius fide, *Cicuta homini venenum est, cicutae vinum.* Vidit et hoc ante nos Hermolaus. *Pint.*

Cicutae vinum) Quae vis vini sit aduersus cicutam dicetur L. XXIII. s. 23. et L. XXV. s. 95. Dat operam Androcydes, vt Alexandro persuadeat, tamquam re potentissima parcius vt vtatur vino, quod veneni venenum id sit: vnde non dispari sensu terrae esse sanguinem dixit. H.

m. Amicos in temulentia non interemisset) Clytum, Seneca, cap. 17. lib. De ira: Callisthenem, idem auctor cap. 23 lib. VI. Natur. Quu. Idem de Clyto Epist. 84. lib. XII. Val. Max. cap. 3. lib. IX. *Dalec.*

Amicos) Clytum, et Callisthenem. Vide Senecam de Ira, c. 17. et Natt. Quu. L. VI. c. 23. H.

n. Neque viribus corporis vtilius aliud) Venustum hac de re Graecum epigramma: Οἶνος, καὶ τὰ λόετρα, καὶ ἡ περὶ κύπριν ἐρωὴ Ὀξυτέρην πέμπει τὴν ὁδὸν εἰς ἀΐδην. Rhod. c. 35. L. XXVIII. Elegantissimi sunt de Cratino et Nicerato versus: Οἶνος τοὶ χαρίεντι μέγας πέλει ἵππος ἀοιδῷ. — Ὕδωρ δὲ πίνων οὐ καλὸν τέκοις ἔπος, etc. Rhodig. ibidem ex Athenaeo. *Dal.*

o. Aliud voluptatibus perniciosius) Vocem *voluptatibus* Muretus in Varronem, cap. 12. VI. expungendam censet, eamque lectionem a Politiano et Hermolao probari testatur. Lucilius: *Scito etenim bene longinquum mortalibus morbum In vino esse, vbi qui inuitauit dapsilius se.* Theognis: Οἶνος πινόμενος πουλὺς κακός. ἢν δέ τις αὐτὸν Πίνῃ ἐπισταμένως, οὐ κακὸς ἀλλ' ἀγαθός. Panyasis: Ὡς οἶνος θνητοῖσι θεῶν πάρα δῶρον ἄριστον Πινόμενος κατὰ μέτρον, ὑπέρμετρος δὲ χερείων. Vide Politianum cap. 61. Miscellan. *Dal.*

Neque aliud voluptatibus) Qua

VIII. (VI.) 1. Genera autem vini alia aliis gratiora esse, quis dubitet? aut non ex eodem lacu *p.* aliud praestantius [1]altero germanitatem praecedere *q.*, [2]siue testa *r.*, siue fortuito euentu? Quamobrem de principatu [3]se quisque iudicem statuat. [4]Liuia Augusta LXXXII. annos *s.* vitae Pucino *t.*

D 3 vino

1. *Potu altero. Dal.* 2. *siue natura. Alii, siue arte. Quidam, siue astu.* 3. *si quisque iud. statuet. Ch.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. Iulia Augusta LXXXII. annos vitae Pucino retulit acceptos Gr. et Al.*

Quas praematura scilicet morte abrumpit, si modus potandi absit. Vide Not. et Em. N. XI. (hic cons.) *Neque* etc.) Redundare haec vox *voluptatibus* Mureto videtur, Varr. lect. L. VI. c. 12. p. 140. meliorque futura sententia, si ea deleatur. Hoc enim dicet, immodico vino maxime debilitari corporis vires: quod et poetae cecinerunt, quos eo loci recitat: sed et libri testimoniorum pleni sunt, et exemplorum plena vita. Illud tamen *voluptatibus*, quod expungendum credit, et Hermolaus, et Politianus agnoscunt: et quod his tutius est, MSS. omnes, Reg. Colb. Th. Chiffl. Par. etc. H.

p. Ex eodem lacu) Lacus dicitur id vas quod mustum continet, quum prelo exprimitur, transmittitque, quum in dolia conditur: *vne cuve:* vinum ex eodem lacu, *vin d'vne même cuvée.* H.

q. Germanitatem praecedere) Hoc est, praestantius esse altero, quod ex eodem lacu haustum, atque adeo germanitatis, siue fraternitatis, si fas est ita dicere, vinculo quodam coniunctum sit. Simili tralatione palmas cuiusdam generis caryotarum sorores vocat, L. sup. s. 9. H.

r. Siue testa) Nam a testa seu dolio saporem quemdam vinum accipit: et ex picatis quidem doliis olim expetitum. H.

s. LXXXII annos) LXXXVI. omnino vixit, teste Dione, Lib. LVIII. p. 621. ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα. Haec Liuia fuit Augusti coniux. Vetustae omnes editiones, Romana anni 1470. Parmensis, Taruisina, aliaeque, cum libris MSS. vetustioribus habent *Liuia*, non *Iulia.* H.

t. Pucino) Pizzino d'Istria. Dal.

Pucino) Vino ei nomen a castello est, de quo egimus L. III

vino retulit acceptos, [1] non alio vſa. Gignitur in ſinu Adriatici maris, non procul a Timauo fonte, ſaxeo colle, maritimo afflatu paucas coquente amphoras: nec aliud aptius medicamentis iudicatur. Hoc eſſe crediderim, quod Graeci celebrantes miris laudibus [2] Praecianum appellauerunt ex Adriatico ſinu. *u.* Diuus Auguſtus *x.* Setinum praetulit cunctis *y.*, et fere ſequuti principes, confeſſa propter

1. *Non aquoſo. Gign. M.* 2. *praicianum appellauerint. Cb. pyctanon appellauerunt. Gr. et Al.*

L. III. ſ. 22. Hodieque vinum ibi dotis eximiae haberi ſcribit Ioh. Candidus, L. de rebus Aquileiae, quem Baccius laudat, L. VI. p. 328. In Notis, quae falſo Tironi adſcribuntur, apud Gruterum, p. 144. *Poecinum.* H.

u. Pyctanon appellauerunt ex Adriatico ſinu) Exemplar Salmanticenſe non *Pyctanon* legit, ſed *Praictanum:* Toletanum vero *Praitianum*, ſcribendum puto, *Paraetypianum*, ex Dioſcoride lib. V. *Paraetypianum*, inquit, *quod ex Hadriano agro itidem affertur, odoratum molliuſque eſt, ea propter fallit bibentes copioſe potum, etc.* Neque *pithanon* ſcribendum hic eſſe perſuadebit mihi Sabellicus, aut, qui eum carpit, Hermolaus, *pyctanon*, nam a Pucino caſtello, quod item Ptolemaeus Pucinon Graece vocat, quomodo poſſeſſiuum deduci poſſit *pyctanon*, non video. *Pint.*

Praecianum) Ita MSS. omnes, Reg. Colb. Th. non *pyctanon*, vt Hermolaus ſcripſit. H.

x. Diuus Auguſtus) Et Rhaetico etiam vino delectatum ſcribit Suetonius, in eius vita, c. 77. H.

y. Setinum praetulit cunctis) Setia oppidum in colle, a Tarracinae paludibus quinque millia diſſitum: hodie, *Sezza.* Martial. *Pendula etc.* Item: *Setinum, dominaeque niues, denſique clientes, Quando ego te medico non prohibente bibam.* Iuuenal. — *et lato Setinum ardebit in auro.* Vicinum et Setiae oppidum Signia vino Signino clarum. *Dalec.*

Setinum) Ab oppido Setia, *Sezza*, haud procul Tarracina. Martialis L. XIII. epigr. 112. *Pendula Pomptinos qua ſpectat Setia campos, Exigua vetulos miſit ab vrbe cados.* Athenaeo, L. I. p. 26. οἶνος Σετῖνος, quod vinum

pter experimenta, non temere cruditatibus noxiis z. [1]ab ea ſaliua. *a.* Naſcitur ſupra Forum Appii. *b.* Antea Caecubo *c.* erat generoſitas celeberrima in paluſtribus populetis, ſinu Amyclano *d.*: quod iam intercidit,

D 4 tercidit,

1. *In ea ſalebra. Dal.*

num ſimile Falerno dicit. Silio, L. VIII. — *Ipſius menſis ſepoſta Lyaei Setia.* H.

z. *Non temere cruditatibus noxiis ab ea ſaliua. Naſcitur ſupra forum Appii*). *Simile* non *ſaliua* exemplar Salmanticenſe. Scribendum opinor, *non temere cruditatibus noxiis ab eo. Setia naſcitur ſupra forum Appii.* Pint.

a. Ab ea ſaliua) Saliua, guſtus et ſapor. Perſius: *Nec tenuem ſolers turdorum noſſe ſaliuam:* De vini tamen familiari et peculiari ſapore vſurpatur infra cap. I. lib. XXIII. circa medium. *Dalec.*

Ab ea ſaliua) Ita libri omnes. Hoc eſt, ab eo vini liquore, quum, vti par eſt, omnino deferbuit. Plinius, L. XXIII. ſ. 22. *Sua cuique vino ſaliua innocentiſſima eſt:* hoc eſt, naturalis ſapor. Alia ſententia L. XI. ſ. 12. mel idem appellat quamdam ſiderum ſaliuam. Setinis porro vinis cibos concoqui Plinius tradit, L. XXIII. ſ. 21. H.

b. Forum Appii) De quo L. III. ſ. 9. Ibi nunc *Caſarillo di S. Maria*, IV. mill. paſſ. infra Setiam, iuxta paludes Pomptinas. H.

c. Caecubo, etc.) Galen. lib. κατὰ τόπȣς in Arteriacorum expoſitione Caecubum vinum a loco dictum minime putat, ſed ita vocatum fuiſſe quoduis vetuſtiſſimum, et ob vetuſtatem fulvum πυῤῥὸν, quod etiam XII. Meth. rurſus confirmat, et lib. I. de Antidotis. *Dal.*

Antea Caecubo) Martialis, L. XIII. ep. 115. *Caecuba Fundanis generoſa coquuntur Amyclis; Vitis et in media nata palude viret.* Sinus Fundanus, qui et Amyclanus, et Formianus, et Caietanus dictus eſt, non minus quam Pomptinae paludes aquis reſtagnantibus et paluſtribus oppletur. Caue enim credas de palude Pomptina ipſa aut Plinio nunc, aut Martiali, eſſe ſermonem: quem tamen errorem Plinio affingit Cluuerius in Ital. ant. Ager Caecubus, de quo L. III. ſ. 9. nomen vino dedit. H.

d. Sinu Amyclano) In eo tractu fuerunt Amyclae deletae a ſerpentibus, et in propinquo Fundanus lacus. Supra cap. 5. lib. I. *Dal.*

tercidit, et incuria coloni, locique anguſtia: magis tamen foſſa Neronis, quam a Baiano lacu Oſtiam vſque nauigabilem inchoauerat. *e.*

2. Secunda nobilitas Falerno agro erat, et ex eo maxime [1] Fauſtiano. *f.* Cura culturaque id [2] collegerat. Exoleſcit hoc quoque, copiae potius, quam bonitati ſtudentium. Falernus ager a ponte Campano *g.* laeua petentibus Vrbanam coloniam *h.* Syllanam

1. *Fauſtini.* *M.* *Fauſtino.* *Ch.* 2. *contigerat.* *Exol. hoc quoque culpa copiae potius, vel nimiae cupiditate copiae potius, vel.* *Exol.* *hoc quoque copiae potius, quam bonitatis ſtud.* *Dal.* *collegerat Exol. hoc quoque nimietate copiae.* *M.*

e. *Quam a Baiano lacu Oſtiam vſque nauigabilem inchoauerat*) Scribendum non *a Baiano*, ſed *ab Auerno.* Suetonius in Nerone cap. 31. *Foſſam ab Auerno Oſtiam vſque, vt nauibus nec tamen mari iretur, longitudinis per* CLX. *miliaria, latitudinis qua contrariae quinqueremes commearent.* Cornelius Tacitus lib. XV. *Namque ab lacu Auerno nauigabilem foſſam vſque ad oſtia Tiberina depreſſurum promiſerat.* Pint.

A Baiano lacu) Qui et Auernus proprie appellatus, a Baiarum vicinitate Baiani cognomen inuenit. Hoc Neronis incoeptum deſcribit vberius Tacitus, Annal. L. XV. p. 254. et Tranquillus in Nerone, c. 31. H.

f. *Fauſtiano*) Nunc *Falciano* dicitur, vbi nobiliſſimum hodieque Falernum naſcitur, incolis *Vino Razzeſe* appellatum. H.

g. *Ponte Campano*) Fuit ille Sauoni amni impoſitus (quo de amne diximus L. III. ſ. 9.) in via Conſulari, quae ab vrbe Capua ducit Sinueſſam: vt recte vidit Gothofredus in Cod. Theod. L. IX. tit. 40. de poenis p. 304. Vide etiam Camillum Peregr. in Campan. p. 448. Huius etiamnum nomen reſtat in vicino pago, *S. Giovanni a Ponte Campano.* Quae villa fortaſſis ea eſt, cuius Horatius meminit L. I. Sat. 5. *Proxima Campano ponti quae villula, tectum Praebuit, etc.* H.

h. *Vrbanam coloniam*) Quae Ptolemaeo, L. III. c. 1. Forum Popilii: a Carinola ſeu Calenenſi ciuitate, et Sauone amne haud procul: dioeceſos Capuanae, cuius iuriſ.

lanam nuper Capuae contributam incipit. Faustianus autem circiter quatuor milliaria vico prope Cedias *i.*, qui vicus a Sinuessa vi. millibus abest. Nec vlli in vino maior [1] auctoritas: solo vinorum flamma accenditur. Tria eius genera, austerum, dulce, tenue. Quidam ita distinguunt: summis collibus Gauranum gigni *k.*, mediis Faustianum, imis Falernum. Non omittendum autem nulli eorum, quae celebrentur, iucundum saporem vuae esse.

3. Ad tertiam palmam varie venere *l.* Albana Vrbi [2] vicina *m.*, praedulcia *n.* ac rara in austero. *o.*

D 5 Item

1. *auctoritas. Solum T.* 2. *Vicina, nec rara, praedulcia in austero. Dal. Alii, vic. praed. ac grata in aust.*

iurisdictioni olim quoque contributa. Tab. Peuting. segm. 4. *Sinuessa VII. A Ponte Campano III. Vrbanis III.* Appellatione ea *Vrbanis*, indicatur colonia Vrbana Syllana. H.

i. Cedias) Hic campus Ceditius, cuius meminit Plinius, L. XI. s. 97. et Ceditiae tabernae in via Appia, a domini nomine vocatae apud Festum. Gruter. p. 448. COLONIS, SINVESSANIS. ET. CEDIANIS. H.

k. Summis collibus Gauranum gigni) *Caucinum* vtrumque exemplar non *Gauranum* agnoscit; recte puto: nam de Gaurano infra disserit. Caucinum autem vinum Athenaeus celebrat inter Italica Lib. I. *Pint.*

Summis collibus) Montium scilicet in eo tractu assurgentium. H.

l. Varie venere) Variam fuisse eorum vini generum auctoritatem indicat, aliudque alio tempore praecelluisse: aut varia vini Albani genera exstitisse, quod et Athenaeus prodidit L. I. p. 26. alterum subdulce, acerbum alterum: ὁ μὲν γλυκάζων· ὁ δ' ὀμφακίας. H.

m. Albana vrbi vicina, praedulcia, ac rara in austero. Item Surrentina in vineis tantum nascentia) Legendum reor *in arbusto*, non *in austero*, vt infra: *Et quae in vineis arbustisque nascuntur, Fundana.* Pint.

n. Praedulcia) Γλυκάζειν subdulce esse, non praedulce esse Athenaeus lib. I. ex Galeno asserit. Vide Athenaeum lib. I. *Dalec.*

o. In austero) Ita MSS. omnes.

Item Surrentina *p.* in vineis *q.* tantum nascentia, conualescentibus maxime probata, propter tenuitatem salubritatemque. Tiberius Caesar dicebat consensisse medicos, vt nobilitatem Surrentino darent *r.*, alioqui esse generosum acetum. C. Caesar, qui successit illi, nobilem vappam *s.* Certant *t.* Massica *u.* aeque, ex monte [1] Gauro *x.* Puteolos Baiasque prospectantia. Nam Falerno contermina Statana ad [2] principatus *y.* venere non dubie: palamque facere sua quibusque terris tempora esse, sicut rerum prouentus [3] occasusque. Iuncta his praeponi

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Gaulo. Ch. in Emend. Gauro. Gaurano Gr. et Al.* 2. *principatum. Dal.* 3. *censusque. Dal.*

omnes. Rara esse ait Albana vina, quibus sit austera suauitas, vt ait Tullius de Orat. L. III. n. 101. Falernum quoque geminum Athenaeus agnoscit l. c. austerum, et subdulce: αὐστηρὸς καὶ γλυκάζων. H.

p. Surrentina) Laudat haec vina Martialis, L. XIII. ep. 110. et Ouid. Metam. L. XV. v. 710. *Surrentino generosos palmite colles.* H.

q. In vineis) Palatis vitibus, *vignes échalassées.* H.

r. Surrentino darent) Galeno XII. Therapeutices, Surrentinum adstringit nonnihil, aliisque suauius est ac calidius. *Dal.*

s. Vappam) Vappa, vinum corruptum, ἐξεστηκὼς οἶνος *vin tourne:* vt ὀξίνης acescens: ἐκφαντίδης, et ἐξίτηλος, euanidum, fugiens, *qui n'est point de garde:* ἐκλελυμένος, languidum et subleftum, *qui n'a point de force.* Dal.

Vappam) Vinum corruptum, sublestumque vox ea sonat: *vin poussé, vin tourné.* Horat. L. I. Sat. 5. v. 16 *Absentem cantat amicam Multa prolutus vappa nauta.* H.

t. Certant) De tertia palma, siue de tertio nobilitatis gradu certant cum Albanis Massica. Laudat Horatius, Lib. I. Od. 1. *veteris pocula Massici.* H.

u. Massica) — *nec veteris pocula Maßici.* Horatius.

x. Ex monte Gauro) Hoc est, e monte Massico in Gauranum translatis vitibus vina expressa. H.

y. Ad principatus) Ad primam palmam: vt ceteris omnibus generibus anteponerentur. H.

poni solebant Calena *z.* et quae in vineis arbustisque nascuntur, Fundana. *a.* Alia ex [1] vicinia Vrbis Veliternina, Priuernatiaque. Nam quod Signiae *b.* nascitur, austeritate nimia continendae vtile aluo, inter medicamina numeratur.

4. Quartum curriculum *c.* publicis epulis obtinuere a Diuo Iulio (is enim primus auctoritatem his tribuit, [2] vt in epistolis *d.* eius apparet) Mamertina,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Et alia vicina. Ch. ex alia vicina Gr. et Al.* 2. *vt in epulis eius. M.*

z. Calena) Ab oppido cognomine, de quo diximus L. III. s. 9. H.

a. Fundana) A suis quaeque oppidis cognominata: de quibus L. III. egimus. Φανδανὸς οἶνος Athen. L. I. p. 27. Et Priuernas ager, et Veliterninus, hodieque vini ferax, teste Baccio, L. VI. p. 287. et 289. Priuernatia commendat Galenus apud Athen. L. I. p. 26. H.

b. Quod Signiae) Martialis quoque L. XIII. ep. 116. *Potabis liquidum Signina morantia ventrem; Ne nimium sistant, sit tibi parca sitis.* Celsus item, L. IV. c. 5. ad resolutionem stomachi medendam, vinum Signinum ob insignem austeritatem commendat. Hodieque ea vis ei vino est, teste Baccio, L. VI. p. 298. Vide et Gael. Aurelianum L. IV. c. 3. H.

c. Quartum curriculum etc.) Quartum auctoritatis et nobilitatis gradum. Sumpta metaphora ab aurigis, qui curru in Circo certabant. *Dalec.*

Quartum) Quartum auctoritatis ac nobilitatis locum: ab aurigis ducta metaphora, qui curru in Circo certabant. H.

d. Vt in epistolis) Meminit harum Tranquillus in eius vita c. 56. *Epistolae quoque eius ad Senatum exstant, quas primum videtur ad paginas et formam memorialis libelli conuertisse, quum antea Consules et duces nonnisi transuersa charta scriptas mitterent. Exstant et ad Ciceronem, item ad familiares, domesticis de rebus: in quibus, si quia occultius perferenda erant, per notas scripsit, sic structo litterarum ordine, vt nullum verbum effici possit: quae si quis inuestigare ac persequi vellet, quartam elementorum litteram, id est, d pro a, et perinde reliquas commutet.* H.

tina *e.*, circa Messanam in Sicilia genita. Ex iis Potulana *f.*, ab auctore dicta, in loco proximo Italiae laudantur praecipue. Est in eadem Sicilia et Taurominitanis honos, lagenis pro Mamertino *g.* plerumque subditis.

5. Ex reliquis autem a supero [1] mari *h.* Praetutia *i.* atque Ancone nascentia, et quae a palma vna forte enata [2] Palmensia *k.* appellauere. In mediterra-

1. *Mari in Ch. d.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. palmesia appellantur Gr. et Al.*

e. Mamertina) Locum corruptissimum sic restituo, *Mamertina circa Messanam in Sicilia genita et Iotaliana ab auctore dicta*: vt sit sensus: Mamertina a Romanis dicta, eadem in Sicilia genita appellari Iotaliana. Athenaeus auctor lib. I. *Pint.*

Mamertina) Laudat haec Athenaeus, L. I. p. 27. Martialis quoque L. XIII. ep. 117. *Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta Si detur, quoduis nomen habere potest.* Hoc est, vel Opimiana dici, vel Falerna potest, aut Caecuba: et cum praestantissimo quoque vino de bonitate contendere. H.

f. Potulana) Athenaeo L. I. p. 27. Ἰωταλῖνος οἶνος pro Πωταλῖνος scribitur, et praecipuae commendationis esse dicitur. H.

g. Mamertino) Conf. Locum Martialis laudatum ab Harduino in nota e.

h. Ex reliquis autem a supero mari) Vina haec supernatia appellata, vt Persica, de quibus Lib. sq. s. 11. vetus inscriptio apud Reines. p. 337. NEGOTIANTES. VINI. SVPERNAT. ET. ARIMIN. H.

i. Praetutia) De Praetutiano agro, L. III. s. 18. Iuxta Anconam Sirolum oppidum est nouo nomine, vbi Praetutianus olim ager, suo adhuc vino celebre, inquit Andr. Baccius, L. V. p. 259. Anconitanum laudat Athen. L. I. p. 26. H.

k. Palmensia) In Palmensi agro genita, de quo L. III. s. 18. vbi nunc castellum, *Torre de Palma.* Palmenses vuas incolae hodie Maranas vocant a vicino pago. In vinis non habet vsum, sed in mensis tantum. Baccius, L. V. p. 256. MSS. *Palmesia* praeferunt, et libri hactenus editi, veteri more, pro *Palmensia*: quemad-

terraneo vero Caesenatia *l.* ac [1] Maecenatiana. *m.* In Veronensi item Rhaetica, Falernis tantum posthabita a Virgilio. *n.* Mox ab intimo sinu maris, [2] Adriana. *o.* Ab infero autem, Latiniensia *p.*, [3] Graviscana, Statoniensia. Etruriae palmam Luna habet *q.*, Liguriae Genua *r.*: Inter Pyrenaeum Alpesque

1. Mecoenatiana Gr. 2. *Adriatica. M.* 3. *Grauicana, Stoniensia. Ch.*

quemadmodum in Vespasiani nummis, ROMA. RESVRGES pro *Roma Resurges.* Sic passim in lapidibus et MSS. COS. et PROCOS. pro *Consul*, et *Proconsule.* H.

l. Caesenatia) A Caesena, de qua L. III. s. 20. Nostris temporibus, inquit idem Baccius, p. 261. tam copia quam gratia facile laudem eam exsuperant vina Caesenatia, quam a vetustis scriptoribus habuere. Laudant ea Cato, Varroque, de R. R. L. I. H.

m. Maecenatiana) A Maecenate, Augusti familiari, et fido amico, regio sanguine orto, quod Horatius palam facit. Eius enim pater Menodorus Caesaris partes sequutus contra Pompeium. Menodori pater Menippus, et huius Cecinna, rex Etruscorum, Cilnium vocatum fuisse ostendit. Tacitus lib. V. Ceterum Augustus bellis ciuilibus Cilnium Maecenatem equestris ordinis cunctis apud Romam atque Italiam praeposuit. *Dalec.*

Maecenatiana) Forte a Maecenate Augusti familiari, nomen adepta. H.

n. A Virgilio) L. II. Georg. v. 95. Admirantis hoc esse Plinius existimat. Seneca vero, incerti, laudaturusne, an vituperaturus sit. Turn. c. 26. l. XXIX. *Dal.*

A Virgilio) Georg. L. II. v. 95. *Et quo te carmine dicam, Rhaetica? nec cellis ideo contende Falernis.* Rhaetorum oppidum Verona dicitur, L. III. s. 23. H.

o. Adriana) Ἀδριανὸς οἶνος Athenaeo, L. I. p. 33. ab Adria oppido in intimo sinu Adriatici maris posito, vt vidimus L. III. s. 20. et vino et mari nomen. H.

p. Latiniensia) Et his generibus a suo quibusque agro nomen. Nos de iis dudum in Geographicis egimus, L. 3. H.

q. Luna habet) Hodieque vina Lunensia Romae gratissima. Baccius, L. VI. p. 307. Ex ora Genuensi, vinum e Quinque terris nominatum, eximiae nobilitatis est; idem, p. 308. H.

r. Ligu-

pesque Massilia gemino sapore, quando et condiendis aliis pinguius *s.* gignit, quod vocant succosum. [1] Baeterrarum *t.* [2] intra Gallias consistit auctoritas. De reliquis in Narbonensi genitis asseverare non est: quoniam officinam eius rei fecere tingentes fumo *u.*, vtinamque non et herbis, ac medicaminibus noxiis. Quippe etiam [3] aloën mercantur *x.*, qua saporem coloremque adulterant.

6. Verum

1. *Bliterarum. Dal. Beterrarum. Gr.* 2. *inter. M.* 3. *oloen. Gr. et Al.*

r. Liguriae Genua) Vinum Ligusticum vilioris notae fuisse Martialis innuit L. III. ep. 82. *Ligurumque nobis saxa quum ministrentur*, etc. H.

s. Pinguius) Nigrius et crassius. *Dal.*

Pinguius) Nigrius, crassiusque. Sed et delicatius vinum habet Massilia hodie, cui a S. Laurentio nomen fecere. H.

t. Baeterrarum) Haud procul Baeterris vinum generosum ab agro in quo provenit, nomen habet, *vin muscat de Frontignan.* Sed et reliqua Gallica vina sunt regalibus coenis expetita: e Campania Remense, et quod *vin d'Hay* vocant, aliaque propemodum infinita. H.

u. Quoniam officinam eius rei fecere tingentes fumo) Exemplar Toletanum, *Quoniam officinam eius rei fumo tinguentes fecere.* Legendum puto, *Quoniam officinas eorum fumo et unguentis infecere.* Nam alibi Plinius vina vnguentis condiri tradit. *Pint.* *Quoniam officinam*, etc.) Vinum id Plato Comicus apud Athenaeum *καπνίαν* vocat: Martialis fumos Massilitanos. Locum, in quo sic condiebantur, Columella Nebularium appellat. *Dalec.*

Tingentes fumo) Fumo adulterantes, vt saporem mutarent, ac vetustatem referrent. Martial. L. X. epigr. 36. *Improba Massiliae quidquid fumaria cogunt, Accipit aetatem quisquis ab igne cadus.* Et L. III. ep. 82. *Vel cocta fumis musta Massilianis.* H.

x. Quippe etiam oloën mercantur) Ad potum vinum id non parabatur, sed ad vsum medicinae. *Dalec.* Alii *aloën.*

Etiam aloen) Sic MSS. R. etc. non vt editi omnes vulgo, *oloen.* H.

6. Verum et longinquiora Italiae ab Ausonio mari, non carent gloria: Tarentina *y.*, et Seruitiana, et Consentiae *z.* genita, et Tempsae, ac Babiae *a.*, Lucanaque *b.*, antecedentibus Thurinis. Omnium vero eorum maxime illustrata Messalae potu et salute, Lagarina *c.*, non procul Grumento *d.* nascentia. Campania nuper excitauit nouis nominibus auctoritatem, siue cura, siue casu, ad quartum a Neapoli lapidem Trebellicis *e.*: iuxta Capuam Caulinis *f.*, et in suo agro Trebulanis *g.*: alio-

y. Tarentina) Laudat haec vina Martialis, L. XIII. ep. 125. et Athen. L. I. p. 27. Pro *Seruitiana*, etsi ita MSS. omnes habent, Andr. Baccius L. V. p. 241. legit *Seberiniana*, ab vrbe nobili, quam vulgus vocat *San-Severina*, Archiepiscopali sede ornata, quae Stephano Σιβερηνή, cuius ager hodieque optimi vini ferax. H.

z. Consentiae) De Consentia et Tempsa, L. III. s. 10. H.

a. Babiae) *Balbiae*. Hermolaus in Dioscoridem Balbina vina eadem esse putat, quae Athenaeus Barbarina vocat. *Dal.*

Babiae) Apud Athen. L. I. p. 27. inter vina Italiae Βαρβῖνος οἶνος laudatur, quem Plinius nunc forte signat. H.

b. Lucanaque) E Lucaniae vinis, inquit, Thurina ceteris antecedunt. Θουρῖνον οἶνον laudat ex Strabone Stephanus, p. 311. H.

c. Lagarina) Quibus salutem suam Messala tulit acceptam: vt Pucino Liuia. De Messala sene egimus in Auctorum Indice. A Lagaria quondam vrbe Lagaritana vina nomen habent, teste Strabone, L. VI. p. 263. Prope Thurios fuit: nec oppidi hodie vllum, nec vinearum superest vestigium. H.

d. Grumento) De eo L. III. s. 15. H.

e. Trebellicis) Ὁ ἐν Νεαπόλει Τρεβελλικὸς οἶνος, inquit Galen. apud Athen. L. I. p. 27. εὔκρατος τῇ δυνάμει, εὐστόμαχος, εὔστομος. H.

f. Caulinis) Quae Falernis similia fuisse ait Galenus l. c. De vinis Caulinis vide Camill. Peregrinum in Camp. Fel. p. 515. H.

g. Trebulanis) Italorum vulgo, *Trebiano*. Dal.

Trebulanis) Trebulani cognomine Balinienses, de quibus in Campania dictum est,

alioqui ſemper inter plebeia et Trifolinis gloriata *h*. Nam Pompeianis *i*. ſummum X. annorum incrementum eſt *k*., nihil ſenecta conferente. Dolore etiam [1] capitum in ſextam horam *l*. diei ſequentis infeſta deprehenduntur. Quibus exemplis, niſi fallor, manifeſtum eſt, patriam terramque referre, non vuam: et ſuperuacuam generum confectationem

1. *Capitis*. *M*.

eſt, L. III. ſ. 9. dedere huic generi nomen: non Treuium Calabriae oppidum, vt Baccius exiſtimat, L. V. p. 267. H.

h. Trifolinis gloriata) Quae tertio foliorum exortu, nempe tertio anno ad bibendum tempeſtiua forent: vulgo, *vin de trou feuilles*. Martial. *Non ſum de primo, fateor, Trifolina Lyaeo*. Dal.

Trifolinis) Campania, inquit, et Trifolinis vinis gloriatur, ſed quae inter plebeia et vulgaria numerari oporteat. Ab agro cognomine traxere nomen. Vide Not. et Em. N. XII. (hic adi.) *Trif.*) Sic MSS. omnes et editi libri. Fruſtra Cluuerius in Italia antiqua emendat, *Trifolinis gloria ſua*. Hanc emendationem, tum MSS. omnium auctoritas, tum interpretatio noſtra conuellit. Quod ſi porro haec vina Campaniae propria ac peculiaria ſunt, vt Plinius noſter aſſeuerat, male trifolina vina Dalecampius interpretatur ea, quae tertio foliorum exortu, nempe tertio anno ad bibendum tempeſtiua erant, vulgo *vin de trois feuilles*, quum haec vbique gentium naſci poſſint. Ab agro Campaniae aliquo nomen oportet accepiſſe, eoque Cumis vicino: Iuuenalis Sat. 9. v. 56. *Et Trifolinus ager fecundis vitibus implet, Suſpectumque iugum Cumis*. Trifolina vina inter plebeia pariter cenſeri vult Martialis, L. XIII. ep. 114. cuius lemma, *Trifolinum vinum: Non ſum de primo, fateor, Trifolina Lyaeo, Inter vina tamen ſeptima vitis ero*. Τριφυλλῖνος οἶνος Galeno, de ſanitate tuenda, L. V. c. 5. p. 147. Tom. VI. H.

i. Pompeianis) A municipio eius nominis, prope Veſuuium, de quo L. III. ſ. 9. H.

k. Incrementum eſt) Durationis et aetatis tempus, ἡ ἀκμή. *Dal.*

Incrementum) Bonitatis, ac durationis. H.

l. In ſextam horam) In meridiem. H.

nem in numerum: quum eadem vitis aliud aliis in locis [1] polleat. Hiſpaniarum [2] Laletana *m.* copia nobilitantur: elegantia vero Tarraconenſia *n.*, atque Lauronenſia *o.*: et Balearica ex inſulis, conferuntur Italiae primis. Nec ignoro, multa praetermiſſa pleroſque exiſtimaturos, quando ſuum cuique placet, et quocumque eatur, fabula eadem [3] reperitur: Diui Auguſti iudiciorum ac palati peritiſſimum e libertis, cenſuram vini in epulas eius facientem, dixiſſe hoſpiti de indigena vino *p.*, nouum quidem ſibi guſtum eſſe eum, atque non ex nobilibus, ſed Caeſarem non aliud [4] poturum. Nec negauerim et alia digna eſſe fama: ſed de quibus conſenſus aeui [5] iudicauerint, haec ſunt.

IX. (VII.) Nunc ſimili modo transmarina *q.* dicemus. In ſumma gloria poſt Homerica illa, de quibus

1. *Pullulet. Vet. quod ſi placeat, legendum fuerit, vitis alia aliis in locis pullulet.* 2. *Luſitana. M. Luſetana. Ch.* 3. *reperiatur. V.* 4. *potaturum. M.* 5. *iudicauerunt. M.*

m. Laletana) De quibus iam dixi L. III. ſ. 4. Martialis, L. VII. ep. 52. *Et Laletanae nigra lagena ſapae.* Et L. I. ep. 27. *Faex Laletana.* Copia magis, quam bonitate, commendari, ea Plinius ſignificat. H.

n. Tarraconenſia) Idem Martialis, L. XIII. ep. 118. *Tarraco, Campano tantum ceſſura Lyaeo, Haec genuit Tuſcis aemula vina cadis.* Silius quoque L. III. *Latio tantum ceſſura Lyaeo Tarraco.* H.

o. Lauronenſia) Λαύρων Tarraconenſis Hiſpaniae oppidum, a Sertorio igni vaſtatum, vt auctor eſt Plutarchus in eius vita, p. 577. H.

p. Indigena vino) Ibi genito, nec aliunde aduecto: *du vin du pais.* H.

q. Tranſmarina) Tranſmarina Plautus in Poenulo memorat: *Vbi Leucadio, Lesbio, Thaſio, Coo, Vetuſtate vino edentulo aetatem irriges.* Dalec.

quibus supra diximus *r.*, fuere Thasium *s.* Chiumque: ex Chio quod Aruisium [1] vocat. *t.* His addidit Lesbium *u.* Erasistrati maximi Medici auctoritas, [2] circiter CCCCL. *x.* annum vrbis Romae. Nunc gratia ante omnia est Clazomenio *y.*, postquam parcius mari condiunt. Lesbium sponte naturae suae mare sapit. Nec Tmoliti per se gratia *z.*, vt vino:

1. *vocant Gr.* 2. *CCCCL. anno vrbis: V. M. CCCCI anno. Ch. Circiter DC. annum. Gr. et Al.*

r. Supra diximus) Sect. 6. H.

s. Thasium, etc.) Vtrumque laudat et Athen. L. I. p. 28. Idem p. 32. ex Chio genere illud anteponit, quod Aruisium vocant: Χαριέστερος δ' ἐστὶν ὁ Χῖος, καὶ τοῦ Χίου ὁ καλούμενος Ἀριούσιος. Sic et Galenus scribit, κατὰ τόπους, L. II. c. I. p. 364. et L. IV. c. 6. p. 431. De eo Virgil. Ecl. 5. v. 71. *Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar.* Et Silius L. VII. *Tmolus, et ambrosiis Aruisia pocula succis.* Ab Aruisio eius insulae monte, si Vibio Sequestro fides, p. 342. id vino ei nomen. Chium hodieque vinum in summo pretio est. H.

t. Aruisium vocant) *Arusium* Turn. cap. 26. XXV. agro aspero et importuoso insulae Chii. Strabo XIV. Virgilius, *Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar:* Quamvis aliqui legant *Arethusia.* Huius meminit Clemens Alex. II. paedagog. cap. 2. Plutarch. aduersus Epicurum. Victorius cap. 24. XV. Seruius apud Virgil. II. Georg. in his versibus: *Sunt et Amineae vites, firmissima vina, Tmolus et assurgit quibus, et rex ipse Phanaeus:* notat Lucilio χίον οἶνον δυναστὴν vocatum fuisse, tamquam satrapam, eademque forma loquendi Phanaeum regem appellari. Tmolus Lydiae mons Sardibus imminens, Phanaeus promontorium in insula Chio, vino nobilissimum. Canterus c. 3. *Dal.*

u. Lesbium) Quo nullum suauius aiunt Alexius apud Athen. L. I. p. 28. et Archestratus p. 29. H.

x. Circiter CCCCL.) Ita MSS. omnes R. Colb. Chiffl. etc. H.

y. Clazomenio) Ab vrbe cognomine, de qua lib. V. s. 31. H.

z. Nec Tmoliti per se gratia vt vino) Illud praetermittendum non est, Tmoliten et mesogiten idem vinum

vino: sed cuius dulci admixto *a.*, reliquorum duritia suauitatem accipiat, simul et aetatem, quoniam vetustiora protinus videntur. Ab his dignatio est [1]Sicyonio *b.*, Cyprio, Telmesico, Tripolitico, Berytio, Tyrio, Sebennytico. In Aegypto hoc nascitur tribus generibus vuarum ibi [2]nobile *c.*, Thasia, aethalo *d.*, peuce. Post haec auctoritas hippodaman-

1. *Sycionio. Gr.* 2. *nobilissimis. Pint.*

num esse, Plinio diuersa, qui paulo post de mesogite tamquam diuerso loquitur, subscribit Plinio Strabo libro quinto. *Pint.*

Nec Tmoliti) A Tmolo monte, de quo L. V. f. 30. Vinum Tmolites commendat Vitruuius, L. VIII. c. 3. p. 161. Idem *Lydiam Tmoliten:* Sic enim legendum, non *Meliton*, vt in editis. H.

a. Dulci admisto) Τῷ γλυκεῖ passo. *Dalec.*

Cuius dulci) Cuius vini mustum si reliquis admisceatur. Graecorum ritu loquitur, quibus γλυκὺς οἶνος, mustum est, et vinum dulce. H.

b. Sicyonio etc.) Et haec a suis cognominata oppidis, de quibus in Geographicis egimus. Sicyonium laudat Athenaeus L. I. p. 33. Berytio porro, Tyrioque, Gazetum adiungi, siue Gazeticum, quod ex eodem fere tractu, potuit, a Gaza scilicet vrbe Palaestinae. Commendant enim id vini genus Sidon. Apollinar. Carm. 15. ad Ommatium, Corippus, L. III. n. 3. Cassiodorus, L. XII. ep. 12. Fortunatus de vita S. Martini, L. IV. Gregor. Turon. de gloria Conf. c. 65. et alii. H.

c. Tribus generibus vuarum ibi nobilissimis, Thasia, aethalo, peuce) Codices omnes tam antiqui quam impressi, *Thasia* et *alopece* agnoscunt, sed quia praecessit verbum *tribus*, emendatores veterem lectionem inuerterunt, vt ex duobus generibus tria facerent vitium genera. Sed satius fuisset pro *tribus duobus* substituere, quum pauci in Plinio numeri errore vacent, quam ita impudenter vim priscae lectioni afferre: nam de Aethalo et Peuce nusquam mentio, de alopece vero sic dicta quod caudas vulpium imitetur, in fine capitis tertii dixerat. *Pint.*

Thasia) Et Thasiam in Aegypto vitem appellatam esse rursum idem tradit f. 22. H.

d. Aethalo) Aethalo, quasi fuliginosa: Peuce, quasi picea. *Dalec.*

damantio *e.*, Myſtico *f.*, cantharitae *g.*, protropo *h.* Gnidio, Catacecaumenitae *i.*, Petritae *k.*, Myconio *l.* Nam Meſogiten *m.* capitis dolores facere compertum eſt: nec Epheſium ſalubre eſſe: quoniam

Aethalo, peuce) Graeca haec ſunt nomina, quibus fuliginoſam, piceamque vuam deſignat, ceu hanc appellationem a colore traxerint. Forte enim *euthalo* rectius, quod probe floreat, ab εὖ et θάλλω. H.

e. Hippodamantio) Vino huic factam appellationem a generoſitate crediderim: δαμάζειν enim domare eſt: vox altera ἵππος, nihil aliud fere in compoſitione quam ſignificata vocabulorum intendit. H.

f. Myſtico) An ab inſula Myſto, de qua L. IV. ſ. 19. H.

g. Cantharitae) A Cantharorum doliis. De cantharea vite vide Theophraſt. c. 12. l. II. de Cauſis. *Dal.*

Cantharitae) A vite eius nominis huic vino appellatio eſt. Meminit Theophraſtus de cauſ. plant. L. II. c. 20. ἄμπελος ἡ λεγομένη κανθαρέος. H.

h. Protropo) Πρότροπος οἶνος, protropum dicitur vinum, quod ſuopte impulſu atque vuarum pondere defluit, antequam vuae calcentur. Inſtitores appellant, *Mere-goute: le vin qui vient ſans avoir été preſſuré.* Muſtum lixiuum appellat Columella, L. XII. c. 27. *ante quam prelo preſſum ſit, quod in lacum muſti fluxerit.* H.

i. Catacecaumenitae) Quaſi retorrido. Κατακεκαυμένη regio 500. ſtad. longitudinis, 400. latitudinis, Myſiae vicina, exuſtae ſimilis, vino generoſo celebris, de qua Strabo lib. XIII. et XIV. *Dal.*

Catacecaumenitae) In Maeonia Κατακεκαυμενίτην οἶνον gigni ſcribit Vitruuius, L. VIII. c. 3. p. 161. Eſt enim Maeoniae ſiue Myſiae pars Catacecaumene, Κατακεκαυμένη, teſte Strabone, L. XII. p. 579. Phrygiae Heſychio, in Εἰναρίμοις. De hoc vino Virgilius loquutus, Georg. L. IV. v. 380. *Cape Maeonii carcheſia Bacchi.* H.

k. Petritae) A Petra Arabiae, vt quidem remur. H.

l. Myconio) Ab inſula Mycono, de qua L. IV. ſ. 22. H.

m. Meſogiten) E Tmolo monte: Dioſc. L. V. c. 10. Ὁ δ' ἐκ τῆς Ἀσίας, Μεσογείτης ἐκ τῦ Τμόλυ, κεφαλαλγής, καὶ νεύρων βλαπτικός. H.

niam mari et defruto condiatur. Apamenum *n.* mulſo praecipue conuenire dicitur, ſicut Praetutium in Italia. Eſt enim haec proprietas [1] generum, vt dulcia vtique inter ſe non congruant. *o.* Exoleuit et protagion *p.*, quod Italicis proximum fecerant Aſclepiadis ſcholae. Apollodorus medicus, in volumine, quo ſuaſit Ptolemaeo regi, quae vina biberet, Italicis etiam tum ignotis, laudauit in Ponto Naſperceniten, mox Oreticum *q.*, Oeneaten *r.*, Leucadium, Ambracioten, et quod cunctis praetulit *s.* [2] Peparethium *t.*: ſed minoris famae eſſe

1. *Generum dulcia vtique inter ſe non congruunt.* Ch.
2. *Praeparentium.* Gr. et Al.

n. *Apamenum*) Ab Apamea, de qua L. V. ſ. 29. H.

o. *Non congruant*) Non ſiunt apta, vt inter ſe miſceantur. Plin. L. XVII. ſ. 35. *Mixtura generum etiam in vino, non modo in muſto diſcors.* H.

p. *Protagion*) Quaſi primae ac praecipuae auctoritatis vinum: πρωτάγιον, διὰ τὰ πρῶτα ἄγειν, vt quidem auguramur. H.

q. *Oreticum*) Vel *Oreoticum*, ab Oreo Euboeae oppido, de quo L. IV. ſ. 21. Incolae Ὠρεῖται, vel Ὠρεώται dicti apud Strabonem, L. X. p. 445. H.

r. *Oeneaten*) Quum Oeneaten, Leucadium, Ambraciotenque copulet Plinius noſter, Leucadis autem et Ambraciae ſitus ſint probe cogniti, ex L. III. ſ. 2. nullus etiam dubito quin Oeneates vinum appellatum ſit a Calydonia his terris vicina, cui Oeneus Deianirae pater imperitauit. Quod ſi ab Oenoe inſula, vel Icari oppido nomen id deductum foret, non Oeneaten, ſed Oenoaten dici oportuerat. Leucadium vero commendat Athen. L. I. p. 29. H.

s. *Et quod cunctis praetulit Praeparentium*) Lego *Peparethium*, ex Athenaeo primo, ab inſula Peparetho. *Pint.*

t. *Peparethium*) In MSS. R. Colb. *Preparentium.* Vbi *Perperenium* legi oportere coniecit aliquando Sirmondus noſter. Pintianum ſequimur, quem Turnebus quoque amplexus Aduu. L. XXV. c. 26. p. 900. De Peparetho inſula, a vini fertilitate Euoeno appellata, diximus L. IV. ſ. 23. Meminere

esse dixit, quoniam [1] ante sex *u.* annos non placeret.

X. (VIII.) Hactenus bonitas vini nationibus debetur. Apud Graecos [2] iure *x.* clarissimum nomen accepit, quod appellauerunt [3] bion *z.*, ad plurimos valetudinum vsus excogitatum, vt docebimus

1. *Sic et M. et Ch. post sex annos Gr. et Al.* 2. *cura. Ch.* 3. *biaeon. V.*

nere Peparethi vini Aristoph. apud Athen. L. I. p. 29. Heraclides in Politiis, aliique. H.

u. Ante sex) Ita MSS. omnes. Frobenius interpolauit, *post sex annos.* In R. 2. *ante sextum annum.* H.

x. Apud Graecos iure) MSS. omnes *curae:* forte *cura.* H.

z. Bion) Βίαιον Rhodig. cap. 8. lib. XXVI. quod ad vetustatem accelerandam affuso mari cogeretur. Marinam enim veteres vinis miscebant, tum vt gratior sapor esset, tum vt celerior et praecocior vetustas contingeret. Maris expers vinum Gal. XII. Meth. ἀπαράχυτον vocat. Hermol. in Diosc. a festinatione nomen impositum, quasi violenter fiat. Plaut. in Rud. *Quasi vinis Graecis Neptunus nobis affudit mare. Itaque aluum prodisparauit nobis salsis poculis.* Turneb. cap. 26. XXV. legit *Abion*, id est, adynamon. Vini Graeci faciendi rationem Cato docet cap. 24. Miscetur et sal, vt vinum incorruptum seruet. Colum. cap. 37. XII. apud Horat. — *Chium maris expers.* Dal.

Bion) A vita, vt credere est, cuius incolumitati tuendae id vtile foret. Dioscoridi vinum Omphacites. Vide N. et Em. N. XIII. (hic pos.) *Quod*) Ita libri omnes, etiam MSS. tum hoc loco, tum L. XXIII. s. 26. Abion legit Turnebus, Aduu. L. XXV. c. 26 p. 900. quod ἀδύναμον interpretatur: sed aliud est ab Omphacite, quod bion esse docuimus, ἀδύναμον, vti liquet ex Dioscoride, immo et ex Plinio ipso, qui vinum adynamon describit s. 19. Βίαιον Rhodiginus, L. XXVI. c. 8. quod ad vetustatem accelerandam affuso mari cogeretur. Atqui in hoc vini genere nulla est aquae marinae mentio: sed in altero tantum, quod leucocoum appellarunt, et ab eo quod bion dixerunt, diuersum est. H.

mus *a.* in parte medicinae. *b*, Fit autem *c.* hoc modo: Vuae paulum ante maturitatem decerptae, ficcantur acri Sole, ter die verſatae per triduum: quarto [1] exprimuntur, dein in cadis Sole inueterantur. [2] Coi marinam aquam largiorem miſcent *d.*, (a ſerui furto origine *e.* [3] orta, ſic menſuram explentis,) [4] idque tranſlatum in album muſtum, [5] leucocoum *f.* appellatur. In aliis autem gentibus ſimili

 modo

1. *Expr. Vinum in cad. ſole inueteratur, cui mar. etc.* Dal. 2. *Cui marinam a.* Gr. *et* Al. 3. *Tracta.* Dal. 4. *quae tranſlata.* Ch. 5. *leucocoum, l. c. album Coum.* Tur. *et* Ch. *Leucochron* Gr. *et* Al.

a. Docebimus) L. XXIII. ſ. 26. H.

b. In parte medicinae) Cap. I. lib. XXIII. *Dal.*

c. Fit autem) Haec de vino, quod omphaciten vocat, totidem verbis Dioſcorides, L. V. c. 12. H.

d. Cui marinam aquam largiorem miſcent) Exemplar Toletanum *Coi* legit, non *Cui*, vt intelligas habitatores inſulae Co; nobilis alioqui natalibus Hippocratis. Cui lectioni fauere videntur verba illa, quae paulo poſt ſequuntur. *Pint.*

Coi marinam) Ita R. 2. non, vt editi, *cui marinam.* Diuerſum a ſuperiore id vini genus: de quo Palladius, L. XI. in Octobr. tit. 14. p. 154. *Alii Graeci*, inquit, Coi nimirum, inſulae Co ciues, *ita iubent aquam marinam*, etc. Mox addit ea arte *non aetatem ſolum vino, ſed ſplendorem quoque coloris afferri.* H.

e. Origine) Eius mixtura ex arte et modo parandae origine orta a ſeruo menſuram dolii, ex quo hauſerat, ita replente. H.

f. Leucocoum) Hoc eſt album e Co vinum. Vide N. et Em. N. XIV. (hic poſ.) *Leuc.*) Sic reſtituimus ex veſtigiis veterum codd. R. I. Colb. I. in quibus *leucocoum*: R. 2. in quo *leucocum legitur*. In Chiffl. codice Dalecampius, in aliis hoc Turnebus vidit, Aduu. L. XXV. c. 26. p. 900. Prius *leucochron* λευκόχρουν legebatur, hoc eſt, albicantis coloris. Factum id porro nomen a λευκὸς et Κῷος, hoc eſt, ex vini albi, et patriae, in qua gignitur, appellatione. Appoſite id quidem ad totius loci ſententiam: antecedit enim ex emendatione noſtra: *Coi marinam aquam*

modo factum tethalassomenon vocant. *g.* Thalassiten autem vasis musti deiectis in mare, quo genere praecox fit vetustas. Nec non apud nos quoque Coum vinum ex Italico faciendi rationem Cato demonstrauit, super cetera in Sole [1] quadriennio maturandum praecipiens. *h.* Rhodium Coo simile est. *i.* [2] Phorineum *k.* salsius Coo. Omnia transmari-

1. *Quatriduo. Dal.* 2. *Phormeum. Ch. forte, Phormium, vel Formium.*

aquam largiorem miscent — idque translatum in album mustum, leucocoum appellatur. Sic voce pariter composita *Hippocoum* veteres appellavere, *vinum* scilicet, doctore Festo, *ex insula Coo, dictum ab agro generoso, cui nomen est Hippo.* H.

g. Tethalassomenon vocant) Oraculum vetus redditum narrant, Dionysium mari demergendum. Athenaeus refert Dionysium fulmine Iouis accensum in mare fugisse. Vtrumque id vini temperaturam cum aqua marina indicat. *Dalec.*

Tethalassomenon) Τεθαλασσομένον maxime commendat Athenaeus, L. I. p. 32. Vina Graeca fere sic omnia condiebantur. Vnde festiuus est hominis naufragi apud Plautum in Rudente iocus: *Quasi vinis Graecis Neptunus nobis suffudit mare,* Act. II. sc. 7. v. 30. H.

h. Super cetera in sole quadriennio maturandum praecipiens) Lego, *triduo,* non *quadriennio.* Verba Catonis sunt cap. 11. *Vuas relinquito in vinea, finito bene coquantur, et vbi pluerit et siccaverit, tunc deligito et ponito in sole biduum aut triduum sub dio, si pluuiae non erunt: si pluuia erit, in tecto in cratibus.* Pint.

Quadriennio) Ita MSS. omnes. At Cato tantum quatriduum postulat: de R. R. c. 112. p. 63. *Amphoras,* inquit, *in Sole ponito, vbi herba non fiet, et amphoras operito, ne aqua accedat: et ne plus quatriduum in Sole siveris. Post quatriduum in culleum componito, et instipato.* Initium hoc capitis eiusce fecerat: *Vinum Coum si facere voles, aquam ex alto marinam sumito, mari tranquillo, quum ventus non erit, etc.* H.

i. Rhodium Coo simile est) E Zacyntho praecipue laudabatur. *Dalec.*

Rhodium) Rhodium tamen minus quam Coum, aquam marinam pati, scribit Athen. L. I. p. 32. H.

k. Pho-

marina ſeptem [1] vel in ſex annis ad vetuſtatem mediam peruenire exiſtimantur.

XI. (IX.) Vinum omne dulce minus odoratum *l.*: quo tenuius, eo odoratius. Colores vinis quatuor: albus *m.*, fuluus, ſanguineus, niger. Pſythium *n.* et melampſythium paſſi genera ſunt *o.*, ſuum ſaporem, non vini referentia: [2] Scybilites *p.*

vero

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. in ſex. Ch. aut ſex annis Gr. et Al.* 2. *Fortaſſe Scybelites laudatum ſaepe a Galeno inter dulcia. Ciſibilites Gr. et Al.*

k. Phorineum) MSS. R. aliique, *Phormeum.* Ignota vox. An *Corynaeum*, a Coryna oppido, prope Clazomenas, de quo L. V. ſ. 31. H.

l. Minus odoratum) Ariſtot. Problem. ſect. 3. quaeſt. 13. et Theoph. cap. 24. lib. VI. Cauſ. *Dal.*

m. Colores vinis quatuor: albus) Galeno vinorum colores ſunt, λευκὸς, albus: κιῤῥὸς, fuluus: ἐρυθρὸς, ruber, ſiue ſanguineus: ξανθὸς, flauus, ſiue giluus, quem idem vocari poſſe ait πυῤῥὸν ὠχρὸν, e ruffo pallefcentem: μέλας, niger: ὠχρὸς, pallidus, medius inter album et fuluum, vt fuluus medius eſt inter album et nigrum. Color κιῤῥὸς annis et vetuſtate in ξανθὸν tranſit. *Dal.*

n. Pſythium, etc.) Pſythiam vitem eam eſſe putant, quae et Pramnia dicitur. Rhod. cap. 15. XIX. *Dalec.*

Pſythium) Ψυθίου οἶνου meminit Eubulus apud Athen. L. I. p. 28. Μελαμψύθιον, nigrum Pſythium eſt. Heſychio, Ψυθία, εἶδος ἀμπέλε. H.

o. Paſſi genera ſunt) Athenaeus lib. I. *Dalec.*

Paſſi genera) Paſſum eſt muſtum, quod Solem vel ignem paſſum eſt. Paſſum tamen alii Sole, defrutum igne et coctione fieri intelligunt. Nonius, c. 17. n. 16. *Varro de vita populi Romani L. I. Paſſum nominabant, ſi in vindemia vuam diutius coctam legerent, eamque paſſi eſſent in Sole aduri.* Vinum paſſum imitantur ea potione Turcae, quam *Sorbet* vocant. Fit ex vua paſſa quae mola ſubacta ſit, cui deinde calda ſuperfunditur: vaſe deinde tecto ea deferueſcit per aliquot dies: peractaque fermentatione fit iucundi ſaporis. Vide Buſbeq. ep. I. H.

p. Scybilites) Graecis Σκυβελίτης οἶνος. Vide N. et

Em.

vero musti, in Galatia nascens, et [1] Aluntium in Sicilia. *q.* Nam siraeum *r.*, quod alii [2] hepsema, nostri sapam appellant *s.* ingenii, non naturae opus est, musto vsque ad tertiam partem mensurae decocto: quod vbi factum ad dimidiam est, defrutum *t.* vocamus: omnia in adulterium mellis excogitata. Sed priora *u.* vua terraque constant. *x.* Passum

1. *Halyntium Gr. et Al.* 2. *carenum. Marc. Empir.*

Em. N. XV. (hic adi.) *Scyb.*) Prius *Cisibilites* legebatur. At in MSS. R. Colb. ac Par. *Ciuilitas.* Ex quo haud dubia coniectura Scybilites rescripsimus, suffragante Galeno de sanitate tuenda, L. V. c. 5. p. 148. T. VI. Σκυβελίτης οἶνος. Et vuae Σκυβελίτιδες κατὰ τὴν Παμφυλίαν, de alim. fac. L. II. c. 10. p. 343. eod. tom. Denique Σκυβελίτης οἶνος inter vina dulcia ab eodem censetur de simpl. med. fac. L. IV. c. 8. p. 95. H.

q. Et halyntium in Sicilia) Legendum puto *alontium* non *halyntium*, ab oppido Siciliae *Alontio*, Ptolemaeo et Plinio: cui nomen *Aleuntium* est non *Alontium.* Pint.

Aluntium) Ab oppido cognomine, de quo L. III. s. 14. H.

r. Nam siraeum) Galenus in Explic. voc. Hipp. T. II. p. 91. Ἕψημα, ὅπερ καὶ Σίραιον. Hippocr. ipse de morb. mul. L. I. text. 91. p. 479. οἴνῳ σιραίῳ. Diosc. L. V. c. 9. Καὶ ὁ καθεψομένος τοῦ γλεύκους Σείριος ἢ ἕψημα καλούμενος. *Sapam quae fit musto igni decocto, Graeci sirion seu hepsema vocant.* In officinis Pharmacopolarum, *Rob*, siue *sapa simplex.* H.

s. Sapam appellant) Columel. cap. 19 lib. XII. *Sapam* fieri tradit nunc quarta parte consumpta, nunc tertia, nunc dimidia. Vide locum. *Carenum*, sapam Marcellus medicus appellat, vulgo, *Vin cuit:* at defrutum, *Resinée.* Dalec.

t. Defrutum) A deferuendo dictum, auctore Palladio. Gallis, *vin cuit.* Charasius in Pharmac. p. 143. modum vtriusque parandi edocet. Columella, L. XII. c. 21. *Mustum quam dulcissimi saporis decoquatur ad tertias, et decoctum, sicut supra dixi, defrutum vocatur.* H

u. Sed priora) Non ab ingenio et arte, sed a natura, hoc est, ab vuae terraeque bonitate, priora illa suam auctoritatem obtinent. H.

x. Vua terraque constant) Saporis

Passum a Cretico *y.* Cilicium probatur, et Africum, et in Italia [1] finitimisque prouinciis. Fieri certum est ex vua, quam Graeci sticham vocant, nos apianam *z.*; item scirpula *a.*, diutius in vite Sole [2] adustis *b.*, aut feruenti [3] oleo. *c.* Quidam e quacumque dulci, dum praecocta alba, faciunt: siccantes Sole, donec paulo amplius dimidium pondus supersit, [4] tusasque leniter exprimunt. Deinde quantum expressere, adiiciunt *d.* vinaceis aquae Putea-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. prouinciisque finitimis Gr. et Al.* 2. *vuis adustis V. et Colum.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. oleo, in M. d. feruente Gr. et Al.* 4. *tusamque. Alii tusasque leniter vuas expr. V.*

Saporis proprietatem ex vuae terraeque natura et conditione obtinent, non hominum industria. *Dalec.*

y. A Cretico) Post Creticum, cui princeps locus debetur: *Malvoisie.* Baccius L. I. p. 23. H.

z Nos apianam) Graeci στίχαν a στὶξ hoc est, ab acinorum ordine. *Raisin muscat*, vt diximus, f. 4. Passi ex vua apiana conficiendi modum docet Columella, L. XII. c. 39. p. 442. H.

a. Item scirpula) Cuius iam ante facta mentio, f. 4. his verbis: *Item scirpula passo acino.* H.

b. Diutius in vite sole adustis) Passas Graeci vocant, πατηθείσας, quasi conculcatas, non quidem quod conculcentur, sed ob resiccationem calcatis similes videantur: qua ratione palmulae genus πατητὸν supra vocatum est cap. 4. lib. XIII. *Dalec.*

c. Aut feruente oleo) Aut aqua feruente et oleo. Sic Monspessulani Passam vuam dum parant, racemos binos hinc illinc filo ligatos, vitiosis acinis forfice detractis, feruenti lixiuio, addito olei paululum, immergunt, quoad flaccescant tantum, et corrugentur: deinde perticis imponunt, vt siccescant, ac post triduum quatriduumue insolant: vt et Columel. docet cap. 16. lib. XII. *Dalec.*

Aut feruenti oleo) Ita Columella, L. XII. c. 16. p. 423. H.

d. Adiiciunt) Quantum boni succi ad primarium passum expressere, tantum vinaceis aquae adiiciunt ad secundarium faciendum. Vinacea, *le marc*, vt diximus, f. 3. H.

puteanae, vt et ſecundarium paſſum faciant. Diligentiores eodem modo ſiccatis *e.* acinos eximunt, ac ſine ſarmentis madefactos *f.* vino excellenti, donec intumeſcant, premunt. Et hoc genus ante cetera laudant: ac ſimili modo aqua addita, ſecundarium faciunt. Medium inter dulcia [1] vinumque eſt, quod Graeci [2] aigleucos vocant, hoc eſt, ſemper muſtum. g. Id euenit cura, quoniam feruere prohibetur: ſic appellant muſti in vina tranſitum. Ergo mergunt *h.* e lacu protinus in aqua cados, donec bruma tranſeat, et conſuetudo fiat algendi. Eſt etiamnum aliud genus eius per ſe *i.*, quod vocat

1. *Vinum eſt. M. et Vet.* 2. *aigleuces Gr. et vulgg.*

e. Siccatis) Vuis nimirum acinos, hoc eſt, grana eximunt, reiectis ſarmentis, hoc eſt, pediculis et ligno, cui ea adhaereſcunt. Habet haec eadem fere Mago apud Colum. L. XII. p. 39. H.

f. Sine ſarmentis madefactos, etc.) Columel. cap. 39. lib. XII. Cato cap. 13. *ſcorpiones* vocant: Varro cap. 54. lib. I. *ſcopos*, nempe vuas cum acinorum detractorum pediculis integras, a ſcoparum ſimilitudine. Pediculos acinorum in vua Graeci vocant *κρεμαςῆρας*, ficuum *πείσματα*, pomorum *πέλματα*, Palladius *tenacia.* Dal.

g. *Quod Graeci aigleuces vocant, hoc eſt ſemper muſtum*) *Aigleucos* ambo exemplaria non *aigleuces*, idque magis vero conſonum: alioqui ſi *aigleuces* defenditur, vt ſit forma adiectiua, *muſteum* erit, non *muſtum*, ſcribendum. Sed vetus lectio magis blanditur. *Pint.*

Aigleucos) Graecis *ἀεὶγλευκος*, vinum quod eſt ſemper dulce, ſiue muſtum, quin feruere prohibetur: nam feruere muſta dicuntur, quum in vina tranſeunt. H.

h. Ergo mergunt, etc.) Cato cap. 120. *Dalec.*

E lacu) Quid lacus ſit, diximus ſ. 7. Habet his aliquid ſimile Cato, c. 120. p. 65. H.

i. Genus eius per ſe) Genus vini quod natura ſua ac ſponte, ſine vlla propemodum arte, eiuſmodi eſt quale Graecorum *ἀεὶγλευκος*. Nunc appellant *le vin doux de Limous*, ſiue *Blanquette de Limous.* Item, *le vin muſcat*

cat dulce *k.* Narbonensis prouincia, et in ea maxime [1]Vocontii. Asseruatur eius gratia vua diutius in vite, pediculo intorto. *l.* Ab aliis ipse palmes inciditur in medullam, ab aliis vua torretur in tegulis: omnia ex Heluenaca *m.* vite. His adiiciunt *n.* aliqui, quod vocant diachyton *o.*, vuis in Sole siccatis, loco *p.* clauso per dies septem, in cratibus, totidem pedes a terra alte, noctibus a rore defensis, octauo die calcatis: ita fieri optimi odoris saporisque. Dulci e genere est et melitites. *q.* Distat a mulso, quod fit [2] e musto *r.*, cum quinque congiis

1. *Vocontia. M.* 2. *ex vetere vino austero, et exiguo melitites vero e quinque, etc. sufferuefactis. Sed inter. Ex Diosc.*

muscat d'Azile. Vide G. du Carel hist. Langued. L. I. p. 43. H.

k. Quod vocat dulce, etc.) Nunc *Fiquardant*, aliis *Muscat de Languedoc.* Dal.

l. Pediculo intorto) Hunc morem e Cretensibus in sua maluasia hodieque seruari dicit Andr. Baccius, L. I. c. 8. p. 12. H.

m. Heluenaca) Seu Heluica, vt dictum est §. 3. H.

n. His adiiciunt) His vinorum dulcium generibus. H.

o. Diachyton) Columella cap. 27. lib. XII. *Dal.*

Diachyton) Διαχυτὸν, diffusum. Rhodii vini genus, passo quam maxime simile ὑποχυτὸν appellatum scribit Timachidas Rhodius apud Athen. L. I. p. 31. H.

p. Vuis in sole siccatis loco, etc.) Vuas sic resiccatas extra vitem, et à suis palmitibus extractas Graeci vocant ϑηλοπεδευμένας. In crate, et super cannas id commode fieri ostendit Colum. cap. 16. lib. XII. Ea voce vtitur Dioscorides in vino Myrtite, οἱ δὲ, inquit, πρoϑηλοπεδεύσαντες ἐν ἡλίῳ. *Dal.*

q. Melitites) Dioscorides cap. 15. et 16. lib. V. *Dal.*

r. Quod fit e musto) Hoc est, quoniam fit e musto, vinum scilicet melitites. Diosc. L. V. c. 15. Οἶνος μελιτίτης — διαφέρει τοῦ οἰνομέλιτος, ὅτι ἐκεῖνο μὲν ἐξ αὐστηροῦ οἴνου — ὁ δὲ μελιτίτης πρὸς ἕ χόας αὐστηροῦ γλεύκους, μέλιτος χοῦν ἕνα, καὶ ἁλὸς κυαϑὸν ἕνα. *Distat a mulso: Mulsum enim ex austero vino fit . . . Melitites autem ex musto, cum quinque congiis austeri musti congio*

giis austeri musti, congio mellis et salis cyatho sufferuefactis, austerum. Sed inter haec genera potuum ponere debeo et protropum *s.*: ita appellatur a quibusdam mustum *t.* sponte defluens, antequam calcentur vuae. Hoc protinus diffusum lagenis suis deferuere passi, postea in Sole quadraginta diebus torrent aestatis sequutae, ipso Canis ortu.

XII. (X.) Non possunt iure dici vina, quae Graeci [1] deuteria appellant *u.*, Cato *x.* et nos loram, maceratis aqua vinaceis *y.*: sed tamen inter vina operaria numerantur. Tria eorum genera. [2] Decima *z.* parte aquae addita, quae musti expressa sit, et ita

1. *Deuterias. Vet. forma adiectiua.* 2. *Leg. Decimae parti musti quod expressum sit, pari aqua addita, et ita nocte, etc. Dal. ex Colum. et Dioscor.*

congio mellis et salis cyatho sufferuefactis: nam verbo ὑπερζεῖν paulo postea vtitur. H.

s. Protropum) De quo iam diximus s. 9. H.

t. Mustum etc.) Lixiuium *mustum* a Latinis vocari auctor est Rhod. cap. 34. lib. XXVIII. Vide Athenaeum lib. I. *Dalec.*

u. Quae Graeci deuteria appellant) Deuterias Hesychio δευτερίας οἶνος, ὁ κατὰ τὸ ὕδωρ ἐπιχεθῆναι εἰς τὰ στέμφυλα. Turn. cap. decimonono, libri vigesimioctaui Aduers. *Dal.*

Deuteria) Subintellige vina: δευτερίας οἶνος, vina secundaria. Diosc. L. VI. c. 13. Hesychius l. c. H.

x. Cato) De R. R. c. 57. p. 43. *Vinum familiae vbi vindemia facta erit, loram bibant menses tres.* Varro quoque de R. R. L. I. c. 54. *Vocatur lora, quod lota acina, ac pro vino operariis datur hieme.* Gallis; *Breuvage que l'on fait en jettant de l'eau sur le marc de la vendange apres qu'elle a été fouleé et pressée.* Sunt qui vocent: *Vin de dépense.* Quod Galli vocant *du rapé*, etsi id secundarium dici vinum quoque, et lora possit, re tamen ipsa et apparatu, atque etiam facultate a veterum lora discrepat. H.

y. Vinaceis) Vinacea, *le marc*, vt diximus s. 3. H.

z. Decima) Hic modus a Columella traditur, L. XII. c. 40. p. 443. *Lora optima quomodo fiat. Quantum vini vno die feceris, eius partem decimam*

et ita nocte ac die madefactis vinaceis, rursusque prelo subiectis. Alterum, quomodo Graeci factitauere, tertia parte eius quod expressum sit, addita aquae, expressoque decocto ad tertias partes. Tertium est, faecibus vini expressum, quod faecatum Cato appellat. *a.* Nulli ex his plus *b.*, quam anno, vsus.

XIII. (XI.) Verum inter haec subit mentem, quum sint genera nobilia, quae proprie [1] vini intelligi possint, LXXX. fere in toto orbe, duas partes *c* ex hoc numero Italiae esse, [2] longe propterea ante cunctas terras. Et hinc deinde altius cura serpit, non a primordio hanc gratiam fuisse: (XII.) auctoritatem post sexcentesimum Vrbis annum coepisse.

XIV. Romulum lacte *d.*, non vino, libasse, indicio sunt sacra ab eo instituta, quae hodie custodiunt

1. *Vina. M.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. praestantiora, quam cunctis terris. Alii. longe praetereuntis cunctas terras. Alii. longepropterea, etc. Ch praeterea Gr. et Al.*

decimam quot metretas efficiat considerato, et totidem metretas aquae dulcis in vinaceas addito. Sic etiam Diosc. L. V. c. 13. H.

a. Cato appellat) Cap. 153. *Dal.*

Cato appellat) De R. R. c. 153. p. 82. *Vinum faecatum sic facito. Fiscinas olearias Campanicas illi rei habeto: eas faecis impleto, sub prelumque subdito, exprimitoque.* H.

b. Nulli ex his) Post annum, inquit, vina haec exolescunt. Diosc. l. c. Χρῶ δὲ αὐτῷ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ· ταχέως γὰρ ἐξίτηλος γίνεται. H.

c. Duas partes) Hoc est, bessem, *les deux tiers.* H.

d. Romulum lacte, etc.) Paulus ex Festo: *Sobrium vicum Romae dictum putant, vel quod in eo taberna nulla fuerit, vel quod in eo Mercurio lacte, non vino supplicabatur.* Ante Romulum tamen Latinos vino libasse docet eiusdem Festi fragmentum: *Rustica vinalia appellantur, mense Augusto quarto decimo Cal. Septemb. Iouis dies festus, quia Latini bellum gerentes aduersus Mezentium, omnis*

diunt morem. Numae regis [1] Postumia lex est *e.*: Vino rogum ne respergito. *f.* Quod sanxisse illum propter

[1]. *Posthumi. Parm. et Ch.*

omnis vini libationem ei Deo dedicauerunt, etc. H.

e. Posthumia lex est) Posthumia, id est, postrema supremoque vitae tempore lata. De huius verbi notione vide apud Gellium cap. 16. XII. Cesellii Vindicis et Sulpitii controuersiam. Vt ab extra extumus, a citra citumus, sic fit a post postumus. Canterus cap. 10. lib. II. Vel *postuma*, ab eorum similitudine, qui patre mortuo nascuntur. Nam multis annis post eius interitum, Numae libri reperti sunt Pontificii iuris, ac in lucem editi, quibus id iussisse verisimile est. Supra cap. 13. lib. XIII. Scaliger in Catulli versu: *Vt lex Posthumiae iubet magistrae*, interpretans, *legem Posthumiae*, pro *lege Posthumia*: eadem ratione dictum censet, qua vrbem Romae, et herbam lapathi legimus: citansque hunc Plinii locum, vult has leges Numae συμποτικὰς fuisse, non πολιτικάς. Qui enim id Numa vetarit, quum ex veteribus auctoribus satis constet, vino rogum respergi? Apparet itaque, inquit, allusum esse ad voluptariorum dicteria, cuiusmodi sunt haec in Epigrammatis Graecis: Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λιθίναις στήλαισι χαρίζου, Μηδὲ τὸ πῦρ βρέξῃς εἰς κενὸν ἡ δαπάνη. Ζῶν τί μοι, εἴ τι θέλεις, χαρίσαι, τέφρην δὲ μεθύσκων Πηλὸν ποιήσεις, οὐχ' ὁ θανὼν πίεται. Quam quam, subiungit, in duodecim scriptum fuit: MVRRINAM MORTVO NE INDITO. *Dalec.*

Postumia lex) A Postumio iudice lata, Numa praeeunte. Delicias facit Scaliger, qui hoc Catulli versu, *Inger mi calices amariores, Vt lex Postumiae iubet magistrae* legis huius a Numa Pompilio latae fieri mentionem putet: quum ibi Postumia mulier bibacissima fuerit, cuius hortatu et Catullus ipse potare se largiter velle significat. H.

f. Vino rogum ne respergito) Manibus quum parentabatur, rogum sepulchrumue conuersa manu vino respergebant, pocula libabant, effuso vino vasa in ignem mittebant, nigras hostias immolabant. Alexander ab Alex. cap. 26. lib. V. Quamuis ob inopiam Numa rogum vino aspergi vetuerit: Decemviri tamen, quorum leges interpretati sunt Scaeuola, Laelius,

propter inopiam rei nemo dubitet. Eadem lege, ex imputata *g.* vite libari vina diis, nefas statuit, ratione excogitata, vt putare cogerentur, alias aratores *h.*, et pigri circa pericula arbusti. *i.* M. Varro auctor est, Mezentium Etruriae regem auxilium Rutulis contra Latinos tulisse vini mercede, quod tum in Latino agro fuisset. (XIII.) Non licebat id feminis Romae bibere. *k.* Inuenimus inter exempla

Laelius, Capito, ab auctore nominari, vino quouis id fieri permiserunt, praeterquam Murrato, quod ex Varrone Festus citat. Pythagoricae disciplinae scientissimum regem hoc Symbolo putant vinum iracundis prohibuisse. *Dal.*

Vino rogum) Fuit ea tamen consuetudo veterum, vt rogum reliquiasque vino respergerent. Vide Homerum Il. ψ. in funere Patrocli: quem sequutus Maro, Aen. L. VI. v. 226. *Postquam collapsi cineres, et flamma quieuit, Relliquias vino ac bibulam lauere fauillam.* Decemuiri A. V. C. trecentesimo tertio, lege XII. tabularum, non omnem vini, sed murrati tantum respersionem vetuere: *Murata potio mortuo ne inditor.* Quam Cicero de LL. L. II. explanans vberius, pro murata potione, *sumptuosam respersionem* dixit. H.

g. Imputata) Nondum putata. H.

h. Alias aratores) Quum alioqui de aranda solum tellure cogitarent, et circa pericula vitis arbustae pigri forent. H.

i. Arbusti) Vitium arboribus applicitarum. H.

k. Non licebat id feminis Romae bibere) Vide Val. Max. cap. 1. lib. II. Scribit Gellius Romanas mulieres vsas in potu laurea, passo, murrhina: quo loco *lauream* loram esse intelligunt. Grandiores natu feminas auctor est Varro bibere solitas loram, poscam, defrutum, passum, quod a Plauto dictum volunt Murrhinam. Rhod. cap. 37. lib. XVIII. Mulieres Romanas, seruos, ephebos ad annum vsque tricesimum, mulieres item Massilienses vino abstinuisse refert idem auctor cap. 5. lib. XXVIII. Apud Agellium Cato in oratore de dote: *Vir, nisi quum diuortium facit, mulieri iudex et pro censore est: imperium, quod videtur, habet: si quid peruerse tetreque factum est a muliere, multatur: si vinum bibit, si cum alieno*

empla, Egnatii [1] Mecenii *l.* vxorem, quod vinum bibisset e dolio, interfectam [2] fuisse a marito, eumque caedis a Romulo absolutum. Fabius Pictor *m.* in Annalibus suis scripsit: Matronam, quod loculos, in quibus erant claues vinariae cellae, resignauisset, a suis inedia mori coactam. Cato ideo pro-

1. Metelli. Val. cap. 3. lib. VI. Gellius, lib. VI. cap. 23. Sigonius l. I. de iure ant. Rom. cap. 9. Maetenni. Ch.
2. sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. fuste Gr. et Al.

alieno viro quid probri fecit, condemnatur, etc. Lips. cap. 13. lib. I. Apud Nonium Cic. III. de Rep. *Ita magnam vim habet disciplina verecundiae: Carent temeto omnes mulieres.* Idem lib. IV. *Atque etiam si qua erat famosa, ei cognatio osculum non ferebat.* Apud Athenaeum lib. X. Polybius scribit, etiam nullo modo fallere potuisse quae bibissent, quum mos ille mane ipsas osculandi ea de causa sit inuentus, et illarum curae non committeretur cella vinaria. Victorius cap. 7. XXIV. *Dalec.*

Non licebat) Gellius, L. X. c. 23. p. 556. *Mulieres Romae*, inquit, *atque in Latio, bibere solitas ferunt loram, passum, murrhinam, et quae id genus sapiant, potu dulcia.* Vide et Val. Max. L. II. c. 1. p. 81. Polyb. ap. Athen. L. X. p. 429. et Dion. Halic. L. II. p. 96. Addit Aelianus Variar. L. II. c. 38. nec licuisse cuiquam nobilium a pube ad annum XXXV. vinum bibere. H.

l. Egnatii Mecenii) Vide N. et Em. N. XVI. (hic adi.) *Egn.)* Egnatium Metellum vocat Val. Max. L. VI. c. 3. p. 304. eiusque factum ait non accusatore tantum, sed reprehensore caruisse. Verum non Metellum, sed Mecenium appellatum esse, testis est praeter Plinium Tertullianus in apolog. c. 6. *Circa feminas quidem,* inquit, *etiam ipsa illa maiorum instituta ceciderunt, quae sobrietati patrocinabantur, — quum mulieres vsque adeo vino abstinerentur, vt matronam ob resignatos cellae vinariae loculos sui inedia necarint: sub Romulo vero quae vinum attigerat, impune a Mecenio marito trucidata est. Idcirco et oscula propinquis offerre necessitas erat, vt spiritu iudicarentur.* H.

m. Fabius Pictor) De eo in Auctorum Indice. Habet haec quoque Tertullianus in Apol. c. 6. H.

propinquos *n.* feminis osculum dare, vt scirent an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat: vnde et temulentia *o.* appellata. Cn. Domitius iudex pronuntiauit, mulierem videri [1] plus bibisse *p.*, quam valetudinis causa, viro insciente, et dote mulctauit. Diuque eius rei magna parsimonia fuit. L. [2] Papirius Imperator *q.* aduersus Samnites dimicaturus votum fecit, si vicisset, Ioui pocillum vini. Denique inter dona sextarios lactis datos inuenimus, nusquam vini. Idem Cato, quum in Hispaniam nauigaret, vnde cum triumpho *r.* rediit:

F 2

1. *Plus vini bib. Gr.* 2. *Papyrius. Gr.*

n. Ideo propinquos) Gellius, l. c. *Institutumque est, vt cognatis osculum ferrent, deprehendendi causa, vt odor indicium faceret, si bibissent.* H.

o. Temulentia) Nonius, c. I. n. 14. p. 486. *Temulenta dicta est ebriosa, dicta a temeto, quod est vinum, quod attentat mentem. M. Tull. de rep. L. IX. Ita magnam habet vim disciplina verecundiae: carent temeto omnes mulieres.* H.

p. Mulierem videri plus vini bibisse) Ea modestia fuit priscorum hominum, vt qui testimonium dicerent, etiamsi referrent quae vidissent, et certo scirent, ea tamen ἠθικῶς sibi videri, νομίζεσθαι, δοκεῖν, loquerentur. Idem obseruatum fuit in Senatusconsultis, quae ob id δόγματα Graeci vocaverunt, in Plebiscitis, et a Iudicibus in causarum cognitione, quae vera esse didicissent, vt ea, non tamquam essent, sed tamquam facta viderentur, pronunciarent. Cuiacius cap. 26. III. Observ. Brissonius cap. 22. *Dal.*

q. L. Papyrius Imperator, etc.) De hoc vide cap. 11. lib. XVII. *Dal.*

L. Papirius) Furcarum caudinarum infamiam, quando deditionem Samnitibus fecit Romanus exercitus, et sub iugum missus est cum vtroque consule, A. V. C. CCCCXXXIII. sequenti anno maiori Samnitium clade, ac pari ignominia rependit Papirius Imperator, quem Liuius, L. IX. Alexandro M. si in Italiam, vt erat fama, venisset, parem ait esse potuisse. H.

r. Vnde cum triumpho) Quem Liuius describit L. XXXIV. p. 417. Florus, L. II. c. 17. p. 90. *Cato ille Censorius, Celtiberos, id est, robur*

diit: [1] Non aliud *s.*, inquit, vinum bibi, quam remiges: in tantum dissimilis istis, qui etiam conuiuis alia *t.*, quam sibimetipsis, ministrant, aut procedente *u.* mensa subiiciunt.

XV. Lautissima apud priscos vina erant *x.*; [2] myrrhae

1. *Non aliud vinum bibit.* *M.* 2. *murino.* *M.* *vnguentario.* τȢ μύρȢ, *myri.* *Hermolaus.*

robur Hispaniae, aliquot praeliis fregit. H.

s. Non aliud) Frontinus, Strateg. L. IV. c. 3. *M. Catonem vino eodem quo remiges, contentum esse traditur.* Festus in fragm. p. 18. *Cato in ea quam scripsit, quum in Hispaniam proficisceretur, ait: Nauitae, quod secum portauerant vinum atque oleum, vsus tantum eo sum.* H.

t. Qui etiam conuiuis alia) Nihil festiuius in eam rem dici, aut elegantius potest, quam quod de hominis sordidi simul et sumptuosi, quod deinde de suo more Plinius alter prodidit, L. II. ep. 2. *Aliud sibi vinum, et nobis*, inquit, *aliud minoribus amicis (nam gradatim amicos habet) aliud suis nostrisque libertis. Animaduertit qui mihi proximus recumbebat, et an probarem interrogauit: negaui. Tu ergo, inquit, quam consuetudinem sequeris? Eadem omnibus pono: ad coenam enim, non ad notam inuito: cunctisque rebus exaequo, quos mensa et toro aequaui. Etiamne libertos? etiam: conuictores etiam tunc, non libertos puto. Et ille, Magno tibi constat: Minime. Qui fieri potest? Quia scilicet liberti mei non idem quod ego bibunt, sed idem ego quod liberti. Et hercule, si gulae temperes, non est onerosum, quo vtaris ipse, communicare cum pluribus. Illa ergo reprimenda, illa quasi in ordinem redigenda est, si sumptibus parcas, quibus aliquanto rectius tua continentia, quam aliena contumelia consulas.* Spectat huc et elegans Martialis epigr. 60. L. III. *Cum vocer ad coenam, non iam venalis, vt ante: Cur mihi non eadem, quae tibi, coena datur?* etc. H.

u. Aut procedente) Aut si semel conuiuis eadem ac sibimetipsis ministrauere vina, procedente mensa alia iisdem, ac deteriora subiiciunt. H.

x. Lautissima apud priscos vina erant, myrrhae odore condita, etc.) Libri veteres legunt: *vina erant miro odore condita.* Sed apud Plaut. Act. I. Scen. 3. mulsum non vinum discribitur. Vide *Salmas.* pag. 709. b. Vel sic scripsit

rhae odore condita *y.*, vt apparet in Plauti fabula *z.*, quae Perſa inſcribitur, quamquam in ea et calamum *a.* addi iubet. Ideo quidam [1] aromatite *b.* delecta-

1. *Aromaticis. V. vide num. aromatite. Sic certe Ch. aromatice Gr. et Al.*

ſcripſit Plin. *Lautiſſima apud priſcos erant vina pomorum odore condita, etc.* Salmaſ. p. 710. a, b.

y. Myrrhae odore condita) Myrrhae odorem hic τὸ ἄρωμα vocat Colum. cap. 19. XII. Ad praedictum autem modum muſti adiici debent hi odores, Nardi folium, Iris Illyrica, Nardum Gallicum. Brod. cap. 20. IV. Vinum ſic conditum ἀνθοσμίαν οἶνον, et ἀνθίνην Graeci vocabant, vt et Latini veteres vini florem, Ennius: — *Haec anus admodum Friguit, nimirum ſauciavit ſe flore Liberi.* Dalec.

Myrrhae odore) Vide N. et Em. N. XVII. (hic conſp.) *Vina)* Sic libri omnes vetuſtiſſimi, Parm. Ven. Brixienſ. ceterique editi. Sic R. 2. Cod. et Par. Sic Plinius ipſe ſcripſiſſe ſe apertiſſime prodit, tum hoc loco, quum ait, et *calamum* in ea vina adiici: vnde intelligitur peculiare iam ab eo aromatis genus fuiſſe deſignatum, myrrham videlicet: tum vero maxime ſ. 19. vbi vinum aromatiten deſcribens: *Aromatiten*, inquit, *inuenio factitatum, tantum non vnguentorum compoſitione, primo e myrrha, vt diximus:* non alio certe loco, quam iſto, quem ibi ſpectat. Quare ceteros codices nihil moror, in quibus *miro odore condita* legitur: neque Hermolaum audio, qui *myri* μύρȣ, hoc eſt, *vnguenti*; neque Salmaſium, qui p. 710. in Solin. *pomorum odore condita* reponit. H.

z. Plauti fabula) Aut diverſam eſſe neceſſe eſt ab ea quae hodieque exſtat eo nomine, aut verſus eos excidiſſe, quos Plinius noſter allegat. Nam qui in ea fabula exſtant, quae Perſa inſcribitur, Act. I. Sc. 3. v. 5. quos Salmaſius affert, p. 709. in Solin. *Commiſce mulſum, ſtruthea, colutheaque appara, Bene vt in ſcutris concaleant, et calamum iniice.* In iis nec vini genus deſcribitur, ſed mulſi: nec myrrhae ibi vlla mentio. H.

a. Et calamum) Aromaticum ſcilicet, de quo L. XII. ſ. 49. H.

b. Aromatite) Vino nimirum, quod e myrrha calamoque factitatum dicitur, ſ. 19

lectos maxime credunt. Sed Fabius [1] Dossennus *c.* his versibus decernit:

Mittebam vinum pulcrum, murrhinam.

Et in Acharistione *d.*:

Panem et polentam, vinum murrhinam.

Scaeuolam quoque et Laelium, et Atteium *e.* Capitonem

1. Sic et Ch. Dorsenus Gr. et Al.

f. 19. Sic MSS. R. etc. Prius *aromatice* perperam legebatur. H.

c. Dossennus) De eo in Auctorum Indice. H.

d. Acharistione) Hanc fabulam Plauto Nonius adiudicat, c. 2. verbo *Pauperavit.* H.

e. Scaevolam quoque et Laelium et Ateium Capitonem) Lego *Aelium* non *Laelium* ex indice antiquorum codicum et Romanae etiam impressionis. Tres enim hic iurisconsulti memorantur, Scaeuola, Aelius, Ateius Capito: quorum inter alios Pomponius meminit Iurisconsultus primo Digestorum volumine, titulo de origine iuris. Verba cuius de hoc Aelio sunt, *Non post multum temporis spatium Sextus Aelius alias actiones composuit, et librum populo dedit, qui appellatur Ius Aelianum*: et mox: *Deinde Sextus Aelius et frater eius P. Aelius Aterius, et P. Atilius, maximam scientiam in profitendo habuerunt: et duo Aelii etiam consules fuerunt: Atilius autem a populo primus Sapiens appellatus est. Sextum Aelium etiam Ennius laudauit, et exstat illius liber qui inscribitur Tripartita.* Haec Pomponius. Versus autem Ennii quo Aelius hic laudatur, a Cicerone affertur prima Tusculana: *Egregie cordatus homo catus Aelius Sextus*: et in Catone maiore idem Cicero hunc Aelium laudat, cuius verba vt ab inueterata multos iam annos menda asserantur, libuit subtexere: *Nihil Sextus Aemilius tale, nihil multis annis ante T. Coruncanius, nihil modo P. Crassus, a quibus iura ciuibus praescribebantur.* Scribendum, *Sextus Aelius*, non *Sextus Aemilius*. Pint.

Scaeuolam, etc.) De his in Auctorum Indice. Ex Cornelia gente fuit Laelia, quae nomen dedit Laeliano Augusto: cuius nomine nummus inscriptus est in Thesauro Regio: IMP. C. VLP. COR. LAELIANVS. Alii IMP. C. LAELIANVS. P. F. AVG. Quem vero Plinius Laelium vocat, is est fortassis, cuius est nummus argenteus in Gaza Regia, et

nem in eadem ſententia fuiſſe video, quoniam in Pſeudolo *f.* ſit:

Quod ſi opus [1] *ſiet, vt dulce promat*
Indidem, ecquid habet? CHAR. *rogas?*
Murrhinam, paſſum, defrutum, [2] *mella.* ...

Quibus apparet non inter vina modo murrhinam *g.*, ſed inter dulcia quoque nominatum.

F 4 XVI.

1. Eſt Gron. et Al. *2. mellinam. Had. Iun. cap. 19. lib. V. Defrutum, mellinam, mel quoiuſmodi. Sambucus, mellinam τὸ ὑδρόμελι. M.*

et apud Patin. in Fam. p. 288. n. 7. Caput Romae victricis galeatum et laureatum exhibet: ſupra, ROMA. Retro, P. LAE. CA. Imperator paludatus ſtans dextram imponit capiti Senatoris togati, adſtante ad ſiniſtram Imperatoris lictore, cum virga: infra, PROVOCO. Hic Laecam neſcio quem pingi multi imprudenter ſcripſere, et de prouocatione agi populo Rom. data. Atqui ſententia haec ibi ſub iſtis litteris latet: P. LAE*lius* CA*to* PR*aetor* O*mnium* V*otis* O*rdinum* CON*ſtitutus*: id quod ipſa nummi pictura docet. In alio apud Gorlaeum, et in Muſeo noſtro, et apud Patinum, n. 3. eſt tantum LAECA, ſine praenomine P. ſed diuiſa littera A. ab E. magis recepto more, ſenſu eodem: LAE*lius* CA*to*. In auerſa parte, M. Porcius curru quadriiugo vehitur, ſupervolitante Victoria, et coronam porrigente. Sub bigis, M. PORC. Infra, ROMA. Docet hic nummus P. Laelium Catonem fuiſſe paterno genere Laelium, materno Catonem, ex gente Porcia. Vnde M. Porcii victoriam in altera nummi parte iuſſit inſcribi. H.

f. In Pſeudolo) Quae Plauti fabula eſt. Exſtat hic locus Act. II. ſc. 4. v. 51. H.

g. Murrhinam) Quidam legunt *Murrianam*, alii *Murinam*, alii *Myrrhinum*. Had. Iun. cap. 19. V. Murrynum, ἀπὸ τῦ μύρε, quoniam, vt inquit Aelianus, οἶνον μύρῳ μιγνύντες ἔτως ἔπινον, vinum odoribus imbutum bibebant, μυρινίτην οἶνον, ſiue, vt legit Pollux, μυρίτην, Philippides Comicus appellauit: ἦν δέ τις, inquit Pollux, καὶ μυρίτης οἶνος, μύρῳ κεκραμένος· οἱ δὲ τὸν γλυκὺν ἔτως οἴονται κεκλῆσθαι. Sex. Pomp. Murinam exponit Graecorum

XVI. (XIV.) Apothecas *h.* fuisse, et diffundi *i.* solita

rum Nectar: quibus argumentis fit, vt interpretatio Plinii minus sit probabilis; quamuis Fulgentius laudet: ac praeterea, quia ingrato amarore Myrrhae persusum vinum vix cuiquam placiturum sit. Iuuenal. Sat. 6. *Cum perfusa mero spumant vnguenta Falerno.* Martialis: *Et foliata sitis.* Brod. cap. 4. IV. Est et οἶνος ἀνθοσμίας Xenophonti: ἑλλην. δὲ, ac Luciano, idem fortassis cum Myrino. Thomas interpretatur εὔοσμον. Brod. cap. 26. et 33. Lib. V. Alexand. ab Alexand. cap. 11. III. Scalig. in cap. 6. IX. Caus. Theophrast. Murrhinam vocatum censet vinum, quod Romanis feminis premebatur ex baccis myrti, quoniam myrrha ob amarorem non sit idonea potui, et myrtum vbique Theoph. vocet μύῤῥινον. Murratam potionem Aediles per supplicationes ad puluinaria Diis addebant. Duodecim tabulis cautum erat, ne illa mortuo inderetur. *Murrinam* Graeci vocant Nectar: mulieres *Murriolam*: quidam *Murratam vinum:* quidam dictum putant ab vua Murrina. Festus: Plauti versus est: *Bene in strutheis concaleat* (mulsum) *et calamum iniice.* Apud Sutrium Comicum Glycerium, *Myrinum mihi adfer, quo virilibus armis occurram fortiuscula.* Supplicationibus publicis ad Deorum puluinaria Aedilium iussu Myrinum apponebatur, quos ambrosia et nectare pasci credidit antiquitas. Apud Petronium Arbitrum quidam Myrini potu se ad libidinem concitatum fuisse narrat. *Dalec.*

Murrhinam) Veterum itaque murrhinam vini genus aut passi, myrrhae odore conditi, atque adeo aromatiten, Plinius noster putat, certos auctores sequutus, quos Varro laudat apud Nonium, c. 17. n. 11. *Loram dicebant in vindemia, quum expressissent acinis mustum, et folliculos in dolium coniecissent. Varro, de vita Pop. R. L. I. Antiquae mulieres maiores natu bibebant loram, aut sapam, aut defrutum, aut passum, quam murrhinam Plautum quidam appellare putant.* Sane Gl. Gr. Lat. *Murinam* ἀρωματεῖων interpretatur. E myrrha vinum fieri indicasse se hoc loco Plinius inferius admonet f. 19. H.

h. Apothecas) Ἀποθήκη Graecis, Columellae L. I. c. 8. cella vinaria. *Plenam antiquis apothecam cadis* apud Phaedrum legimus Fabb. L. IV. H.

i. Et diffundi solita vina, etc.) Scribe: *et diffundi solita*

ſolita vina anno DCXXXIII. *k.* Vrbis, apparet [1] indubitato *l.* Opimiani vini *m.* argumento, iam intelligente ſuum bonum Italia. Nondum tamen iſta genera in claritate erant. Itaque omnia tunc genita *n.* vnum habent Conſulis nomen. Sic quoque poſtea diu transmarina in auctoritate fuerunt, et ad auos vſque noſtros: quin et Falerno iam reperto, ſicut apparet [2] ex illo Comici *o.* [3] verſu,

F 5 *Quin-*

1. In conſulatu. M. 2. ſic ex MSS. em. Hard. Comico Gr. et vulgg. 3. verſu Anaxipolis Thaſii. V.

lita vina anno DCXXXIII. *Vrbis apparet, in conſulatu Opimii; Opimiani vini argumento.* Nam hoc anno Vrbis conſul fuit Opimius. *Salmaſ.* 467. b. *Et diffundi ſolita vina, etc.)* Colari, ſaccari, διαχεῖσθαι, tranſvaſari, elutriari, ex cupa in qua per aliquot dies ferbuit, in dolia et cados tranſfundi, in quibus conditum ſeruabatur, ac vnde oenophoris hauſtum in crateres et pocula fundebatur bibituris. ἠθικὰ Theophraſt. c. 24. L. VI. Cauſ. quaſi ἠθρύμενα vocat. *Dal.*

Et diffundi) Hoc eſt, recondi in doliis. Vinum diffunditur, quod e lacu in amphoras et cados apothecarum ad aſſeruandum funditur. Horat. L. I. ep. 5. v. 4. *Vina bibes iterum Tauro diffuſa.* Et Iuuen. Sat. 5. *Ipſe capillato diffuſum Conſule potat.* Et Sat. II. *Hic tibi vina dabit diffuſa in montibus illis.* Adde his et Columellam L. XII. c. 28. H.

k. Anno DCXXXIII.) Ita MSS. omnes, R. Colb. etc. et recte, vti nonuimus, ſ. 6. vbi de Opimii Conſulatu. H.

l. Indubitato) Ita R. 2. Colb. 1. 2. Th. etc. H.

m. Opimiani vini, etc.) L. Opimii Conſulis anno omnium vini generum bonitatem laudauit ſupra cap. 4. huius libri. *Dal.*

n. Itaque omnia tunc genita, etc.) Cicero in Bruto: *Vt ſi quis Falerno vino delectetur, ſed eo nec ita nouo, vt proximis Coſſ. natum velit: nec rurſus ita vetere, vt Opimium aut Anatium Coſſ. quaerat Atqui hae notae ſunt optimae. Credo. Sed nimia vetuſtas, nec habet eam, quam quaerimus, ſuauitatem; nec eſt iam ſane tolerabilis. Dal.*

o. Sicut apparet ex illo Comico verſu Anaxipolis Thaſii, etc.) Quid ego audio, Anaxipolin

Quinque [1] *Thasi p. vini depromam, bina Falerni.* P. Licinius Crassus, et [2] L. Iulius Caesar Censores anno Vrbis conditae [3] DCLXV. *q.* edixerunt *r.*, ne quis [4] vinum Graecum Ammineumque octonis aeris

1. *Sic et Ch. Thassi M. quinque Thasii vini depromam inde, Falerni bina Gr. et Al.* 2. *et L. Caesar. M.* 3. *sic quoque M. et Ch. DCLXXV. Gr. et Al.* 4. *vini Graeci Ammineique plus octonis, vel, pluris quam octonis. Dal.*

nipolim Thasium Latinos versus scriptitasse? an forte Graece quidem scripsit, sed togatas fabulas. Alioqui inepte citatur testis, vbi agitur de auctoritate, quae fuit vinis in Vrbe atque Italia. Subiiciam et hic veterem lectionem, quo magis appareat deprauatio: *Sic quoque postea diu transmarina, etc. sicut apparet ex illo Comico versu, Quippe Thasii, etc.* non *Quinque, etc.* Gelenius.

p. Quinque Thasi.) Hoc est Thasii, vini e Thaso insula aduecti. Vide N. et Em N. XVIII. (hic adi.) *Quinque)* Prius legebatur, *Quinque Thasii vini inde depromam, Falerni bina.* Gelenius legi malebat, *Quippe.* At in R. cod. Paris. et Th. *Quinque Thasi vini depromam vini Falerni:* omnino pro *bina Falerni:* est enim versus heroicus integer, siue hexameter. Voculam *inde*, quae binis syllabis constat, conflatam esse ex posteriore vocis prioris syllaba, et ex priore subsequentis, nemo non videt. H.

q. DCLXV.) Ita MSS. R. Colb. Th. Chiffl. Paris. et antiquae editiones. Sed legendum haud dubie DLXV. Nam hos censores, ipsumque vrbis annum DLXV. iam supra notauimus, L. XIII. s. 5. H.

r. Edixerunt, ne quis, etc.) Olim minime liberum fuit cuique negotiatori tanti res suas aestimare quanti vellet, sed quanti censuisset magistratus, cuius censionem ac aestimationem annonam fori vocabant. Apud Terent. Donatus, illud, *scisti vti foro*, sumptum vult a negotiatoribus, qui, quanti vendant, quae aduehunt, non praescribunt, priusquam veniant in commercii locum: sed secundum annonam fori, quam deprehenderit, de vendendis, aut non vendendis mercibus consilium capiunt. Raeuard. cap. 17. III. Variorum. *Dalec.*

ris singula *s.* quadrantalia *t.* venderet. Haec enim verba sunt. Tanta vero vino Graeco gratia erat, vt singulae potiones in conuictu darentur.

XVII. Quibus vinis auctoritas fuerit sua in mensa, M. Varro his verbis tradit: L. Lucullus puer apud patrem numquam lautum conuiuium vidit, in quo plus semel Graecum vinum daretur. Ipse quum rediit ex Asia, millia cadûm *u.* [1]in congiarium *x.* diuisit amplius centum. C. Sentius, quem Praetorem vidimus, Chium vinum [2]domum suam illatum dicebat tum primum, quum sibi cardiaco *y.* medicus dedisset. Hortensius super decem millia cadûm heredi reliquit. Hactenus Varro. (XV.) Quid? non et Caesar Dictator triumphi sui coena vini Falerni amphoras, Chii cados in [3]conuiuia distribuit?

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. Lego, congiario. Millia cadum congiariorum Gr. et Al.* 2. *sic et Cod. Tol. vinum in domum Gr. et Al.* 3. *conviuas. Dal.*

s. Octonis aeris singula, etc.) Sextarios 48. *Dal.*

Octonis aeris) Hoc est, octonis assibus, Romano ac veteri more: quorum deni octonis assibus monetae Gallicae aestimatione nostra permutantur: octoni fere senis. Vide quae dicturi sumus, L. XV. s 1. et L. XVIII. s. 4. de hac vilitate omnis annonae. H.

t. Quadrantalia) Quid quadrantal, seu amphora sit, diximus s. 5. H.

u. Millia cadûm) Cadus est vasis vinarii genus decem congios, vel vt aliis placet, duodenos capiens, vt amphora tantum octonos. H.

x. Congiariorum, etc.) Congius Italici sextarii sex: Congiarius cadus, qui sextarios sex capiebat. *Dal.*

In congiarium) Congiarium munus erat, quo populus donabatur, vt milites donatiuo. Sueton. in Aug. c. 41. *Congiaria frequenter populo dedit, etc.* H.

y. Sibi cardiaco) Cardiacus est, qui cardiaco morbo tentatur: quo de genere morbi dicemus in libris de Medicina. Horat. L. II. Sat. 3. *Non est cardiacus, etc.* H.

ſtribuit z. ? Idem Hiſpanienſi triumpho Chium, et Falernum dedit. Epulo vero a. in tertio conſulatu ſuo, Falernum, Chium, Leſbium, Mamertinum: quo primum tempore quatuor genera vini appoſita conſtat. Poſtea ergo alia omnia b. in nobilitatem venerunt, [1] circiter ſeptingenteſimum Vrbis annum.

XVIII. (XVI.) Itaque non [2] miror innumerabilia paene genera fictitii reperta multis ante ſaeculis, quae nunc dicemus, omnia ad medicinae vſum pertinentia. Omphacium quo modo fieret, propter vnguenta, diximus [3] priore libro. c. Fit e labruſca,

1. *Et circ. ſeptingenteſimo Vrbis anno M.* 2. *Minora. Vet. M.* 3. *ſuperioribus libris. Dal. c. 27. l. XII.*

z. *In conuiuia diſtribuit)* Id eſt, in ſingula conuiuia ſingulos cados, ſingulaſque amphoras. *Conuiuia* hic vocat certum conuiuarum numerum vna diſcumbentium, qui fere intra Muſarum numerum conſiſtebat, iuxta tritum illud prouerbium: *Septem conuiuium, nouem conuitium.* Gelen.

In conuiuia) Hoc eſt, in ſingula conuiuia ſingulos cados. Conuiuia Plinius hic vocat certum numerum conviuarum vna diſcumbentium. H.

a. *Epulo vero)* Quum eſſet Epulo. Epulones dicebantur ii, quibus poteſtas eſſet Ioui O. M. ceteriſque Diis epulas indicendi. Hi primum terni fuere, mox et ſepteni. Cicero de Orat. L. III. n. 70. *Pontifices veteres propter ſacrificiorum multitudinem tres viros Epulones eſſe voluerunt: quum eſſent ipſi a Numa, vt etiam illud ludorum epulare ſacrificium facerent, inſtituti. Poſtea eſt auctus numerus, et ſeptem creari coepti.* Hinc apud Plinium Iuniorem, L. II. ep. 11. *Septemuir Epulonum,* Huius ſacerdotii expreſſa mentio in denario gentis Coeliae, cum effigie Septemuiri in Iouis epulo lectum eidem Deo pro more ſternentis cum epigraphe, L. CALDVS. VII. VIR. EPVL. *Lucius Caldus Septemuir Epulonum.* H.

b. *Poſtea — alia omnia)* Alia vinorum genera claritatem accepere. H.

c. *Priore libro)* Priore ſcilicet ex iis in quibus arbores tractantur, hoc eſt, L. XII. ſ. 61. H.

labrufca *d.*, hoc eft, vite filueftri; quod vocatur oenanthinum. Flores eius libris duabus in mufti cado [1] macerati, poft xxx. dies mutantur. Praeter hoc radix labrufcae et acini coria perficiunt. Ii paulo poftquam [2] defloruere, fingulare remedium habent ad refrigerandos in morbis corporum ardores, gelidiffima, vt ferunt, natura. Pars eorum aeftu moritur, [3] priufquam reliqui, qui folftitiales *e.* [4] dicuntur. Vniuerfi numquam maturefcunt: et fi [5] prius, quam tota marcefcat vua *f.*, incocta detur cibo gallinaceo generi, faftidium gignit vuas appetendi.

XIX. 1. [6] Fictitiorum *g.* primum fit ex ipfo vino, quod vocant adynamon *h.*, hoc modo: Albi mufti [7] fextarii XX. *i.* aquae [8] dimidium, feruet donec

1. *Maceratis. M.* 2. *defiuere. Ch.* 3. *perftant reliqui. Dal.* 4. *dicuntur vniuerfi. Numquam. Ch.* 5. *fic ex MSS. em. Hard. priufquam tota vua marcefcat, incocta. C Tol. inarefcat. et fi prius quam tota maturefcat, vua incocta. Gr. et Al.* 6. *Factitiorum G.* 7 *fextariis. Dal.* 8. *tantumdem. Diofcor.*

d. Fit e labrufca) Haec iifdem verbis Diofc. L. V. c. 33. ὁ δὲ οἰνάνθινος σκευάζεται οὕτω· λαβὼν τῆς ἀγρίας ἀμπέλȣ, etc. H.

e. Qui folftitiales) Iidem et caniculati appellati a Marcello Empirico c. 14. quoniam ardores caniculae durant; aut iifdem torrentur: non quia canam lanuginem habeant, vt vifum eft non nemini. H.

f. Marcefcat vua) Ita R. Colb. Chiffl. H.

g. Fictitiorum) Ita MSS. R. etc. tum hoc loco, tum in Indice. Sic L. XXIII. f. 26. *Inter vini genera, quae fingi poffunt*, etc. Alii *factitiorum* hic legunt, MSS. omnibus inuitis. H.

h. Adynamon) Ἀδύναμος οἶνος, Diofc. L. V. c. 13. hoc eft, vinum impotens, imbecille: in quo parando mufti ille et aquae pares recipit portiones: quum a Plinio dupla exigatur mufti ad aquam menfura. H.

i. Sextarii XX.) De fextario dixi f. 5. H.

nec excoquatur aquae menſura. *k.* Alii marinae *l.* ſextarios decem, tantumdem [1] pluuiae, in Sole quadraginta diebus torrent. Dant aegris, quibus vini noxiam timent.

2. Proximum fit e milii ſemine *m.* maturo, cum ipſa ſtipula *n.*, [2] libram et quadrantem in congios duos muſti, macerato, [3] et poſt ſeptimum menſem tranſfuſo. Ex loto arbore *o.*, frutice, herba, dictum eſt vti quaeque fierent. *p.*

3. Fiunt et e pomis *q.* quae dicemus, interpretationibus non niſi neceſſariis additis: primumque e pal-

1. *Pluuiae, mellis, muſti, miſcent, decapulant, et in Sole. Dioſc lib. V.* 2. *libra et quadrante. Alii, ad libram.* 3. *et vino poſt. Dal.*

k. Aquae menſura) Hoc eſt, donec excoquatur aqua, ἄχρις ἂν ἐξαναλωθῇ τὸ ὕδωρ, Dioſc. l. c. H.

l. Alii marinae) Dioſc. l. c. H.

m. E milii ſemine) Quo plane modo confici vinum e milii ſemine Plinius noſter praecipit, eodem plane Dioſcorid. vinum e Vettonica, quam κέϛρον Graeci vocant: prorſus vt κέγχρον legiſſe Plinius in iiſdem fontibus Graecis, in quibus κέϛρον Dioſcorides, exiſtimari poſſit. Vidit hoc ante nos Budaeus, de aſſe L. V. fol. 115. et Budaeum ſequutus P. Ciaconius, L. de ponderibus, p. 70. H.

n. Cum ipſa ſtipula, etc.) Cum iuba, ſiue phoba. *Dal.*

o. Ex loto arbore) Lapſus eſt memoria Plinius, tum quod citato loco ex fructu loti, Africanae arboris, vinum tantum fieri dixit mulſo ſimile, quod vltra denos dies non durat: tum quod loti arboris, et herbae Aegyptiae, ibi tantum meminit, non autem fruticis. *Dal.*

p. Dictum eſt vti quaeque fierent) Cap. 17. lib. XIII. arborem vocat Africanam: fruticem, Lotometram: herbam, Aegyptiam. *Dalec.*

Dictum eſt) L. XIII. ſ. 32. H.

q. Fiunt et e pomis) Pomum hic nomen eſt commune fructuum omnium qui eſui apti proueniunt: vnde et nuces pomorum quandoque genere ſcriptores vetuſti comprehendunt. H.

e palmis *r.*, quo Parthi et Indi vtuntur, et Oriens totus: [1] maturarum, quas vocant chydaeas *s.*, modio in aquae congiis tribus macerato, [2] expressoque. Sic fit et sycites *t.* e fico, quem [3] alii palmiprimum *u.*, alii catorchiten vocant. Aut si dulce esse

1. *Mitiorum. Vet.* 2. *Lego, expressoque: aut si ita dulce esse non libeat, congiis quinque. Fit et sycites e fico (carica, Diosc.) in Cypro, vt palmeum: aliqui catorchiten vocant, sed pro aqua tantumdem humoris adiiciunt, in quo recenter pressa vinacea maduerint. Fit et liquor in acetum, praecellens, etc. Sic locus hic ex Diosc. restituend.* 3. *alii parnu primum, alii trocin. Ch.*

r. E palmis) Vt dictum est L. XIII. f. 9. H.

s. Maturarum quas vocant chydaeas) Lege: *mitiorum, quas vocant Chydaeas*: vocat *mitiores* quae maturae sunt, easque vocari Chydaeas ait quasi tum viliores. Sic olivae maturiores pessimae. *Salmas.* 1326. b. *Maturarum quas vocant chydaeas)* E caryotis fieri, non e chydaeis, auctor scribit cap. 4. lib. XIII. E chydaeis fieri Dioscorides ait. *Dalec.*

Maturarum etc.) Sic Diosc. L. V. c. 40. vbi de palmei vini confectione: Φοινικίτης οἶνος. Λαβὼν φοίνικας τὰς χυδαίας πεπείρας, etc. Quid chydaeae palmulae vox sonet diximus L. XIII. f. 9. In MSS. *mitearum*, forte pro *mitiorum*. Aliud porro longe vinum Palmatianum est, de quo Cassiod. L. XII. ep. 12 *quod ita redolebat ore ructatum, vt merito illi a palma nomen videretur impositum.* Sed e vite succus is fuit, nomen ab odore, qui palmae fructuum similis foret. H.

t. Et sycites) Hoc est, eodem modo concinnatur, quo palmeum, id vini genus quod ficatum a fico, vnde exprimitur, appellarunt. Diosc. L. V. c. 41. Καὶ ὁ κατορχίτης δὲ ὃν ἔνιοι συκίτην καλοῦσιν, ἐν Κύπρῳ σκευάζεται ὁμοίως τῷ φοινικίτῃ, etc. H.

u. Palmiprimum) Haec vox si integra est, vinum Palmeo bonitate proximum significat. Quidam legunt *Carycinum. Dal.*

Palmiprimum) Quasi palmeo bonitate proximum. Tamen in MSS. *parnu primum.* Quem Plinius noster quum dixit, Graece οἶνον subintellexit. H.

esse non libeat: pro aqua tantumdem *x.* vinaceorum adiicitur. E Cypria fico *y.* [1] et acetum praecellens *z.*, atque Alexandrina *a.* quoque [2] melius vinum fit, et e siliqua Syriaca *b.*, et e piris *c.*, malorumque omnibus generibus. Sed e Punicis, quod rhoiten *d.* vocant; et e cornis, mespilis, sorbis, moris siccis *e.*, nucleis pineis. *f.* Hi musto madi-

1. *Et acetum fit praecellens* Gr. etc. Gr. 2. *melius. Vinum fit.*

x. Pro aqua tantumdem, etc.) Pro aqua, cremoris vinaceorum tantumdem, Dioscor. lib. V. ἔνιοι ἀντὶ ὕδατος στεμφύλων ἀπόβρεγμα νεοθλίπτων τὸ ἴσον μέτριον βάλλουσι. *Dal.*

Pro aqua.) Diosc. l. c. H.

y. E Cypria fico) De qua dictum est L. XIII. s. 15. Aegyptiae illa siue Alexandrinae similis, quae et sycomorus appellata, vt diximus eodem libro, s. 14. Diosc. his concinit L. V. c. 42. quum e sycomoris fieri vinum ait, sed quod in acetum acre degeneret. Aceti ficulnei parandi modum Columella tradit L. XII. c. 17. H.

z. Acetum fit praecellens) Aceti Sycitis, id est, ficulnei, parandi modum tradit Columel. cap. 17. lib. XII. *Dalec.*

a. Atque Alexandrino, etc.) Alexandriae plurima Sycomorus est, cuius e fructu liquor in acetum acre facile degenerant. Diosc. cap. 34. lib. V. *Dal.*

b. Et e siliqua Syriaca) Diosc. c. 32. lib. V. *Dal.*

Et e siliqua) De qua L. XIII. s. 16. H.

c. Et e piris) Qui ἀπίτης οἶνος Diosc. L. V. c. 32. H.

d. Quod rhoiten) Diosc. L. V. c. 34. Ὁ ῥοΐτης δὲ οἶνος, etc. Vide et Pallad L. IV. in Mart. tit. 10. p. 94. Ῥοὰ Graecis malum Punicum est. H.

e. Moris siccis) Quod *moratum*, vt remur, sequior aetas appellauit. Capitulare de Villis, cap. 35. *Vinum, acetum, moratum, vinum coctum, etc.* H.

f. Nucleis pineis) Diosc. cap. 44. lib. eod. *Dal.*

Nucleis pineis) Nuclei pineae nucis, Gallis, *des pignons, les noyaux des pommes de pin.* Vini ex iis parandi modum edocet Diosc. L. V. c. 44. apud quem στροβιλίτης οἶνος, a strobilis, hoc est,

madidi exprimuntur: superiora *g.* per se mitia. Myrtiten Cato *h.* quemadmodum [1] fieri docuerit, mox paulo *i.* indicabimus. Graeci vero *k.* et alio modo. Ramis teneris cum suis foliis in albo musto decoctis, tusis, libram in tribus musti congiis [2] deferuefaciunt, donec duo supersint. Quod ita *l.* siluestris myrti baccis factum est, myrtidanum [3] vocatur *m.*: hoc manus tingit.

4. Ex his quae in hortis gignuntur fit vinum e radice, asparago *n.*, cunila, origano, apii semine, abro-

1. *Fecerit, hoc paulo. M.* 2. *deferuere faciunt. Gr.* 3. *sic et Ch. vocant. Dal.*

est, a nucleis pineis appellatur. H.

g. Superiora) Corna, mespila, sorba, mora, per se sine musto addito exprimuntur, quum mitia seu matura sunt. H.

h. Cato) Cap. 125. *Dal.*

i. Mox paulo) L. XV. s. 37. H.

k. Graeci vero) A quibus haec quoque Dioscorides totidem verbis, L. V. c. 37. e nigrae myrti ramulis teneris, baccisque. Μυρσινίτης σκευάζεται οὕτω, etc. Vide etiam Palladium, L. III. in Febr. tit. 31. H.

l. Quod ita) Quod arte simili paratur ex siluestris myrti baccis (*des baies de myrte sauvage*) myrtidanum vocatur. Alia est apud Diosc. L. I. c. 156. vocis huiusce acceptio, μυρτίδανον: alia apud scriptores alios, quos laudaturi sumus L. XV. s. 35. Plinio Palladius concinit, de siluestris myrti vino, L. XI. in Octob. p. 155. H.

m. Myrtidanum vocant) Myrtidanum Dioscoridi est adnatum myrto tuber, inaequale, verrucosum, concolor, quod manus instar caudicem myrti amplectitur. Ex eo vinum non fit, sed tusum cum vino austero reconditur, deinde in pastillos formatur, qui in vmbra reficcati efficacius adstringunt, quam myrti et folium, et fructus. Vide infra cap. vltimo XXIII. Catonem cap. 125. Palladium cap. 2. et Columel. cap. 18. lib. XII. *Dal.*

n. Asparago etc.) Quae sint harum herbarum nomina, suis quoque locis dicemus, vbi de hortensibus agetur L. XIX. et sqq. Ex his vinorum generibus haec a Dioscoride recensentur. Thymbrites, quod e thym-

bra

abrotono, mentastro, ruta, nepeta, serpyllo, marrubio. Manipulos binos [1] condunt in cadum musti, et [2] sapae *o.* sextarium, et aquae marinae heminam. E [3] napis fit *p.*, duûm [4] denariorum *q.* [5] pondere sextarios binos musti addito: item e scillae *r.* radice. Inter flores ex rosae foliis tusis in *s.* linteo-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. tundunt Gr. et Al.* 2. *sic et Dal. et saepe Gr.* 3. *bunio. Diosc.* 4. *XI. denariorum Gr.* 5. *pondere in sextarios Gr.*

bra fit, seu cunila, L. V. c. 60. Origanites quod ex origano, c. 61 Selinites, quod ex apii semine, c. 74. Abrotonites, quod ex abrotono, c. 62. Calaminthites, quod ex calamintha, siue vt Plinius appellat, mentastro, c. 62. Prasites denique e marrubio, c. 58. H.

o. Et sapae) Ita R. I. cod. et Par. Editi perperam, *et saepe sextarium.* H.

p. E napis fit, XII. *denariorum pondere*) Archetypum Toletanum, *fit duum denariorum*: verbum etiam *pondere* superfluit, ex eodem exemplari. Hermolaus *vndecim* defendit ex Dioscoride, nescio quo iure: nam Dioscoridis verba libro quinto mire cum verbis emendatissimi exemplaris faciunt. *Tundito*, inquit, *naporum drachmas duas*, *etc.* Porro idem esse pondus drachmae, et denarii, in aperto est apud omnes. *Pint.*

E napis fit) Diosc. L. V. c. 56. *βουνίτης οἶνος.* Est enim bunion, vti cum Plinio dicemus L. XX. f. 11. naporum genus. H.

q. Duûm denariorum) Vide N. et Em. N. XIX. (hic pos.) *E n.*) Sic restituimus ope codicum R. Colb. etc. in quibus *duûm* planissime, nec per notarum compendia legitur: magis autem ipsius Dioscoridis admonitu, qui binas ad id quoque drachmas postulat, L. V. c. 56. Βουνίου δραχμὰς δύο κόψας, κάθες εἰς κοτύλας γλεύκους τέσσαρας. Graecis *κοτύλη* hemina est, siue dimidiatus sextarius. Prius legebatur, *XI. denariorum*: quod quum in quibusdam exemplaribus scriptum librarii recentiores inuenissent, *II. denariorum* quae Romani numeri nota *duûm* exhibet, Arabicam esse rati, vndecim nobis obtulere. H.

r. Item e scillae) Vinum scillites quemadmodum confici oporteat, docet Columella, L. XII. c. 33. p. 438. H.

s. Ex rosae foliis tusis in, etc.) Legend. *Ex rosae foliis tusis*

linteolo in mustum *t.* [1] collatis, cum ponduſculo, vt [2] ſidat *u.*, XL. pondere *x.* denariorum in ſextarios vicenos muſti, nec ante tres menſes vaſe aperto. *y.* Item e nardo *z.* Gallico, et aliud e ſilueſtri.

5. Aromatiten quoque *a.* inuenio factitatum tantum non vnguentorum compoſitione; primo e myrrha, vt diximus *b.*, mox et nardo *c.* Celtico, calamo,

1. *Colatis Gr. et Al.* 2. *ſidant. vulgg.*

tuſis in linteolo in muſtum chalatis cum ponduſculo, vt ſidat, CCL. denariorum pondere in ſextarios vicenos muſti, nec ante tres menſes vaſe aperto. Nam minae ſiue centum denariorum pondus in ſextarios octo, requirit duas minas in ſedecim, duas et ἡμίμναιον in vicenos. Male vulgo, XL. *denariorum.* Sed nec recte *colatis.* Scripſi, *chalatis*, id eſt, demiſſis: quod verbum apud Vegetium, vt et *chalatorios funes* eruit Turnebus. Vide *Gronov.* de Seſtert. 193.

t. In muſtum) In Hyſſopite id Dioſcorides. *Dalec.*

In muſtum collatis) Sic R. 2. Colb. etc. vel vt vetuſtiore forma R. 1. *conlatis.* Longe enim a Pliniano ſtilo vox *chalatis*, quam Gronouius L. de ſeſtert. p. 193. hic nobis obtrudit. Id Latine Plinius noſter expreſſit, quod Graece Dioſcorides, L. V. c. 35. Ῥοδίτης οἶνος. Κάθες εἰς γλεύκους ξέστας ή. *Vinum rhodites. Confer in muſtum ſextarios octo.* H.

u. Vt ſidat) Intra linteolum, inquit Dioſc. lapilli ſimul immittuntur, vt degravatus ponduſculo faſciculus ſidat, petatque fundum. H.

x. XL. pondere) Ita MSS. omnes: etſi de pondere a Plinio diſſidet Dioſc. l. c. multo vero etiam magis Palladius in Maio, tit. 13. de roſa. H.

y. Nec ante tres menſes vaſe aperto) Vt defaecatum vinum tranſfundatur. Dioſc. *Dalec.*

z. Item e nardo) De vtraque nardo diximus, L. XII. ſ. 26. Haec Dioſc. pariter L. V. c. 67. et 69. H.

a. Aromatiten quoque, etc.) Palladius in Octobri cap. 14. Dioſcor. lib. V. Colum. lib. XII. Athen. lib. I. τρίμμα vocari ſcribit. *Dal.*

Aromatiten) Ἀρωματίτης οἶνος, cuius parandi modos multiplices tradit Dioſc. L. V. c. 64. et 65. H.

b. Vt diximus) S. 15. De vino e myrrha, Dioſc. L. V. c. 65. Myrrhatum id forte vinum fuerit, οἶνος ἐσμυρνισμέ-

lamo, aspalatho, offis *d.* in mustum aut dulce vinum [1] deiectis. [2] Alii de calamo *e.*, iunco, costo, nardo Syriaco, amomo, casia, cinnamomo, croco, palma, asaro, [3] similiter et offa *f.* Apud alios nardi et malobathri selibris in musti congios duos *g.* additis: qualia nunc quoque fiunt pipere et melle addito *h.*, quae alii condita, alii piperata appellant. Inuenitur et nectarites *i.* ex herba, quam alii [4] helenion, alii medicam, alii symphyton, alii Idaeam et Orestion, alii nectaream vocant, radice [5] ponderis *k.* XL. denariorum in sextarios sex musti addita,

1. *Sic et Dal. defectis. Ch. desectis Gr. et Al.* 2. *Aliud e calamo Gr.* 3. *similibus et offis. Dal.* 4. *melenion. Ch.* 5. *ponderis XL. in sextarios. M. poculo quinque drachmarum in congios sex. Diosc.*

νισμένος, quod morituro Domino propinarunt, vt sacri codices referunt. Haec certe est, quae apud Festum *murrata potio* nuncupatur. H.

c. Mox et nardo) Aliud aromatitae vini genus, de quo Diosc. L. V. c. 64. H.

d. Offis) Ex contritis herbis proxime nominatis factas grandiores offas in mustum austerum deiicito, *βάλε*, inquit Diosc. l. c. H.

e. Alii de calamo) Alii, inquit, aliter id vinum concinnant. Diosc. l. c. Σκευάζεται δὲ καὶ ἄλλως. Καλάμου ὁλκὰς ἡ. In MSS. R. Colb. etc. Prius, *aliud e calamo.* H.

f. Similiter et offa) Hoc est, deiecta, vt prius, offa in mustum. H.

g. Congios duos) Congium sex sextarios capere, auctor est Festus, verbo *Publica pondera.* De sextario dixi s. 6. Et hunc vini parandi modum Diosc. expedit L. V. c. 67. H.

h. Pipere et melle addito) Hunc tertium modum non describit Diosc. *Dal.*

i. Nectarites) Totidem verbis haec Diosc. L. V. c. 66. Ὁ δὲ *νεκταρίτης σκευάζεται ἐκ τοῦ ἑλενίου, ὃ ἔνιοι* Μηδικὴν, *οἱ δὲ σύμφυτον, οἱ δὲ* Ἰδαῖον φλόμον, (hoc est, Idaeum verbascum) *οἱ δὲ ὀρέστιον, οἱ δὲ νεκτάριον καλοῦσι.* Hoc illud helenium est, de quo L. XXI. dicturi sumus, s. 91. H.

k. Radice ponderis, etc.) Lege: *radice ponderis V. denariorum in sextarios XXXVI. musti addita.* Gronov. de Sestert.

addita, ſimiliter in linteo. *l.* Ex ceteris herbis *m.*, fit abſinthites [1] in XL. ſextarios muſti, abſinthii Pontici libras decocta ad tertias partes, vel ſcopis *n.* abſinthii in vinum additis. Similiter hyſſopites *o.* e [2] Cilicio hyſſopo, vnciis tribus in duos congios muſti coniectis, aut tuſis in vnum. Fiunt [3] vtraque *p.* et alio modo, circa radices vitium ſato. Sic

1 XLVIII. ſextariis muſti, abſinthii Pontici libra, decoctis ad tertias partes. Budaeus. legitur et ſextariis muſti, in M. et Ch. 2. *Cicilio Hard. ex operarum peccato.* 3. *Pleraque, etc. ſatu. Dal.*

Seſtert. p. 194. *Radice ponderis XL. denariorum in ſextarios ſex muſti addita)* Scribo, *radice ponderis V. denariorum.* Dioſcorides: *Conficitur et nectarites dictum vinum ex helenio herba, quam alii a gente Medicam, alii ſymphyton, alii verbaſcon Idaeon, alii oreſtion, alii nectarion appellant. Sumito helenii radicis ſiccatae drachmas quinque, colligataſque in linteolo in muſti congios ſex demittito, etc.* Pint.

Radice ponderis XL.) Ita MSS. omnes, diffidente, vt prius, ſcriptore noſtro a Dioſcoride, in ratione ponderum menſurarumque aſſignanda. Nec tamen Georg. Agricolam audio, alioſque eum ſequutos, Salmaſium, Gronouiumque, qui V. *denariorum et ſextarios XXXVI.* reponunt: quum praeſertim Dioſcoridis ipſius codices hac parte vitiati vix duo inter ſe concinant. H.

l. Similiter in linteo) Tuſis nimirum, et in muſtum collatis. H.

m. Ex ceteris herbis) Quod ad herbas ceteras attinet, ex abſinthio primum fit abſinthites. Huius concinnandi modos multiplices vide ap. Dioſc. L. V. c. 49. H.

n. Scopis) Manualibus faſciculis. *Dalec.*

Scopis abſinthii) Scopae manuales, herbarum faſciculi ſunt colligati, ſeu manipuli, ita dicti, quod manum impleant, *αἱ δεσμαὶ ποῶν χειροπληθεῖς*, *des poignées d' herbes.* H.

o. Hyſſopites) De quo Dioſc. L. V. c. 50. *Ὑσσωπίτης δὲ ὁ ἐκ τοῦ Κιλικίου ὑσσώπου καλλιστός ἐστιν*, etc. H.

p. Fiunt vtraque) Fit vinum, inquit, et abſinthites, et hyſſopites alio modo: nam abſinthio, vel hyſſopo, circa vitis radices ſato, eius herbae ſaporem refert id vinum,

et elleboriten *q.* fieri ex veratro nigro Cato docet. *r.* Sic fit et scammonites. Mira vitium natura, saporem alienum *s.* in se trahendi, qualem et salicum redolent Patauinorum in palustribus vindemiae. Sic et elleborum seritur in Thaso, aut cucumis silvester *t.*, aut [1] scammonia: quod vinum phthorium *u.* vocant, quoniam abortus facit.

6. Fit et ex herbis, quarum naturae [2] suo loco dicentur. E stoechade *x.*, et radice gentianae, et tragorigano, et dictamno, asaro, dauco, elelisphaco, panace, acoro, conyza, thymo, mandragora, iunco. Vocarunt et scyzinum, et itaeomelin, et lectisphagiten, quorum iam obliterata ratio est.

7. Et fruticum vero e genere, cedri vtriusque *y.*, cupressi,

1. *Scammonea Gr.* 2. *suae. Ch.*

num, quod ex ea vite fit: trahente in se vite saporem alienum. H.

q. Sic et elleboriten) Sic nimirum ad vitium radices veratro consito, vel scammonia, Cato de R. R. c. 115. p. 164. H.

r. Cato docet) Cap. 115. Ceterum serendum veratrum esse non scribit, verum eius radicis fasciculos tres circa vitis ablaqueatae radicem defodiendos. Dioscorides ex plantae radicibus musto immissis Elleboritem et Scammonitem parat. *Dal.*

s. Saporem alienum, etc.) Non saporem tantum, sed etiam vires. Dioscor. cap. 77. lib. V. *Dal.*

t. Aut cucumis siluester) Scribe, *scammonia*, non *scammonea:* vnde *scammonites vinum* paulo ante: semper autem per iota in penvltima inuenies in Plinio, Dioscoride, Paulo, Galeno, reliquis. *Pint.*

u. Phthorium) Haec plane iisdem verbis Diosc. L. V. c. 77. Γίνεται δὲ καὶ φθόριος ἐμβρύων οἶνος, etc. H.

x. E stoechade etc.) Vinum stoechadites Diosc. L. V. c. 52. Tragoriganites, c. 55. Dictamnites, c. 57. Asarites, c. 68. Daucites, c. 70. Elelisphacites, c. 71. Panacites, c. 72. Acorites, c. 73. Conyzites, c. 63. Thymites, c. 59. Mandragorites, c. 81. H.

y. Cedri vtriusque) Negligenter Plinius de vtraque Cedro id scribit, quum de Cedrino ex Oxycedri baccis parato, et cedrite ex cedrya confecto,

cupressi, [1] laurus, iuniperi, terebinthi, [2] in Gallia lentisci *z.*, baccas aut lignum recens musto decoquunt. [3] Item *a.* chamelaeae, et chamaepityos, et chamaedryos [4] lignum eodem modo, et ex flore *b.*, in congium musti decem denariorum pondere addito: *c.*

G 4 XX.

1. Lauri, pini, iunip. M. 2. *callia. M. lego thymelaeae, Ex Diosc. qui etiam his plantis addit abietem. terebinthi, calami, lentisci Gr. et Al.* 3. *Item cham. et etiam lignum, dum florent, eodem modo, in congios, etc. Ex Diosc. cap. 79. et 80, V.* 4. *lignum. Eodem Gr.*

confecto, id scribat Dioscor. *Dalec.*

Cedri vtriusque) Minoris, opinor, quae inter frutices: non maioris, quae inter arbores annumerari debet. Sunt autem duo minoris cedri genera, vt dictum est L. XIII. s. 11. Lycium, Phoeniciumque. Quamquam et cedrites vini genus e maioris cedri fructu laudat Diosc. L. V. c. 45. vbi et cupressinum explicatur, ac laurinum. Iuniperinum, c. 46. Terebinthinum c. 39. Lentiscinum c. 38. H.

z. *In Gallia lentisci)* Vide N. et Em. N. XX. (hic adi.) *Iunip.)* In libris hodie peruulgatis, *terebinthi*, *calami*, *lentisci*: cuius lectionis auctor ac princeps Frobenius exstitit, haud satis considerate: nam e calamo fieri vinum aromatites Plinius paulo ante commonuit. In MSS. R. Colb. et Par. *terebinthi nicallin lentisci.* Dalecampius in suo *callia* legi admonet: hoc tantum. Plane fauent emendationi nostrae vestigia veteris scripturae, resque adeo ipsa, quod in Narbonensis Galliae ora lentiscus nascitur. Quamquam Galliae nomine Italiam Transpadanam intelligi Galliamque Togatam a Plinio similius veri videtur, quod id ei admodum familiare est, vt L. XVII. s. 35. Columellae quoque, L. III. c. 3. aliisque scriptoribus. Hinc acer Gallicum in Transpadana Italia nuncupatum, L. XVI. s. 26. *In Italia lentisci* legi nolim, quod id recedat longius paulo a vetere scriptura: nec si velim, idcirco certe velim, quod *lentiscum Italicam* Plinius laudet, L. XVII. s. 44. ea enim verba in mendo cubare dicturi eo loci sumus. H.

a. *Item)* Χαμελαΐτης οἶνος. Diosc. L. V. c. 79. Χαμαιπιτυΐνος, c. 80. Χαμαιδρυΐτης, c. 51. H.

b. *Eodem modo, et ex flore)* Hoc est, lignum recens cum

suis

XX. (XVII.) Fit vinum *d.* et ex aqua ac melle tantum. Quinquennio *e.* ad hoc seruari caelestem [1] iubent. Aliqui *f.* prudentiores statim ad tertias partes decoquunt, et tertiam mellis veteris adiiciunt: deinde XL. diebus Canis ortu in Sole habent. Alii [2] diffusa *g.* ita X. die obturant. Hoc vocatur hydromeli *h.*, et vetustate saporem vini assequitur, nusquam laudatius, quam in Phrygia.

XXI. Quin et acetum melle temperabatur: adeo nihil [3] intentatum vitae fuit. Oxymeli *i.* hoc vocarunt, mellis X. libris, aceti veteris heminis quinque, salis marini libra, aquae pluuiae sextariis quinque sufferuefactis decies, mox elutriatis *k.* atque

1. *Iubent aliqui prudentiores. Alii statim. M.* 2. *diffusam post X. diem.* 3. *intemperatum in vita. M.*

suis baccis, vt in prioribus fruticibus fieri diximus, musto decoquunt: et simul ex flore immittunt in musti congium, denum denarium pondus. Diosc. L. V. c. 79. H.

c. Decem denariorum pondere addito) Diosc. hanc vini et materiae, quae iniicitur portionem docet cap. De vino ex Chamelaea. *Dalec.*

d. Fit vinum) Vinum appellat, quum vini nihil admixtum ei sit: vini tamen appellationem meruit, quod, vt mox Plinius ait, vetustate vini saporem assequitur: siue, vt L. XXII. s. 52. longa vetustate transit in vinum. H.

e. Quinquennio) Veterem aquam caelestem Dioscorides pariter desiderat, L. V. c. 17. ὕδωρ ὄμβριον παλαιόν. H.

f. Aliqui) Diosc. l. c. H.

g. Alii diffusa) Vina videlicet. Quae vis huic voci subsit, diximus s. 16. H.

h. Hydromeli) Ὑδρόμελι, ab aqua et melle. Latini aquam mulsam vocant: Galli, *de l' hydromel.* De eo rursum, L. XXII. s. 51. H.

i. Oxymeli) Ὀξυμέλιτος concinnandi modum plane eumdem Dioscor. affert L. V. c. 22. ex Dieuche scilicet, quem inuenti huius auctorem Plinius noster facit L. XXIII. s. 29. Nullo fere alio syrupo vsa antiquitas, quam suo oxymelite, inquit Andr. Baccius, L. I. c. 26. p. 40. nempe quoniam ii saccharo caruerunt, quo syrupa nostra concinnamus. H.

k. Mox elutriatis) Hoc est de vase in vas translatis, transfusis, siue (vt elegantius

que ita inueteratis. Omnia ab Themisone summo auctore damnata: et hercule coactus eorum vsus videri potest: nisi si quis naturae opus esse credit aromatiten, et ex vnguentis vina composita, aut vt biberentur genuisse [1] eam frutices. Ista sunt cognitu iucunda, solertia humani animi omnia exquirente. Nihil quidem ex his anno durare, praeterquam quae [2] vetustate ipsa fieri *l.* diximus: et plura ne tricenis quidem diebus, non erit dubium.

XXII. (XVIII.) Sunt et in vino prodigia. *m.* Dicitur in Arcadia fieri *n.*, [3] quod fecunditatem feminis importet, viris rabiem. At in Achaia maxime circa [4] Caryniam *o.* abigi partum vino, atque etiam-

G 5

1. *Ea. M.* 2. *vetustatem ipsam ferre, etc. est.* 3. *sterilitatem. Th.* ἀτεκνώσας ποιεῖ. 4. *Charmiam. Ch.*

tius Latini) diffusis. Plinius ipse vbi hunc oxymelitis conficiendi modum totidem rursus ferme verbis tradit. L. XXII. f. 29. *Oxymeli antiqui, vt Dieuches tradit, hoc modo temperabant: mellis minas decem, aceti veteris heminas quinque, salis marini pondo libram, et quadrantem, aquae marinae sextarios quinque pariter coquebant, decies deferuescente cortina, atque ita diffundebant, inueterabantque.* H.

l. Vetustate ipsa fieri) Hoc est, confici et absolui: vt quod e milii semine dictum est f. 19. post septimum tantum mensem transfundi: rosae item, non ante tres menses, etc. H.

m. Sunt et in vino prodigia) Theophrastus cap. 19. lib. IX. histor. *Dal.*

n. In Arcadia fieri) Apud Heracleam. Theophrast. cap. 20. lib. IX. histor. Athen. lib. I. *Dalec.*

In Arcadia) Sic plane Theophr. ap. Athen. L. I. p. 31. Aelianus quoque Var. Hist. L. XIII. c. 6. H.

o. Caryniam, etc.) *Cabineam* Theoph. *Ceryniam* Athenaeo. Addidit Theophrastus, canibus, si vuas gustauerint, etiam catulos elidi. Victorius cap. 23. lib. VII. *Dalec.*

Circa Caryniam) Περὶ δὲ Κερυνίαν τῆς Ἀχαΐας, Athen. l. c. Theophr. ipse, Hist. L. IX. c. 20. πάλιν δ' ἐν Ἀχαΐᾳ, καὶ μάλιστα περὶ Καρυνίαν, etc. At Aelianus l. c.

etiam si vuam edant grauidae, quum differentia *p.* in gustatu non sit. Troezenium *q.* vinum qui [1] bibunt, negantur generare. [2] Thasos duo genera vini diuersa facere proditur *r.*: [3] vno quo somnus concilietur, alterum vero quo fugetur. Apud eosdem vitis theriace vocatur *s.*, cuius et vinum et vua contra serpentium ictus medetur. Libanios *t* thuris odore, ex qua Diis prolibant. E diuerso aspendios *u.*, damnata aris. Ferunt eam nec ab alite vlla attingi. Thasiam *x.* vuam Aegyptus vocat apud se praedulcem, quae soluit aluum. Est contra in Lycia, quae solutam firmat. Aegyptus et ecbolada *y.* habet, [4] abortus facientem. Vina in apothecis Canis *z.* ortu mutantur quaedam, post-eaque

1. *Bibant. Ch.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. Thasios Gr. et Al.* 3. *vnum Gr.* 4. *abortiuos. M.*

l. c. Ἐν δὲ Ἀχαΐᾳ περὶ Κεραυνίαν, etc. H.

p. Quum differentia) Quum neque vua in gustu secus ac ceterae, nec vinum, sapiat. Theophr. H.

q. Troezenium) Theophr. l. c. H.

r. Thasios duo genera vini diuersa facere proditur) Verior lectio eiusdem exemplaris, *Thasos duo genera, etc.* vt insulam intelligas, non insulares. *Pint.*

Thasos) Theophr. et Aelian. ll. cc. H.

s. Theriace vocatur) Vide infra cap. 1. lib. XXIII. et Palladium in Februario, c. 28. *Dalec.*

Theriace) Θηριακὴ ἄμπελος, de qua et eadem cum Plinio, et alia plura prodit Auct. Geopon. L. IV. c. 7. p. 106. Palladius quoque L. III. in Febr. tit. 28. p. 80. H.

t. Libanios) Λιβάνιος vel λιβανῖτις a thure nomen habet; Ἀσπένδιος ab α priuante Graeco, et σπένδειν libare: quod ex vitis eiusce vino libare Diis nefas putetur. H.

u. Aspendios) Quidam sic dictam interpretantur ab Aspendo vrbe Pamphyliae. Lego *Aspondos*, vel *Aspondios*, a particula priuationis Graeca α, et verbo σπένδειν, libare: vt vua sit, cuius vino diis libare nefas est. *Dal.*

x. Thasiam) De qua f. 9. H.

y. Ecbolada) Ἐκβολὰς Graecis abortum sonat, ab ἐκβάλλω, eiicio. H.

z. Vina in apothecis Canis, etc.)

eaque restituuntur sibi. Sic et [1] mari nauigatio, cuius iactatus his, quae durauerint *a.*, tantum vetustatis *b.* adiicere [2] sentitur, quantum habuerint.

XXIII. (XIX.) Et quoniam religione vita constat, prolibare Diis nefastum habetur *c.* [3] vina *d.*, praeter imputatae *e.* vitis, fulmine tactae *f.*, quamque

1. *Maris nauigatio.* M. 2. *censetur.* V. 3. *vino.* M.

etc.) Hesiodus tamen vinum tum esse optimum scribit, τῆμος πιόταταί τ' αἶγες καὶ οἶνος ἄριστος, vt interpres, quoniam τότε ἤδη κεκριμένος, τὰς μεταβολὰς ὁρῶν ἐκφυγὼν, καθ' ἃς ἦν κίνδυνος τραπῆναι. Ea de causa sub Canis ortum veteres largius bibendum praecepe-runt: non tantum quod ingens aestus sitibundos ad potum inuitet. Theognis: Ἄφρονες ἄνθρωποι καὶ νήπιοι οἵτινες οἶνον Μὴ πίνουσ', ἄστρου καὶ κυνὸς ἀρχομένου. Alcaeus, θέρους δὲ τέγγε πλεύμονας οἴνῳ, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται. Brod. cap. 20. III. Magius cap. 18. lib. I. H.

Vina in apothecis) Ita Geop. auct. L. VII. c. 10. p. 187. H.

a. Quae durauerint) Quae iactationem maris citra noxam pertulerint. H.

b. Tantum vetustatis) Alterum tantum. Notat Chph. a Vega, art. med. L. II. vina quaedam Hispanica in Germaniam, Hispaniamque nouam translata, ibi meliora esse, quam in Hispania, vbi nata. H.

c. Prolibare diis nefastum habetur vino praeter imputatae vitis) In Toletano exemplari distincte legitur, *nefas tum habetur.* Ergo duo illa verba *tum* et *praeter*, falso adiecta puto, vt capite duodecimo, *Eadem lege ex imputata vite libari vina diis nefas statuit.* nam quod ait Hermolaus, *praeterimputatae*, vnam esse dictionem, mihi non fit verisimile. *Pint.*

d. Vina) Spurca haec vina Pontifices appellabant. *Dal.*

e. Praeter imputatae) Non solum, inquit, imputatae vitis, vt dictum est f. 14. sed et fulmine tactae. Cur voculam *praeter* Pintianus, et in editione Elzeuiria Latius, inuitis MSS. expungant, non video: nisi quod non intellexere quae vis ei hoc loco subesset. Festus: *Imputatum, nondum purgatum. Putum enim est purum: vnde putare vites dicimus, hoc est, detrahere, quae sunt impedimento ad fructum.* Quae porro vina nefas libare Diis, paulo aliter

que iuxta *g.* [1] hominis mors laqueo pependerit *h.*, aut vulneratis pedibus [2] conculcata *i.*, et quod circumcifis *k.* vinaceis profluxerit, aut superne deciduo immundiore lapfu aliquo [3] polluta. Item Graeca, quoniam aquam habeant. Vitis ipfa quoque manditur, decoctis caulibus fummis, qui et condiuntur *l.* in aceto ac muria.

XXIV. Verum et de apparatu vini dixiffe conveniat, quum Graeci priuatim ea praecepta condiderint, artemque fecerint, ficut Euphronius, et Ariftomachus, et [4] Commiades, et Hicefius. Africa gypfo *m.* mitigat afperitatem, nec non aliquibus

1. Hom. mortui laqueus, vel, hanc mortuus. Dal. 2. *pedibus calcata Gr. calcatae Dal.* 3. *pollutae. Dal.* 4. *Conmiades. Ch.*

aliter Labeo Antiftius apud eumdem Feftum: *Spurcum*, inquit, *vinum eft, quod facris adhiberi non licet, vt ait Labeo Antiftius, libro decimo Commentarii iuris Pontificii: cui aqua admixta eft, defrutumue: aut igne tactum eft, muftumue ante quam defervefcat.* H.

f. Fulmine tactae) Cuius vinum ideo damnatum, quod, vt fcribit Seneca, Natt. Quu. L. II. c. 53. p. 858. *fulmine gelatum, quum ad priorem habitum redit, potum, aut exanimat, aut dementes facit.* H.

g. Quamque iuxta) Et iuxta quam mortui hominis cadauer laqueo pependerit. H.

h. Hominis mors laqueo pependerit) Mortui laqueus, vel homo mortuus. *Dalec.*

i. Conculcata) Ita MSS. R. Colb. Th. Par. Subintellige, vina. H.

k. Circumcifis, etc.) Tortiuo. *Dal.*

Circumcifis vinaceis) Muftum id tortiuum vocant, quod poft primam preffuram vinaceorum circumcifo pede exprimitur, inquit Columella, L. XII. c. 36. *Du vin épreint aprés la taille du marc.* Tortiuum muftum circumcidaneum Cato appellat, c. 23. p. 26. H.

l. Qui et condiuntur) Condiendi modum Columella expedit L. XII. c. 7. p. 416. H.

m. Africa gypfo) Etiam et Italia, vti ex Columella colligimus, L. XII. c. 20. p. 430. vbi gypfationis huiufce rationem aperit. Quod et Didymus facit in Geop. L. VI.

bus sui partibus *n.* calce. *o.* Graecia argilla, aut marmore *p.*, aut sale, aut mari *q.*, lenitatem excitat: Italiae [1] pars aliqua [2] rabulana pice *r.*: ac resinas *s.* condire musta vulgare [3] est ei, prouinciisque finitimis. Nonnusquam *t.* prioris vini faece, acetoue condiunt. Nec non et ex ipso musto fiunt medicamina: decoquitur, vt dulcescat portione virium. Nec durare vltra annuum spatium tale prodi-

1. *In parte. M.* 2. *radulana. V.* 3. *est, prouin. finitimis. Anni prioris vina faece. M.*

VI. c. 18. p. 178. Etiamnum in Hispania vina quaedam calce et gypso condiuntur, teste Chrph. a Vega, f. 237. H.

n. Aliquibus sui partibus) Carthagine, vt dicetur L. XXXVI. f. 48. H.

o. Calce) Condiri etiam vina gypso, et calce, vide cap. 1. lib. XXIII. *Dalec.*

p. Aut marmore) Marmoris flore, inquit Colum. l. c. hoc est, marmore in puluerem contrito; *du marbre pulverisé.* H.

q. Aut mari) Adde et muriam ex Colum. L. XII. c. 25. p. 434. H.

r. Rabulana pice) Lego, *radulana*, (tam sicca vt radi possit. Nam, vt ait Columel. cap. 20. lib. XII. quanto vetustior, tanto melior.) Idem auctor *rasim*, (lego, *rasilem*) vocat, ξυςὴν. Quidam *Rhetica* legunt. Eam certe Constantinus in Geoponicis maxime laudat. *Dal.*

Rabulana pice) Ita R. et Colb. At Th. *Rapulana.* Beroaldus in Columellam, *radulanam* scribit, quod tam sicca ea est, vt radi possit. Columella ipse, L. XII. c. 20. p. 429. rasim vocat, nisi locus est vitiatus. *Commisceri debet rasis*, inquit, *quod est genus crudae picis.* H.

s. Resina) Vinum resina conditum resolutioni stomachi prodesse scribit Celsus L. IV. c. 5 Martial. L. III. ep. 77. *Resinata bibis vina, Falerna fugis.* H.

t. Nonnusquam) Hunc modum explicat vberius Colum. L. XII. c. 28. et c. 30. p. 437. *Si qua vina erunt duriora, aut minus bona, quod agri vitio aut tempestate sit factum, sumito faecem vini boni, et panes facito, et in Sole arefacito, et coquito in igne: postea terito, et pondo quadrantem singulis amphoris infricato, et oblinito: bonum fiet.* H.

proditur. Aliquibus in locis decoquunt ad ſapas muſta *u.*, infuſisque his ferociam frangunt. Et in hoc tamen genere, et in omni alio [1] ſubminiſtrant vaſa ipſa [2] condimentis picis *x.*: cuius faciendae ratio proximo dicetur *y.* volumine.

XXV. (XX.) *z.* Arborum *a.* ſucco manantium picem reſinamque, aliae [3] ortae in Oriente, aliae in Europa ferunt. Quae intereſt Aſia, vtrimque quaſdam *b.* habet. In Oriente optimam tenuiſſimamque terebinthi *c.* fundunt: deinde lentiſci, quam et maſtichen vocant *d.*: poſtea cupreſſi, acerrimam

1. *Subm. vaſis ipſis condimenta. Alii, ſublinunt vaſa ipſa condimento.* 2. *cum cond.* D. 3. *ortae in M. d.*

u. Ad ſapas muſta) Vinum id γλύτριν vocat Athenaeus lib. I. *Dal.*

Ad ſapas) Hoc eſt, vſque ad tertiam partem, quemadmodum de ſapa dictum eſt ſ. 11. Haec multo vberius Columella, L. XII. c. 20. p. 428. H.

x. Condimentis picis) Hoc eſt, non vina modo, ſed et vaſa quoque pice condiuntur. H.

y. Proximo dicetur) L. XVI. ſ. 21. H.

z. Reſinis, etc.) De reſina et pice vide c. 11. et 12. L. XVI. et c. 1. L. XXIII. et c. 6. L. XXIV. *Dalec.* Ad epigraphen haec pertinent.

a. Arborum) Verbum illud *ortae* proculdubio depravatum eſt. Exemplar Toletanum *acta* legit, non *ortae*, puto ſcribendum *Aſiae*, quia ſequitur ſtatim: *Quae intereſt Aſia vtrimque quaſdam habet.* Verior lectio *vtramque*, quam *vtrimque*, hoc eſt Aſiam Orientalem et Europam. *Pint.*

b. Vtrimque quaſdam) Ex vtroque genere quaſdam habet: earum ſcilicet quae in Oriente, et quae in Europa gignuntur. Ex arboribus quae picem ferunt, ſuccus erumpit: qui ſi igne exprimitur, pix vocatur, *de la poix:* ſi ſponte fluit, reſina, *de la poix reſine.* H.

c. Terebinthi) Sic Dioſc. L. I. c. 91. primas tribuit *terebinthinae* reſinae, *la térébintine*: ſecundas, e lentiſco, *le lentiſque.* Sic etiam Theophr. Hiſt. L. IX. c. 2. et Galen. κατὰ γένη, L. III. c. 2. p. 715. H.

d. Quam et maſtichen vocant) Plinius falſo maſtichen reſinis liquidis annumerat. *Dalec.*

Maſtichen vocant) De Chia maſtiche

rimam sapore. [1] Liquidam omnes *e.*, et tantum resinam: crassiorem vero *f.* et ad [2] pices faciendas cedrus Arabica *g.* resina alba est, acri odore, difficilis coquenti. [3] Iudaea callosior, et terebinthina quoque *h.* odoratior: Syriaca Attici mellis similitudinem habet. Cypria antecedit omnes: est autem melleo colore, carnosa. Colophonia *i.* praeter ceteras fulua: si [4] teratur, alba fit, grauior odore: ob id non vtuntur ea vnguentarii. In Asia quae fit e picea, admodum candida, [5] spagas vocatur. *k.* Resina

1. *Liquidae omnes exstant (hae) resinae. M.* 2. *picem. faciendam idonea cedrus. M.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et a. Iudaica Gr. et Al.* 4. *vtatur. Ex Diosc.* 5. *spargas. M. epargos. Quidam, psegas. Alii, quasi stalactis et stagonias.*

mastiche e lentisco dictum est L. XII. s. 37. Diosc. L. I. c. 9. Γεννᾶται δὲ καὶ ῥητίνη — σχινίνη καλουμένη, ὑπ' ἐνίων δὲ μαστίχη — καλλίστη ἐν Χίῳ τῇ νήσῳ. H.

e. Liquidam omnes, etc.) Idem etiam e lentisco resinam liquidam fluere tradit cap. 6. lib. XXIV. quod tamen vsus falsum esse monstrat. *Pint.*

Liquidam omnes) Vide quae dicturi sumus L. XXIV. s. 22. H.

f. Crassiorem vero) Qui e cedro manat liquor, expressus igne videlicet, non sponte erumpens, picis e genere est, vt dicetur L. XVI. s. 21. H.

g. Arabica) Haec e terebintho arbore funditur, Diosc. L. I. c. 91. H.

h. Terebinthina quoque) Optimam censet Diosc. l. c. quae terebinthum oleat. Plinius L. XXIV. s. 22. *In arborum differentia placet terebinthina, odoratissima, atque leuissima: nationum, Cypria et Syriaca: vtraque mellis Attici colore: sed Cypria carnosior, sicciorque.* H.

i. Colophonia, etc.) Colophoniacam vocat et Celsus lib. V. cap. 18. *Dal.*

Colophonia) Retinet haec hodie in officinis nomen Ἀπὸ τῆς Κολοφῶνος Κολοφωνία κληθεῖσα Diosc. L. I. c. 92. H.

k. Spagas vocatur) Sic MSS. R. etc. Vox barbarica, incertae originationis: nisi σφαγὰς legi placet, haud magis comperti significatus hoc loco. H.

Resina omnis *l.* dissoluitur [1] oleo. Quidam et creta figlinarum *m.* hoc fieri arbitrantur. Pudetque confiteri *n.*, maximum iam honorem eius esse in euel-

1. Oleo. Pudetque confiteri, etc. pilis. Quidam et creta, etc. arbitrantur. Ratio, etc.

l. Resina omnis) Plinius L. XXIV. s. 22. *Resoluitur resina ad vulnerum vsus et malagmata oleo.* H.

m. Creta figlinarum) Cretam figularem vocat Celsus cap. 1. lib. V. *Dal.*

n. Pudetque confiteri, etc.) Καταπιττȣ̃ν id Graeci vocabant. Clemens Alexand. cap. 3. III. paedag. de Cynaedorum impura, infamique mollitie: *διὰ τȣ́τȣς γȣ̃ν πλήρεις αἱ πόλεις πιττȣ́ντων, ξυρȣ́ντων, παρατιλλȣ́ντων τὰς θηλυδρίας τȣ́τȣς.* Qui sic vulsi et glabri forent *πιττοκοπημένοι* eidem dicuntur. Fuit et *καταπιττȣ̃ν* tormenti genus, quum feruenti pice instillata corpora hominum vrebantur. Lucretius: *Verbera, carnifices, robur, pix, lumina, taedae.* Plautus in Capt. *Atra bilis agitat hominem.* B. *At pol, te, si hic sapiat senex, Atra pix agitet apud carnificem, ac tuo capiti illuceat.* Victorius cap. 18. lib. VIII. Visco quoque pilos euelli solitos monstrant hi versus Iuuenalis: - - - *nullus tota intercute, qualem Praestabat calidi circumlita fascia visci.* De hac re plura Had. Iun. lib. De coma. Idem Poëta: - - - *quid enim resinata iuuentus, Cruraque totius facient tibi laeuia gentis?* Philostratus in Viris, de Scopeliano ὡς ἐκ ἐκδεδοκὼς ἑαυτὸν πίττῃ καὶ παρατιλτρίαις. Theopompus apud Athenaeum narrat, omnes Barbaros, qui ad Occidentem habitant, picari et radi: apud Thuscos multas esse ad eam rem institutas officinas, quas adeant, et peritis artificibus radendos ac picandos se praebent, nulla prorsus verecundia, si quis foris intueatur, vel dum hoc fit, interueniat. *Euirationem* pilorum eam vulsuram auctor vocat cap. 1. l. XXIX. Palladius in Octobri cap. 14. *Dalec.*

Pudetque) Πίττωσις vocabatur *παρατιλμὸς*, siue vulsura pilorum picis ministerio facta, cuius molles et cinaedi curiosi: ob idque vulsi et depilati dicti sunt, καὶ *πισσόμενοι*. Hinc *πιττȣ̃ν* Graecis *παρατιλτριῶν* vile munus erat, quae glabros et depiles reddebant picis illitu. Vide Philostr. et Cl.

euellendis [1] virorum corpori pilis. Ratio autem condiendi musta, in primo feruore, qui nouem diebus cum plurimum peragitur, aspersu picis, vt odor vino contingat, et saporis [2] quaedam acumina. Vehementius id fieri arbitrantur crudo flore resinae *o.*, excitarique *p.* lenitatem. E diuerso crapula compesci *q.* feritatem *r.* nimiam, frangique virus: aut vbi pigra lenitas torpeat, virus addi. *s.* Liguriae maxime [3] Circumpadanisque mustis crapulae vtilitas [4] discernitur *t.* hoc modo: Pugnacibus *u.* mustis crapulae plus inditur, lenibus parcius. Sunt

1. *A virorum. M.* 2. *quodam acumine. M. quadam acrimonia. V.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. circumpadanisque mustis vtilitas Gr. et Al.* 4. *decernitur. Dal.*

et Cl. Alexandr. apud Rob. Constant. in Lexico, verbo Πιττόω. H.

o. Crudo flore resinae) Coquendi in aqua eiusdem floris rationem vide cap. 11. lib. XVI. *Dal.*

Crudo flore) Flos crudus, resina ipsa est, quae nuper est auulsa arbori, necdum cocturam passa: eadem cocta, crapula nuncupatur: coquendi ratio dicetur L. XVI. l. 22. Errant qui crapulam faecem resinae putant: aut florem, id quod supernatat. H.

p. Excitarique) Addi leuioribus vinis saporis quoddam acumen. H.

q. Crapula compesci, etc.) Crapula, resina, resinaeue coctus flos, qui pro condimento vino immiscetur, sic dicta quod vinum resinatum, nouitium praesertim, caput tentet: cap. 11. lib. XVI. et cap. 1. lib. XXIII. Confecturam tradit Dioscorides cap. 23. lib. V. *Dal.*

r. Feritatem) Mitigari ea quae fumosa sint, et vehementiora. H.

s. Virus addi) Tenuiculis, languidisque vinulis vim vehementiorem, quae inducat ebrietatem, adiici. H.

t. Liguriae maxime circumpadanisque mustis vtilitas discernitur) Addit codex Salmanticens. verbum *crapulae*; *Vtilitas crapulae discernitur.* Pint.

u. Pugnacibus) Vehementibus, et validis. H.

Sunt qui ex [1] vtroque *x.* condiri velint: [2] nec non alia *y.*, quae est musti, pice et natura. Vitiumque musto quibusdam in locis iterum sponte feruere: qua calamitate [3] deperit sapor, vappaeque accipit nomen *z.*, probrosum *a.* etiam [4] hominum, quum dege-

1. *Nitro. Alii. Ego vero vtrumque intelligo, et crapulam et resinae florem.* 2. *sic et Ch. Nec non alia, quae est multa pice nata. Parm. Lego, Nec non alii etiam multi pice quoque Naritia. nec non alii aeque multiplici natura* Gr. *et Al.* 3. *cum deferbuit, sapor vappae accipit nomen. M.* 4. *homini. V.*

x. Sunt qui ex vtroque) Ex flore et crapula. H.

y. Alia, etc.) Vel musta condienda, vel mustorum condimenta. *Dalec.*

Nec non et alia) Condiuntur etiam vina, inquit, si decoctum iis mustum infundatur, quod picis vices et vim repraesentet. Vide N. et Em. N. XXI. (hic pos.) *Nec non*) In ed. Parm. *Nec non alia quae est multa pice natura.* In R. 2. *nec non alia quae simulet pice et natura.* R. 1. *nec non alia quae est mulsi pice et natura.* Colb. *quae est mulci.* Chiffl. *quae est multi* etc. Nos, *quae est musti.* Id enim spectare nobis visus est, quod sup. sect. dixit: *Aliquibus in locis decoquunt ad sapas musta, infusisque his ferociam* vinorum *frangunt*, quibus infunduntur. Et quod s. 9. docuit. *Tmolitis vini dulci*, siue musto, si admisceatur, condiri vina cetera, quorum *duritia* vel sic *suauitatem accipiat, simul et aetatem.* Recessit sane longissime a veterum exemplarium vestigiis Hermolaus, quo auctore vulgati codices ita prae se ferunt, *nec non alia aeque multiplici natura*: quibus verbis nulla, quae huic loco aptari possit, sententia subest. H.

z. *Vappaeque accipit nomen*) Οἶνον παρατρέπεσθαι, vappescere, vulgo se *tourner*, εἰς ὀξίνην μεταπεσεῖν, ὀξυνέσθαι dicunt, *s'enaigrir.* Chrysost. οἴνου μὲν ἀρετῆς βλάβη τὸ παρατραπῆναι, καὶ εἰς ὀξίνην μεταπεσεῖν. ἀχρήστους homines etiam Graeci ὀξίνας dicunt, quasi corrupta vina. Aristophanes in Equitibus, Ἄνδρα μοχθηρὸν πολίτην, ὀξίνην, ὑπέρβολον. Idem ἐμαχόμεθ' αὐτοῖσι θυμὸν ὀξίνην πεπωκότες: Inde Graecis οἶνος τροπίας, καὶ ἐκτροπίας, vinum mutatum, fugiens in vappam aut acetum degenerans

[1] degenerauit animus. [2] Aceti enim *b.* nequitiae ineſt virtus magnos ad vſus, et ſine queis vita mitior degi non poſſit. Cetero vinorum medicaminis tanta cura eſt, vt cinere apud quoſdam, [3] ceu gypſo *c.* alibi, [4] et quibus diximus modis, inſtaurentur. Sed cinerem e vitis ſarmentis, aut quercu praeferunt. Quin et marinam *d.* aquam eiuſdem rei gratia ex alto peti iubent, ſeruarique ab aequinoctio verno, aut certe nocte ſolſtitio, et Aquilone flante hauriri, vel ſi circa vindemiam hauriatur, decoqui. Pix in Italia ad vaſa *e.* vino [5] condendo

H 2 maxi-

1. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. degerauit Ch. degenerauerit Gr. et Al. *2. Acetis enim. M. Aceti vero V.* *3. ſeu gypſo alibi, et lixiuio quibus etc. Dal. ſeu quoque Gr.* *4. et d. in Gr.* *5. condiendo. M.*

rans et exoleſcens, quod aetati cedit. Horatius: *Ac niſi mutatum parcit defundere vinum.* Turn. cap. 1. lib. I. cap. 9. lib. VII. cap. 13. lib. XX. *Dal.*

Vappaeque) De vappa ſuperius, ſ. 8 H.

a. Probroſum) Subintellige nomen. Vappam veteres appellarunt hominem ignauum, in quo nihil eſſet prudentiae, nihil ſalis. Horat. L. I. Sat. 2. v. 12. *Fufidius vappae famam timet, ac nebulonis.* Acron: *Vappae*, inquit in Sat. I. L. I. *dicuntur perditi ac luxurioſi — Aliter vappa dicitur ſtultus et inſulſus, qui nihil ſapit: dicitur enim vinum vappa, quod perdidit ſaporem.* H.

b. Aceti enim) Aceti enim, quamquam ineſſe ei quaedam guſtus nequitia videtur, melior tamen eſt, quam vappae conditio: virtus eximia ad magnos vſus, etc. H.

c. Ceu gypſo) Vt gypſo, inquit, Africa, Graecia marmore, aliiſque, quibus diximus modis, ſup. ſect. vina mitigat: ſic alii cinere. H.

d. Quin et marinam) Columella, L. XII. c. 21. p. 431. *Sumitur autem aqua quam longiſſime a littore: nam liquidior et purior eſt, quantum altiori mari hauſta eſt.* H.

e. Ad vaſa) Subintellige picanda. De hac picatione vaſorum, in quibus condebatur vinum, e pice Brutia, vide Colum. L. XII. c. 18. p. 426. H.

maxime probatur Brutia. Fit e piceae resina: in Hispania autem e [1] pinastris, minime laudata. Est enim resina *f.* harum amara et [2] arida *ff.*, et graui odore. Differentiam rationemque faciendi proximo volumine *g.* demonstrabimus inter arbores [3] feras. *h.* Vitia *i.*, praeter supra dicta *k.*, acor aut fumidum virus: picis autem, adustio: experimentum vero, si fragmenta subluceant, ac sub dente lentescant acore iucundo. *l.* Asia picem [4] Idaeam maxime probat *m.*, Graecia Piericam, Virgilius *n.* Nary-

1. *Picea. M. piceastris. Parm.* 2. *auida. Ch.* 3. *feraces. M. sub. resinae.* 4. *Indicam. M.*

f. Est enim - arida) Nec valde aridam, nec valde humentem laudat Diosc. L. I. c. 92. H.

ff. Amara et arida) Non *arida* vterque codex habet, sed *auida*; vt legendum forte sit *vuida*, aut *mucida*, vt infra patebit. *Pint.*

g. Proximo volumine) L. XVI. a s. 16. ad 23. H.

h. Inter arbores feras) Ita R. 2. aliique. Hoc est, peregrinas. Plinius, L. XVI. s. 16. *Peregrinae tum videbantur, quoniam non erant suburbanae, pinus atque abies, omnesque quae picem ferunt, de quibus nunc dicemus, simul vt tota condiendi vina origo cognoscatur.* In quibusdam MSS. *feraces*: male. H.

i. Vitia) Nempe resinae. H.

k. Supra dicta) Amarorem, ariditatem, grauem odorem. *Dalec.*

Praeter supra dicta) Amarorem, ariditatem, grauem odorem. H.

l. Acore iucundo) Quoniam in cortinas aeneas coniecta, aceto spissatur. *Dalec.*

Acore) Sapore acido, qualis fere est in malo Punico. H.

m. Asia picem Idaeam maxime probat) Hermolaus pro *Indicam*, vt prius legebatur, *Idicam* substituit, id est, montis Idae: melius qui *Idaeam* emendat, nam picem Idaeam et summus poëta celebrat Georgicon III. *Idaeasque pices et pingues vnguine ceras.* Idicus vero possessiuum ab Ida nusquam (quod recorder) legi. Exemplar quoque Toletanum *Idaeam* habet, non *Indicam*. *Pint.*

Picem Idaeam) Ab Ida monte, qui in Troade est. Vide N. et Em. N. XXII. (hic coll.) *Pic.*) Ita R. 2. Tolet. Par. At in aliis, *Indicam*,

[1] Naryciam. Diligentiores admiſcent nigram maſtichen *o.*, quae in Ponto *p.* bituminis ſimilis gignitur; et iris radicem *q.* [2] oleumque. *r.* Nam ceram accipientibus *s.* vaſis compertum eſt vina aceſcere. Sed tranſferre in ea vaſa, in quibus acetum fuerit, vtilius, quam in ea, in quibus dulce aut mulſum.

H 3 Cato

1. *Narytiam. M. Nareſiam. Alii a Nareſiis Liburniae populis. Alii, Naritiam Calabriae vrbem eſſe volunt.*
2. *foliumque. Dal. id eſt, malabathrum.*

dicam, male. Idaeam Pieriamque laudat Didymus in Geop. L. VI. c. 5. p. 169. Τὴν πίσσαν οἱ ἀρχαῖοι ἡμῖν παραδεδώκασι καλλίστην εἶναι τὴν ἀπὸ τῆς Ἴδης, μετὰ ταύτην τὴν ἐκ Πιερίας, etc. Virgilius quoque Georg. L. III. v. 105. *Idaeas pices* dixit. H.

n. Virgilius) Georg. L. II. v. 438. *Naryciaeque picis lucos.* Ab oppido Locrorum Narycio, de quo L. IV. ſ. 12. H.

o. Nigram maſtichen) Nigrae maſtichis ſupra meminit cap. 17. lib. XII. *Dalec.*

p. Quae in Ponto) Vt dictum antea eſt, L. XII. ſ. 36. H.

q. Et iris radicem) Iridis modicum pariter admiſceri iubet auctor Geopon. L. VI. c. 7. p. 171. ἴρεως τὸ μέτριον. De iri dicemus, L. XXI. ſ. 19. H.

r. Oleumque) Vide N. et Em. N. XXIII. (hic poſ.) *Et iris*) Ita MSS. omnes et editi libri. *Foliumque* nihilominus legi magis placet Dalecampio: eſt autem folium ſimpliciter appellatum, malobathri folium, vt diximus L. XII. ſ. 25. Coniecturae huic haud leue momentum affert, quod apud Didymum legimus in Geoponicis, L. VI. c. 6. p. 171. vbi φύλλα μαλαβάθρα et calami aromatici pilulas in Italia ſolitas admiſceri ait, ad picationem vaſorum. H.

s. Nam ceram accipientibus, etc.) In picandis doliis ceram pici admiſceri ſolitam ſcribit Palladius cap. 11. Septembris. Adiecta cera ampliore vina vappeſcere ſcribit cap. 5. et 7. lib. VI. et fortaſſis hic legendum *vappeſcere.* Dalec.

Nam ceram) Didymus in Geop. l. c. p. 170. vappeſcere vina ſcribit, cera in vaſorum picationibus addita, στρεφότερον τὸν οἶνον γίνεσθαι, ὡς ῥαδίως εἰς ὀξύνειν μεταβάλλειν, ſic vt promptius ea aceſcant. H.

Cato iubet *t.*, vina concinnari (hoc enim vtitur verbo *u.*) cineris lixiuii *x.* cum defruto cocti [1] parte quadragesima, in culeum *y.* vel salis sesquilibra *z.*; interim et tuso marmore. Facit et sulphuris *a.* mentionem, resinae vero in nouissimis. Super omnia addi maturescente *b.* iam vino iubet mustum, quod

1. *Parte quadragesima, pulegii vel salis sesquilibra Gr. et Al.*

t. Cato iubet) Libro de R. R. c. 23. H.

u. Hoc enim vtitur verbo) Libro de R. R. c. 115. p. 64. et c. 122. p. 66. Festus: *concinnare, est apte componere.* H.

x. Cineris lixiuii, etc.) Sic auctor vocat κονίαν ϛακτὴν Graecorum, nempe liquidum lixiuium. Nam calce addita cum cinere quolibet, lixiuium id aut προτόϛακτος, aut ϛακτὴ διηθημένη vocabatur, quasi excolatum lixiuium. *Dalec.*

Cineris lixiuii) Apud Catonem hodie perperam, *de musto lixiuo* legitur, quum *de cinere lixiuio* scribi oporteat. Cinerem lixiuam femineo genere Scribonius Largus non semel protulit. Est porro hic cinis lixiuus, ipsum liquidum lixiuium, non cinis, qui in aquae lixiuiae fundo sidit. Ad concinnanda vina tantum lixiuii Cato requirit, quantum cum admixto defruto ad quadragesimam culei partem aequandam necesse est. H.

y. In culeum) Quid culeus sit diximus l. 5. Cato l. c. p. 25. *Si opus erit, defrutum indito in mustum, de cinere lixiuio coctum: partem quadragesimam addito defruti, vel salis sesquilibram in culleum: marmor si indes in culleum, libram indito — Resinam si indes in culleum musti etc.* MSS. R. Colb. *in culeum.* Editi libri perperam, *pulegii.* H.

z. Pulegii vel salis sesquilibra) Vtrumque scriptum exemplar, *culeum* agnoscit non *pulegii*, verissima lectione, ex Catone ipso cap. 23. *Si opus*, inquit, *erit, defrutum indito, cineris lixiuio cocti partem quadragesimam addito, defruti vel salis sesquilibram in culeum indito.* Pint.

a. Facit et sulphuris) In Catonis libris, quos terimus, mentio sulphuris nulla. H.

b. Maturescente) Quum deferbuit. Verba Catonis sunt ea l. c. p. 26. *Tortiuum mustum circumcidaneum suo cuique dolio diuidito, additoque pariter.* H.

quod ille tortiuum appellat, nos intelligimus nouiſſime expreſſum. *c.* Et [1] adiicimus tingendi gratia colores *d.*, vt pigmentum aliquod vini, atque ita pinguius fieri. [2] Tot veneficiis placere cogitur *e.*: et miramur noxium eſſe. *f.* In vitium inclinantis experimentum eſt, [3] laminae plumbeae *g.* mutatus [4] in eo colos.

XXVI. Proprium autem inter liquores vino, mucefcere, aut in acetum verti *h.*: exſtantque *i.* medicinae volumina. Et faex vini ſiccata recipit ignes, ac ſine alimento per ſe flagrat. Cinis eius nitri naturam habet, eaſdemque vires, hoc amplius, [5] quo pinguior ſentitur.

1. *Et adiici muſtis tingendi gratia coloris Gr. et Al.* 2. *Sed vt veneficiis placere cogatur, miramur. M.* 3. *lamina plumbea. M.* 4. *in ea Gr. et Al.* 5. *quod M. et Ch.*

c. *Nouiſſime expreſſum*) E vinaceis circumciſis, vt dictum eſt ſ. 23. Idem praecipit Columella, L. XII. c. 36. p. 439. H.

d. *Et adiici muſtis tingendi gratia coloris*) Ambo codices non *adiici muſtis* legunt, ſed *adiicimus*: ſcribo cum maiore litera in initio, *Et adiici mos tingendi gratia colores*; nam Toletanum archetypum *colores* legit, non *coloris*. Pint.

Et adiicimus) Sic MSS. R. Colb. Par. H.

e. *Placere cogitur*) Subintellige, vinum. H.

f. *Et miramur noxium eſſe*) Vetus lectio *noxiam* habet, hoc eſt, damnum. *Pint.*

g. *Laminae plumbeae*) Sic Geop. auct. L. VII. c. 15. p. 195. apud quem haec paulo explanata vberius. H.

h. *Muceſcere aut in acetum verti*) Proprium verbum id vſurpatur de pane, carne et aliis id genus, quae diutino ſitu lanuginem contrahunt, cum quadam graueolentia. In vino mucorem nos intelligimus ſaporem euanidum et obſoletum, cum odore ingrato, vulgo *vin pouſſé.* Dalec.

Muceſcere) Hoc eſt, vappeſcere, in vappam degenerare. In MSS. R. Colb. *Mulceſcere.* H.

i. *Exſtantque*) Et ad hanc depellendam calamitatem medici-

XXVII. (XXI.) Magna et collecto iam vino differentia in cella. Circa Alpes ligneis vasis condunt, circulisque cingunt, atque etiam hieme gelida ignibus rigorem arcent. [1]Mirum dictu *k.*, sed aliquando visum: ruptis vasis stetere [2] glaciatae moles, prodigii modo, quoniam vini natura non gelascit *l.*, alias ad frigus stupens tantum. Mitiores plagae doliis condunt, infodiuntque terrae tota, aut ad portionem [3] situs. *m.* Item caelum praebent: alibi vero impositis tectis arcent: traduntur que et haec praecepta: Latus cellae vinariae, aut certe fenestras obuerti in Aquilonem oportere *n.*, vel [4] vtique

1. *Rarum. Ch.* 2. *glaciata prodigii. M.* 3. *satis. Dal.* 4. *vsque in. M.*

medicinae quamplurimae voluminibus integris continentur. H.

k. Mirum dictu etc.) Aeque mirum quod prodit Arist. in Arcadia vinum ἀναξηραίνεσθαι ὑπὸ τῦ καπνῦ, ἐν τοῖς ἀσκοῖς ὥςε ξυνόμενον πίνεσθαι. Rhod. cap. 36. XXVIII. Virgil. 3. Georg. — *caeduntque securibus humida vina.* Vide Brod. cap. 31. V. *Dalec.*

l. Non gelascit) Vide apud Macrobium lib. VII. Satur. causam, cur vinum et acetum non gelascant. *Dalec.*

Non gelascit) Causas Macrobius inuestigat, *cur vina numquam aut rarenter congelascant*, Sat. L. VII. c. 12. p. 620. H.

m. Aut ad portionem situs) Nam calidiore caelo, tota sub dio relinquuntur: frigidiore, tota defodiuntur: medio, partim abduntur terra, partim caelo permittuntur. *Dal.*

Ad portionem situs) Vt quaeque terra mitiore caelo aut frigidiore vtitur. Nam vbi calidius caelum, tota sub dio relinquuntur: vbi frigidius, tota defodiuntur: medio, partim abduntur terra, partim caelo permittuntur. H.

n. Obuerti in Aquilonem oportere) Vitruuius cap. 4. lib. I. *Dal.*

In Aquilonem) Sic Auct. Geop. L. VI. c. 2. p. 165. Vitruuius, L. I. c. 4. p. 8. *In cellis enim vinariis tectis, lumina nemo capit a meridie, nec ab occidente, sed a septemtrione, etc.* Eadem tradit et Palladius de R. R. L. I. c. 18. p. 17. H.

que in exortum aequinoctialem. [1] Sterquilinia *o.* et arborum radices procul abesse, omniaque odoris euitandi, facillimo in vina *p.* transitu: ficos vtique et caprificos. Doliis etiam *q.* interualla dari, ne inter sese vitia serpant, contagione vini semper ocyssima. Quin et figuras referre. [2] Ventruosa ac patula minus vtilia. Picari oportere *r.* protinus a Canis ortu, postea perfundi marina aqua aut salsa: [3] dein cinere *s.* sarmenti aspergi, vel argilla, abstersa *t.* myrrha suffiri, ipsasque saepius *u.* cellas.

H 5 Imbe-

1. *Sterculonia. Ch.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. vt montuosa M. et Ch. ventrosa Gr.* 3. *ac leni cinere sarm. asp. vel argilla aspera. Vet. Alii et argilla absterſa.*

o. Sterquilinia) Palladius, l. c. In MSS. R. Colb. et Chiffl. *Sterculonia.* De ficubus et caprificis, eadem praecipit auct. Geop. L. VI. c. 22. p. 166. De sterquilinio, ceterisque, Columella, L. I. c. 6. *Eadem est ratio in plano sitae vinariae cellae: quae summota procul esse debet a balneis, furno, sterquilinio, reliquisque immunditiis tetrum odorem spirantibus: nec minus a cisternis, aquisue salientibus: ex quibus qui extrahitur humor, vinum corrumpit.* H.

p. Facillimo in vina) Colum. L. XII. c. 28. p. 437. *Nulla res alienum odorem celerius ad se ducit, quam vinum.* H.

q. Doliis etiam) Interuallum pedale requirit auct. Geop. L. VI. c. 2. p. 165. H.

r. Picari oportere) Sic Geop. auct. L. VI. c. 4. p. 168. Columella quoque l. c. p. 426. H.

s. Dein cinere) Vide N. et Em. N. XXIV. (hic pos.) *Dein)* In MSS. omnibus *aspergi* constantissime legitur. In R. 2. *cinere e sarmentis aspergi.* Tamen *abstergi* sincerius existimari possit, tum quod proxime sequatur, *absterſa myrrha suffiri:* tum quod hic ipsum explanans Zoroastres in Geop. L. VII. c. 6. p. 184. *abstergi*, non *aspergi* dixit. Δεῖ δὲ τὰς πίθους παραχρῆμα σμήχειν ἅλμῃ, ἢ κληματίνῃ τέφρᾳ, ἢ κιμωλίᾳ, ἢ ἀργιλλώδει γῇ. *Dolia statim muria detergenda, et mundanda sunt, aut cinere sarmentorum, aut cimolia, aut argillosa terra.* H.

t. Absterſa) Spongiae ope. Diophanes in Geop. L. VI. c. 12. p. 175. H.

u. Ipsaque saepius) Sic Diophanes in Geop. L. VI. c. 12. p. 176. H.

Imbecilla *x.* vina demiſſis in terram doliis ſeruanda, valida expoſitis. Numquam implenda *y.*: et quod ſuperſit, paſſo aut defruto perungendum, admixto croco, pice veteri, cum ſapa: ſic opercula doliorum medicanda, addita maſtiche ac pice. Bruma aperiri vetant *z.*, niſi ſereno die. Vetant Auſtro flante, Lunaue plena. Flos vini candidus probatur *a.*: rubens triſte ſignum eſt, [1] ſi non is vini colos ſit. Item [2] vaſa incaleſcentia, operculaue ſudantia. Quod celeriter florere [3] coeperit, odoremque trahere *b.*, [4] non fore diutinum. Ipſa quoque defruta

1. *Si non in vini M. et Ch. in et is exulat a Gr.* 2. *vaſis incaleſcentib. operculiſue ſudantibus quod celeriter. M.* 3. *coepit. M.* 4. *non ſit diutinum. Vet.*

x. Imbecilla) Auct. Geop. L. VII. c. 2. H.

y. Numquam implenda) Quoniam muſtum efferueſcens per ſe dolia impleturum eſt. Diophanes l. c. p. 175. H.

z. Addita maſtiche ac pice. Bruma aperiri vetant.) Exemplar Salmanticenſe, non *Bruma* legit, ſed *brutia*, quare alia diſtinctione legendum erit: *addita maſtiche ac pice Brutia. Aperiri vetant, etc.* De pice Brutia Plinius lib. XVI. cap. 12. Dioſcorides primo, Heton Graecus auctor ſeptimo. *Pint.*

a. Flos vini candidus probatur.) Flos vini, odor, fragrantia. Plaut. in Curcul. *Flos veteris vini naribus obiectus eſt meis.* Flos vini, ἀνθοσμίας οἶνος, vinum optimum, et odoris iucundiſſimi. Feſtus, *Florem anclabant Liberi e carcheſiis.* Plaut. in Ciſtellaria: *Quippe vbi linguam percuſſi flore Liberi.* Flos vini, tenuis ſpuma in ſummo innatans. Turn. cap. 34. XXIX. Caecilius apud Nonium in Flores, tria haec numerat florem, floces, id eſt, faecem, et vinum. *Ego* inquit, *neque florem, neque floces volo: mihi vinum volo.* Dalec.

Flos vini) Tenuis ſpuma in ſummo innatans. H.

b. Odoremque trahere) Alium, quam ſuum et natiuum. *Dal.*

Odoremque trahere) Alium quam ſuum, et natiuum. De hac loquendi forma dicemus, L. XXXVI. ſ. 30. H.

frutac. at sapas, quum sit caelum sine Luna, hoc est, in sideris eius coitu, neque alio die coqui iubent: praeterea plumbeis vasis d., non aereis, [1] nucibusque iuglandibus additis: eas enim fumum excipere e., Campaniae nobilissima [2] exposita sub dio [3] in cadis verberari Sole f., Luna, imbre, ventis, aptissimum videtur.

XXVIII. (XXII.) Ac si quis diligentius reputet, in nulla parte operosior vita est g., ceu non saluberrimum ad [4] potum aquae liquorem natura dederit, quo cetera omnia animantia vtuntur. At nos vinum bibere h. et iumenta i. cogimus: tantoque

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. nucibus iuglandibus Gr. et Al.* 2. *expositis. Vet.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. sub dio cadis, omissa praep. in Gr. et Al.* 4. *potus. Ch.*

c. *Ipsa quoque defruta*) Columella, L. XII. c. 19. p. 427. H.

d. *Plumbeis vasis*) Columella, L. XII. c. 20. p. 428. *Ipsa autem vasa, quibus sapa aut defrutum coquitur, plumbea potius quam aenea esse debent: nam in coctura aeruginem remittunt aenea, et medicaminis saporem vitiant.* H.

e. *Fumum excipere*) Qui permixtus sapae eam corrumpere potest. *Dal.*

Fumum excipere.) In se recipiunt illae fumum, qui sapam alias corrumperet. H.

f. *Verberari Sole*) Vlpiano proprie verberatur, quod anima praeditum verbere feritur cum doloris sensu: pulsatur, quod anima carens ictu crebro percutitur, vt lana, ianua. Alex. ab Alex. cap. 19. lib. III. *Dal.*

Verberari) Sic scrobem in terra fossum *tempestatibus verberari* Columella dixit, L. de arboribus, c. 16. quod alibi, Libro nempe V. c. 6. *pluuiis et gelicidiis macerari* interpretatur. H.

g. *In nulla parte operosior vita est.*) Eubulus primum cratera sanitati, secundum voluptati et amori, tertium somno, quartum iniuriae dicat. Panyasis vero primum Gratiis, Horis, Dionysio: secundum Veneri, ac rursum Dionysio: tertium iniuriae. *Athenaeus.*

h) *At nos vinum bibere, etc.*) Hector apud Homerum Iliad. Θ. sic equos suos alloquitur. Νῦν

que opere, tanto labore et impendio conſtat, quod homines *k.* mente mutet, ac furorem gignat, millibus ſcelerum huic deditis: tanta dulcedine, vt magna pars non aliud vitae praemium intelligat. Quin imo vt plus capiamus, ſacco [1] frangimus *l.* vires:

1. *Franguntur. Vet.*

Νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον, τὴν μάλα πολλὴν Ἀνδρομάχη θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος Ὑμῖν παρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν, Οἶνον τ' ἐγκεράσασα πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι, Ἢ ἐμοὶ, ὅσπερ οἱ θαλερὸς πόσις εὔχομαι εἶναι. Vide cap. 44. lib. VIII. *Dalec.*

i. Iumenta) Equis vinum olim praebitum ex Homero diſcimus, Iliad. θ'. v. 189. Refert Cominaeus, Com. Gall. L. I. equum ſuum vetulum, ac labore fractum, quum poſt praelium vini ſitulam caſu oblatam hauſiſſet, ea potione ſic recreatum, vt alacriorem numquam antea eſſet expertus. Familiare in Gallia eſt, vinum in os et nares equorum iniicere, vel offam ex vino et pane offerre, vt valentiores fiant. Et Columella, L. II. c. 3. de bobus: *Merum faucibus, ſi aeſtuauerint, infundat. Satis autem eſt ſingulis binos ſextarios praebere.* H.

k. Quod homines) Sic MSS. recte. Prius editi, *Quod hominis mentem mutet.* H.

l. Sacco frangimus vires) Vinum ſacco caſtratum, σεσακκισμένον, τῷ σάκκῳ ἐξευνουχιζόμενον, καὶ ἀποθηλυνόμενον, ἠθικόν. Theoph. cap. 24. lib. VI. cauſſ. vocat: alii διηθικὸν, colatum, ſaccatum, ἀπὸ τοῦ ἠθεῖν, Cic. II. de Finibus, *Quibus vinum defuſum e pleno ſit: hirſiphon, vt ait Lucilius, cui nihil demſit, nil vires ſacculus abſtulit.* Nempe vinum integerrimum, quod nec ſiphone depletum eſt, nec vola manus, (hic id ſignificat) pitiſſatum. Hic ſipho tubulus eſt, quo vinum exugitur, alias vero, γευστρὶς, veteri gloſſario. Meraria, ſiue guſtatorium eidem, γευστρίδιον vaſculum, quo in caupona vinum guſtatur, tenui fiſtula, anguſtoue collo. Inde *Simpo* veteribus Latinis, et a Simpone *Simpulum.* Scalig. Vide cap. 12. lib. XXXV. Huc pertinet quaeſtio apud Plutarchum in Sympoſ. 7. VI. An colandum vinum ſit. *Dal.*

Sacco frangimus) *Saccus quo vinum liquatur,* inquit Columella, L. IX. c. 15. *tenui vimine rarius contextus, inverſae metae ſimilis.* Hinc vinum

res: et alia irritamenta [1] excogitantur: ac bibendi etiam caufa venena conficiuntur, aliis cicutam praefumentibus, vt bibere mors cogat *m.*: aliis pumicis farinam *n.*, et quae referendo pudet [2] docere. *o.* Cautiffimos ex his balineis coqui videmus *p.*, exanimesque efferri. Iam vero alios lectum exfpecta-

1. *Excogitamur.* D. 2. *dicere.* M.

vinum colatum, fiue faccatum, altero non faccato debilius, dulciufque, Theophr. de cauf. L. VI. c. 9: οἶνος σακκιζόμενος, *vin coulé par vn fac, comme l' Ipocras*, Martial. L. II. ep. 40. *Caecuba faccentur, quaeque annus coxit Opimi:* Hoc eft, colo, vel facco tranfmittantur ea, vt corrigantur, ac defaecentur. Et L. XII. ep. 61. *Turbida, follicito tranfmittere Caecuba facco.* H.

m. Mors cogat) Metus mortis. Nam contra cicutam vinum remedio eft, vt dicetur L. XXIII. f. 23. H.

n. Pumicis farinam) Vide quae ex Theophrafto refert cap. 21. lib. XXXVI. *Dal.*

Pumicis farinam.) Vide quae Plinius ipfe refert, L. XXXVI. f. 42. H.

o. Pudet docere) Vt de Coffo tradit Seneca epift. 84. lib. XII. *Dal.*

p. Balineis coqui videmus) Cruditatem, ex pridiana temulentia infeftam, balneo coquere, et in eo tantum perdurare, tantumque fudare, vt animus deficiat. *Dal.*

Balineis coqui.) Cruditatem ex pridiana temulentia ortam balneo calido coquebant: manebant enim in eo tamdiu, vt fudarent: animufque interdum deficeret. Colum. in praef. *Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, et exfucto fudore fitim quaerimus*, etc. Laconicum locus erat in balneo orbiculari ambitu in fe recuruo, vbi fudor eliciebatur calore ficco, inquit Celfus L. II. c. 17. *Vn poësle.* Scribit Vitruuius Laconicum fudationefque coniungendas effe tepidario. Qui faturitate epularum immodica crudi erant, hi ad balneas confugiebant, et in fudoriis Laconicifque fudorem euocabant: ita ftomachi cruditatem digerentes, quam epulae copiofiores afferebant. Haec poetarum Satyricorum conqueftio, Horatii primum: *Crudi tumidique lauemur* Iuuenalis: *Crudum pauonem in balnea portas.* H.

ſpectare non poſſe *q.*, imo vero nec tunicam *r.*, nudos ibi protinus [1] anhelos ingentia vaſa corripere, velut ad oſtentationem virium, ac [2] plene infundere, vt ſtatim vomant *s.*, rurſuſque hauriant, idque iterum tertiumque: tamquam ad perdenda vina geniti, et tamquam effundi illa non poſſint, niſi per humanum corpus. [3] Ad hoc pertinent peregrinae exercitationes *t.*, et volutatio in coeno,

1. *Et anhelos. M.* 2. *plene inf. vt ſtatim vomant M. et Ch.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. Huc pertinent Gr. et Al.*

q. Lectum exſpectare non poſſe) Sed in menſa obdormiſcere. Theophraſt. cap. 18. lib. IX. hiſt. *Dal.*

r. Nec tunicam) E lecto ſurgentes. *Dal.*

s. Vt ſtatim vomant) Et pinnis quidem excitabantur ad vomitum. Vide N. et Em. N. XXV. (hic adi.) *Ac pl.*) Sic guloſiſſimi quique vomitu ſeſe exonerabant. Tranquillus in Vitellio c. 13. *Sed is vel praecipue ſaeuitiae luxuriaeque deditus, epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in ientacula, et prandia, et coenas, comeſſationeſque, facile omnibus ſufficiens vomitandi conſuetudine.* Et pinnis quidem excitari ſolitos ad vomitum diximus, quam conſuetudinem notat idem Tranquillus in Claudio, c. 13. *Nec temere vmquam triclinio abſceſſit, niſi diſtentus ac madens, et vt ſtatim ſupino, ac per ſomnum hianti, penna in os inderetur ad exonerandum ſtomachum.* Et Ariſtoph. in Acharn. eiuſque Scholiaſtes: Πτερὸν αἰτεῖ ἵν᾽ ἐξεμέσῃ, εἰώθασι γὰρ οἱ δυσεμεῖς πτερῷ δρᾶσθαι. Sunt qui et eo pertrahant illud Martialis, L. III. ep. 82. *Stat exoletus, ſuggeritque ructanti Pinnas rubentes, cuſpideſque lentiſci.* Aliquis ſcilicet e miniſteriorum turba. Verum pinnis ego rubentibus eo loci, perinde ac lentiſci cuſpidibus, dentiſcalpia intelligo, cuiuſmodi et hoc aeuo ſunt in frequenti apud omnes, qua nobiles, qua ignobiles, vſu. Vnde vetus paroemia apud Zenobium, Cent. 5. adag. 96. Σιχῖνον διατρώγειν. Εἰώθασι τὸν σχῖνον τρώγειν οἱ καλλωπιζόμενοι, ἕνεκα τῶ λευκῶν τὰς ὀδόντας, etc. H.

t. Peregrinae exercitationes) Halterum, luctae, ſaltus, pugilatus, etc. *Dal.*

Peregrinae exercitationes) Quales

no *u.*, ac pectorosa ceruicis repandae ostentatio. Per omnia haec praedicatur sitis quaeri. Iam vero quae vasa adulteriis *x.* caelata? tamquam per se parum doceat libidinis temulentia. Ita vina ex libidine hauriuntur, atque etiam [1] praemio inuitatur ebrietas *y.*, et si diis placet, emitur. *z.* [2] Alius, vt quantum biberit, tantum edat, pretium vinolentiae lege accipit. Alius quantum alea quaesierit *a.*, tantum bibit. Tunc auidi *b.* matronam oculi [1] licen-

1. *Praemio inuitatur ebrietas: et si aliis placet, emitur alius, vt quantum biberit, tantum edat: et pretium vinolentiae lege accipit Gr. et Al.* 2. *alienus. Dal.*

Quales a Luciano describuntur, in Anacharsi, siue de Gymnasiis, statim initio, p. 786. inter quas volutatio in coeno, suum more, καὶ ἐν τῷ πηλῷ συναναφύροντα[ι] καλινδούμενοι ὥσπερ σύες. H.

u. Volutatio in coeno) Puluere palaestritarum, quem ἁφὴν vocauerunt. Aqueus haec omnia refert ad inhonestas et indecoras poculis certantium inter bibendum leges et gesticulationes: *cervicemque repandam*, curuam interpretatur, neruis temulentia debilitatis, quod mihi non placet. Prolixe locum hunc enarrat Rhod. cap. 26. lib. VII. *Dalec.*

x. Adulteriis) Vasa in quibus adulteriorum caelatae imagines. H.

y) Praemio inuitatur ebrietas) Apud Flauium Vopiscum Aurelianus suos Phagones, siue Comedones et Bibones habuit. Vide apud Eras. prouerb. Edax currus. *Dal.*

z. Et si diis placet, emitur alius vt quantum biberit, tantum edat) Scribo diuersa interpunctione, *et si diis placet emitur*: quae prioribus annectenda sunt: deinde sequitur cum maiore litera, *Alius vt quantum biberit, tantum edat, etc.* Pint.

a. Alius quantum alea quaesierit, etc.) Tot haurit pocula, quot imperat modiperator, siue conuiuii magister et dominus, vel, vt aiunt Graeci, βασιλεὺς, talorum sorte eam praefecturam adeptus: de quo Macrobius, Cicero, Plato in legibus. *Nec regna vini sortiere talis*, inquit Hor. Ego vero puto accusari perditos mores eorum, qui statim ab alea compotarent, vt quantum lucrati essent, tantum in conuiuia prodigeretur, omneque vitae

[1]licentur, graues *c.* produnt marito: tunc animi ſecreta proferuntur. Alii teſtamenta ſua nuncupant: alii [2] mortifera loquuntur, redituraſque *d.* per iugulum voces non continent, [3] quam multis ita interemptis. Vulgoque veritas iam attributa vino eſt. *e.* Interea vt optime cedat, Solem *f.* orientem non

1. *Licenter graui produntur.* *M. licenter Tunc graui produntur marito. Vet. Lego, licentur grauique ſe produnt. Dal.* 2. *mortifere. Ch.* 3. *perquam. Dal.*

vitae tempus in alea et bibendo periret. Vide et Rhod. cap. 6. lib. XXVIII. Inſignis eſt de hoc vitio, ac peruerſo illo vitae genere, epiſtola 123. Senecae. *Dal.*

b. Tunc auidi) Fuit quum augurarer: *Tunc auidi matronarum oculi licenter graues produnt maritos.* Sed ſatius videtur nihil immutari. Vino captos oculos ait iam deſtinare ſecum vt matronae pudicitiam pretio expugnent: eoſdem nimio potu graues, matronae ſcelus prodere marito, et ſecreta proferre. H.

c. Graues) Vino graues. H.

d. Reditura ſque) Transfoſſo, vt ita dicam, iugulo reſorbendas; accerſente homini ſaepenumero necem loquendi in vino intemperantia. H.

e. Vulgoquè veritas iam attributa vino eſt) Inde natum prouerbium, *vinum cum pueritia, et ſine pueritia veridicum.* Sub Tiberio Caeſare, quum vigeret accuſandi publica rabies, exceptum quoque fuiſſe ebriorum ſermonem, Seneca lib. de Beneficiis tradit. *Dal.*

Vulgoque) Hinc illa Horatiana, L. I. ep. 4 *Quid non ebrietas deſignat? operta recludit, etc.* Et L. III. Od. 21. *Tu lene tormentum ingenio admoues Plerumque duro: tu ſapientium Curas, et arcanum iocoſo Conſilium retegis Lyaeo.* Zenobius, in paroemiis, Cent. 4. n. 5. Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. Παροιμία παρόσον ὁ οἶνος τὰς ἐμπιπλαμένας αὐτῷ, ὁποῖοί εἰσι παραδείκνυσι. *In vino veritas Prouerbium docet vinum prodere quales ſint ii qui ſe eo proluunt.* Et Diogenianus, Cent. 4. n. 81. Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. Παρόσον οἱ οἴνῳ χρώμενοι τὰ ἀπὸ καρδίας λαλοῦσιν. Et in Append. e Vatic. Cent. 3. n. 34. Οἶνος καὶ ἀλήθεια. Τινὲς οὐχ οὕτως φασὶν, ἀλλ' οἶνος καὶ ἤθη. Κατὰ τὸ πρότερον Πέρσαι, φασὶν, οὐ βασάνοις ἀνετάζουσιν, ἀλλὰ μεθυσκομένους. H.

f. Solem orientem non vident) Smindrydes Sybarita, luxu

non vident, ac minus diu [1] viuunt. *g.* Hinc pallor, et genae pendulae, oculorum hulcera *i.*, tremulae manus effundentes plena vasa, et (quae [2] sit poena praesens) furiales somni, et inquies nocturna, praemiumque summum ebrietatis libido [3] portentosa *k.*, ac iucundum nefas. [4] Postera die ex ore halitus [5] cadi *l.*, ac fere rerum omnium obliuio,

1. *Bibunt.* M. 2. *fit.* M. 3. *portentuosa.* M. 4. *Postero.* Ch. 5. *foedi.* M. *foetidi.* Vet. *crudi.* Vet.

luxu et opibus diffluens, id sibi contigisse annis plus minus viginti gloriabatur. Idem et Hestieus Ponticus, sed honesta causa, quum studiis operam daret tota fere vita. Rhod. cap. 13. lib. XI. ex Athenaeo lib. VI. *Dal.*

Solem) Qui solem numquam occidentem viderint, nec orientem, Cato antipodes appellabat, apud Sen. ep. 122. Talis Smindyrides Sybarita apud Athen. L. VI. p. 273. Porro his similia habet Columella in Praef. Egregia habet in eam sententiam Seneca, ep. 122 H.

g. Minus diu viuunt) MSS. R. Colb. etc. *bibunt*: minus apposite. Quid sint Plinio genae, diximus L. XI. s. 56. H.

i. Oculorum hulcera) Iidemque et πελιδνοὶ et κοιλοιδιῶντες, liuidi, et circa cauum tumidi, quod et amantibus et melancholicis contingit, Theocritus οἱ δ' ὑπὸ ἔρωτος Δῆτα κυλοιδιοόντες ἐτώσια μοχθίζοντι. *Dal.*

k. Libido portentosa) Veneris imaginarium somnium. *Dal.*

Libido portentosa) Veneris imagine foedatum somnium. H.

l. Ex ore halitus cadi) Apud Vlpianum Trebatius ait non esse morbosum os olere alicui, vt lurcosum et raponem: hoc enim ex ingluuie oris accidere, nempe ἐκ τῆς ἀδηφαγίας καὶ πολυποσίας. Quidam legunt *vt hircosum et strabonem.* Hoc enim ex illuuie oris. *Scalig.* Vide quod notatum cap. 53. lib. XI. *Dal.*

Halitus cadi) Siue amphorae. De cado diximus s. 17. Vide N. et Em. N. XXVI. (hic adi.) *Postera)* *Odorem*, *et animam* Phaedrus appellat, L. III. fab. 1. in qua quod hactenus mendum inoleuit, operae pretium fuerit obiter castigare. *Anus iacere vidit epotam amphoram, Adhuc Falerna faece et testa nobili Odorem quae iucundum late spargeret. Hunc postquam totis auida traxit naribus; O suavis*

liuio, morſque memoriae. Rapere ſe ita vitam praedicant, [1] quum priorem diem quotidie perdant, illi vero et venientem. Tib. Claudio Principe ante hos annos XL. inſtitutum, vt ieiuni biberent, potuſque vini antecederet cibos: externis et hoc *m.* artibus, ac medicorum placitis nouitate aliqua ſeſe commendantium. Gloriam hac virtute Parthi quaerunt, famam apud Graecos Alcibiades *n.* meruit, apud nos cognomen etiam Nouellius Torquatus Mediolanenſis, ad Proconſulatum vſque e Praetura honoribus geſtis, tribus congiis *o.* (vnde et cognomen illi fuit) epotis vno impetu *p.*, ſpectante

1. *Si pri. di. quot. perdant*, *immo vero. Vet.*

vis anima, quale in te dicam bonum Antebac fuiſſe, tales cum ſint reliquiae? Perperam libri hactenus vulgati exhibent, *qualem te dicam bonam*, id quod Latinae aures vix ferant. H.

m. Externis et hoc) Aliis antea gentibus inoleuiſſe eam conſuetudinem ſignificat: quas inter fuere Bithyni, vt auctor eſt Phylarchus apud Athen. L. II. p. 58. Macedones quoque ipſi, vt ex eodem Athenaeo colligimus, L. IV. p. 128. Vide quae dicturi ſumus, L. XXIII. ſ. 23. Notasque et Em. in eum librum N. X. H.

n. Alcibiades) Hunc meri potu ſuperaſſe Thraces, Satyrus prodidit apud Athen. L. XII. p. 534. Vide et Plutarch. Symp. Quu. 7. p. 710. H.

o. Tribus congiis, etc.) Tribus congiis, id eſt, libris triginta. Hemina libram pendit. Sextarius 2. Congius 10. Vrna 40. Amphora 80. Culeus 1600. Vel, Hemina libram, Sextarius heminas duas, Congius ſextarios quinque, Vrna congios quatuor, Amphora vrnas duas, Culeus amphoras quatuor. Rhod. cap. 1. lib. XXIX. *Dal.*

Vnde et cognomen) Tricongii. Ita Xenarchus quidam Rhodius ob bibacitatem, *Μετρήτης*, hoc eſt, *Congius* pariter eſt cognominatus, teſte Euphorione in Chiliad. apud Athen. L. X. p. 436. Meminit et mulieris tricongiae Hedylus in epigr. apud eumdem Athen. L. XI. p. 488. H.

p. Vno impetu) Ἀμυστί. Sic Diotimum Athenienſem χῶνα vocarunt, quoniam infun

ctante miraculi gratia Tib. Claudio Principe, in senecta iam seuero *q.* [1]atque etiam saeuo *r.* alias: sed [2]ipsa iuuenta ad merum pronior fuerat. *s.* Eaque commendatione credidere L. Pisonem *t.* Vrbis Romae [3]curae *u.* ab eo delectum, quod biduo duabus-
I 2 que

1. *Muret. in illa, atque etiam saeuo alias, delet.* 2. *ipsi. Vet.* 3. *curatorem. V.*

infundibulo ori apposito vinum affusum perpetuo biberet: sic Xenarchum Rhodium Metreten. Aureliani Phago, vno die aprum integrum absumebat, veruecem, porcellum, panes centum, vini plus orca. Rhodig. cap. I. XXIX. Idem auctor cap. 7. lib. eiusdem, Heraclidem Pycten voracissimum et bibacissimum memorat. *Dal.*

q. Tiberio Claudio principe, in senecta iam seuero) Scribendum opinor *sobrio*, non *seuero:* nam sequitur mox: *Sed ipsa iuuenta ad merum pronior fuerat.* Verba autem illa, *atque etiam alias saevo*, inuectitia esse existimo. *Pint.*

r. Atque etiam saeuo) MSS. R. Colb. *aequeue etiam saeuo.* Par. *aequaeuo.* H.

s. Ad merum pronior fuerat) Quare per iocum quidam eum *Biberium Meronem* pro Tiberio Nerone vocaverunt. *Dalec.*

Ad merum pronior) Suet. in Tiberio, c. 42. *In castris tiro etiamnum, propter nimiam vini auiditatem, pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nero Mero vocabatur.* Iuuentae bibacitatem simul, et crudelitatem senectae, quidam versus exprobrarunt, quos Suetonius recitat, c. 59. *Fastidit vinum, quia iam sitit iste cruorem: Tam bibit hunc auide, quam bibit ante merum.* H.

t. L. Pisonem vrbis Romae curae, etc.) Hoc est ad curam. Praefectus vrbis creatus est, non curator: et praefecturam circumloqui libuit. *Gelen.*

u. Vrbis Romae curae) Hoc est, Praefectura Vrbis donatum. Suetonius in Tiberio, c. 42. *Postea Princeps in ipsa publicorum morum correctione, cum Pomponio Flacco, et L. Pisone noctem continuumque biduum epulando potandoque consumsit: quorum alteri Syriam prouinciam, alteri Praefecturam Vrbis confestim dedit, codicillis quoque iucundissimos, et omnium horarum amicos professus.* Seneca, ep. 83. p. 361. *L. Piso, Vrbis custos, ebrius ex quo semel*

que noctibus perpotationem continuasset apud ipsum iam Principem. Nec alio magis *x.* Drusus Caesar regenerasse *y.* patrem Tiberium ferebatur. [1]Torquato *z.* rara gloria (quando et haec ars suis legibus constat *a.*) non labasse [2]sermone, [3]non levatum vomitione, non altera corporis parte *b.*, dum

1. Torquati. Gr. et Al. *2. sermonem. Ch.* *3. sic ex MSS. em. Hard. conf. M. nec leuatum Gr. et Al.*

mel factus est, fuit. Maiorem partem noctis in conuiuio exigebat: vsque in horam sextam fere dormiebat: hoc erat eius matutinum: Officium tamen suum, quo tutela Vrbis continebatur, diligentissime administrauit, etc. H.

x. Nec alio magis) Nec alia dote patri similior, quam vinositate. Id quoque de Druso Plutarchus refert, Symp. L. I. Qu. 6. p. 624. Drusus Tiberii Aug. filius, de patrui cognomine nomen habuit Drusi; de matre Iulia, Caesaris Augusti filia, Caesar est dictus. In nummo vetere e Gaza Regia ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ ΥΙΟΣ. *Drusus Caesar Augusti* Tiberii *filius.* In altera parte capita duo nuda et aduersa, Drusi liberorum, superpositis nominibus; priori, ΤΙΒ. alteri ΓΕΡ. hoc est, *Tiberius* et *Germanicus,* infra, ΚΑΙΣΑΡΕΣ, *Caesares*: quia de stirpe Caesaris Augusti: quippe ex Druso nati, qui filius Tiberii Augusti fuit, et Iuliae Caesaris Augusti filiae. Nomen alteri e gemellis ab auo Tiberio fuit, alteri ab auunculo Germanico Caesare, fratre Liuiae, quae Drusi coniux. H.

y. Regenerasse, etc.) Repraesentasse. Vide Sueton. cap. 42. in Tiberio. Druso huic Caesari fastiditum caulium delicatiorem teneriorem que cauliculum, neque id sine castigatione Tiberii patris, dicit infra cap. 8. lib. XIX. *Dalec.*

Regenerasse) Ea voce vsus antea non semel, L. VII. s. 10. Et L. XII. s. 5. *Platani satae regenerauere vitium.* H.

z. Torquato) Mediolanensi, de quo proxime dictum est. H.

a. Haec ars suis legibus constat) De iis legibus potoriis vide Ciceronem vltima Tusculana. *Dalec.*

b. Non altera corporis parte) Qua nempe micturimus: igitur nec vomitione leuatum ait, nec vrina. H.

dum biberet: matutinas obiſſe vigilias, plurimum hauſiſſe vno potu: plurimum [1] praeterea aliis minoribus addidiſſe: optima fide non reſpiraſſe in hauriendo *c.*, neque exſpuiſſe: nihilque ad elidendum in pauimentis *d.* [2] ſonum ex vino reliquiſſe, diligenti ſcito legum contra [3] bibendi fallacias. Tergilla [4] Ciceroni M. F. *e.* binos congios ſimul haurire ſolitum ipſi obiicit: [5] Marcoque Agrippae a temulento ſcyphum impactum. Etenim haec ſunt ebrietatis opera. Sed nimirum hanc gloriam auferre Cicero voluit interfectori patris ſui M. Antonio. *f.* Is enim *g.* ante eum auidiſſime apprehenderat hanc palmam, edito etiam volumine de ſua

I 3 ebrie-

1. *Propterea. Ch.* 2. *ſummum. Hermol.* 3. *bibendum. Ch. forte, bibentum.* 4. *Ciceronis. M. Ciceronem. M. filium Gr. et Al.* 5. *marcidoque ac. M. Marcoque Agr. a marcido et temulento. Vet.*

c. *Non reſpiraſſe in hauriendo)* Hoc paulo ante dixit *vno impetu*, ἀμυςὶ et ἀπνευςὶ Graeci, vnde ἀμυςίζειν: quomodo Dion ſcribit Commodum in theatro feras ex alto iaculis impetentem, dulce vinum bibere ſolitum acclamante populo ζήσειας. *Dalec.*

d. *Ad elidendum in pauimentis)* Eum morem indicat Horatius his verſibus: *Abſumet hares Caecuba dignior, Centum ſeruata clauibus, et mero Tinget pauimentum ſuperbo, Pontificum potiore coenis.* Vide Rhod. cap. 5. XXVIII. ἀποσκοτταβίζειν id Graeci dicunt. *Dal.*

e. *Ciceroni M. F.)* M. Tullii filio. Sic MSS. R. Colb. etc. H.

f. *M. Antonio)* Is, teſte Paterculo, hedera redimitus, aurea corona tectus, cothurnos indutus, curru vectus, Liberum patrem vocari ſe iuſſit. Quum ergo ſic Athenienſes ſalutaſſent, ac vt Mineruam ſuam in matrimonium duceret, rogarent, ducturum is ait, ſed dotis nomine imperare ſe mille talenta. Imitatus eſt tantam inſaniam et Caligula, et Commodus, Antigono et Mithridate iam antea Dionyſii cultum et nomen vſurpare auſis. Had. Iun. cap. 1. V. Seneca Suaſoria 1. *Dal.*

g. *Is enim)* M. Antonius Triumuir. H.

ebrietate: quo patrocinari ſibi auſus, approbauit plane (vt equidem arbitror) quanta mala per temulentiam terrarum orbi intuliſſet. Exiguo tempore ante praelium Actiacum id volumen euomuit: quo facile intelligatur ebrius iam ſanguine ciuium, et tanto magis eum ſitiens. Namque et haec neceſſitas vitium comitatur, vt bibendi conſuetudo augeat auiditatem. Scitumque eſt Scytharum legati, quanto plus biberint, tanto magis ſitire Parthos. *h.*

XXIX. Eſt et Occidentis populis ſua ebrietas, fruge madida *i.*: pluribus modis per Gallias Hiſpaniaſque *k.*, nominibus aliis, ſed ratione eadem. Hiſpaniae iam et vetuſtatem ferre ea genera docuerunt. Aegyptus quoque *l.* e fruge *m.* ſibi potus

h. Sitire Parthos) Eraſmum vide Chil. 4. Cent. 10. Adag. 21. *Parthi quo plus biberint.* H.

i. Fruge madida) Frumento, hordeo, auena, olyra, milio, panico. Vide Geop. L. VII. c. 34. p. 203. H.

k. Per Gallias Hiſpaniaſque) Vide infra cap. vlt. lib. XXII. *Dalec.*

Per Gallias) Vbi ex hordeo cereuiſia fit, *de la biére.* Exſtat in Anthol. L. I. c. 59. epigramma quintum Iuliani Imp. in vinum Galliarum ex hordeo, oppido ſane elegans: ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ εἰς οἶνον ἀπὸ κριθῆς. Τίς; πόθεν εἶς Διόνυσε, μὰ γὰρ τὸν ἀληθέα Βάκχον Οὔ σ' ἐπιγνώσκω· τοῦ Διὸς οἶδα μόνον. Κεῖνος νέκταρ ὄδωδε· σὺ δὲ τράγον· ἦ ῥά σε Κελτοὶ, Τῇ πενίῃ βοτρύων, τεῦξαν ἀπ' ἀσταχύων; Τῷ σε χρὴ καλέειν Δημήτριον, οὐ Διόνυσον, Πυρογενῆ μᾶλλον, καὶ Βρόμον οὐ Βρόμιον. Quod feliciter ſatis Grotius ita reddidit: *Vnde, quis es Liber? hic ſit mihi Liber amicus? Non mihi tu notus, ſed puer ille Iouis. Ille vt nectar olet: tu ceu caper: an fera te gens Ex ſpica genuit Celtica, vitis egens? Hinc Cerealis eras meliori iure vocandus. Non ſatus ex Semela matre, ſed ex ſimila.* H.

l. Aegyptus quoque) Ex hordeo, teſte Hecataeo apud Athen. L. X. p. 447. et Herodot.

tus similes excogitauit: nullaque in parte mundi cessat ebrietas: meros quippe hauriunt tales succos, nec diluendo, vt vina, mitigant. At [1] hercules illic tellus fruges parere videbatur. Heu, mira vitiorum solertia! inuentum est quemadmodum aqua quoque inebriaret. *n.* Duo sunt liquores *o.* corporibus humanis gratissimi, intus vini, foris

I 4 olei

1. *Hercule, Gr. illis. Vet. Lego, At hercule solas illic tellus.*

rodot. Euterpe L. II. n. 77. p. 118. H.

m. E fruge, etc.) Hordeo, tritico, auena, olyra. Cassianus in Geoponicis lib. VI. ex Leontio. Columel. *Vt Pelusiaci proritet pocula Zythi.* Vide infra loco proxime citato. *Dalec.*

n. Aqua quoque inebriaret) Nationes quibus familiaris est potus eiusmodi, illo inebriari testantur Leontius apud Cassianum in Geoponicis; Dioscorides, qui zytho et curmi cerebrum tentari, excitarique dolorem capitis ait; Dion Academicus, qui Aegyptios hordeaceo potu exhilaratos cantare et saltare temulentos scribit; Arist. lib. De temulentia, qui scribit, zytho ebrios, quoniam id potionis genus καρωτικὸν est, in dorsum supinos cadere, ac reclinari, μόγις τῷ οἴνῳ μεθυσθέντας εἰς τ᾽ ἐπίσω καὶ ὑπτίως κλίνεσθαι, vino autem madidos in faciem pronos ferri. Virg. de Septentrionalibus populis, his versibus: *Hic noctem ludo ducunt, et pocula laeti Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.* Had. Iun. cap. 12. lib. II. Scythae herbarum quarumdam vapore, dum vruntur: Thraces quorumdam seminum inebriantur, et veluti temulenti iacent: Babylonii quarumdam arborum fructu prunis iniecto: Indi succo arundinis saccharatae. Alex. ab Alex. cap. 11. lib. III. Elegantes hi sunt Lucilii versus apud Nonium de vinosis, in Inuito: *Scito enim bene longinquum mortalibus morbum In vino esse, vbi quis inuitauit dapsilius se.* Quos etiam supra adduximus. *Dalec.*

o. Duo sunt liquores, etc) Alludit ad Pollionis Romuli festiuum responsum, cuius meminit infra cap. 24. lib. XXII. *Dal.*

olei *p.*, arborum e genere ambo praecipui, sed olei necessarius. Nec segniter vita in eo elaboravit. Quanto tamen in potu ingeniosior apparebit, ad bibendum generibus centum nonagintaquinque (si species vero aestimentur, paene duplici numero) excogitatis, tantoque paucioribus olei: de quo in sequenti volumine dicemus.

p. Foris olei) Simile est quod de Pollione dicetur L. XXII. s. 53. H.

C. PLI-

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE
LIBER XV.

I. (I.) Oleam Theophraſtus [1] e celeberrimis Graecorum auctoribus, Vrbis Romae anno circiter [2] CCCCXL. *a.*, negauit niſi intra XL. millia paſſuum a mari naſci *b.*: Feneſtella vero omnino non fuiſſe in Italia, Hiſpania, atque Africa, Tarquinio

I 5

1. *Celeberrimus e Graecorum. Vet.* 2. *quadringenteſimo ſexageſimo. M.*

a. CCCCXL.) Sic libri omnes etiam MSS. R. Colb. Th. tum hoc loco recte, tum L. XIII. ſ. 30. Monendus hic porro obiter lector poeticae ſtudioſus, elegans eſſe a Paſſeratio carmen ſingulare de oliua conditum Calendis Ianuariis anni 1588. H.

b. Niſi intra XL. M. paſſ. a mari naſci, etc.) Videtur legendum LX. non XL. ex Columella lib. V. cap. 6. *Hanc*, inquit, *arborem plerique exiſtimant vltra miliarium LX. a mari aut non viuere aut non eſſe feracem.* Sed in Columella vitium eſt, non in Plinio, oſtendit id Theophraſtus lib. ſexto, capite primo ſcribens, ſpatium a mari eſſe CCC. ſtadia, quae colligunt miliaria fere XL. *Pint.*

Niſi intra XL.) Siue, vt fert Graecorum menſura, intra CCC ſtadia a mari, ſic enim iterum Plinius noſter, L. XXI. ſ. 31. quibus habet ſimilia quaedam Theophraſtus, Hiſt. Pl. L. IV. c. 3. vbi is tamen non naſci omnino oleam dicit niſi intra ſtadia XL. a mari, ſed a Thebana Aegypti praefectura, CCC ſtadiis naſci ait, ab aquis marinis fluuiatilibuſque Nili, vt ipſe Plinius ait, L. XIII. ſ. 19. quae duo diuerſiſſima ſunt. Experimento nunc conſtat reperiri oleas et in locis quoque proximis mari. Cautius itaque Columella, L. V. c. 8. p. 194. *Hanc arborem plerique exiſtimant vltra milliarium LX.* (forte XL) *a mari, aut non viuere, aut non eſſe feracem. Sed in quibuſdam locis recte valet.* H.

quinio Prisco *c.* regnante, ab annis populi Romani CLXXXIII. *d.* quae nunc peruenit trans Alpes quoque *e.*, et in Gallias Hispaniasque medias. Vrbis quidem anno quingentesimo quinto, Appio Claudio Coeci nepote *f.*, L. Iunio Coss. olei librae [1] duodenae assibus *g.* veniere. Et mox anno DCLXXX. M. [1] Se-

1. *Duodenis.* *Vet.*

c. Tarquinio Prisco) Est illud non aetatis cognomen, sed gentis, Πρίσκος: e qua praeter alios et Prisca, et Priscilla, in libris sacris, et in nummis Graecis, ΠΡΙΣΚΟΣ: et in Latinis, PRISCVS ATTALVS P. F. AVG. H.

d. Populi Rom CLXXXIII.) Vide N. et Em. N. I. (hic adi.) *Tarq. Pr.)* Ita libri omnes editi, probatissimique et omnes fere codices MSS. in quibus est et Parisiensis noster: in quo sine notarum compendio scriptum est, *centum octoginta tribus.* Non igitur ante A. V. C. CLXXXIV. successit Tarquinio Prisco Seruius Tullius. H.

e. Quae nunc peruenit trans Alpes quoque) Legendum, vt sentio, *prouenit*, non *peruenit.* Pint.

f. Appio Claudio Caeci nepote, L. Iunio consulibus, olei librae duodenae assibus veniere, et mox anno DCLXXX. M. Seius, L. F. aedilis curulis olei denas libras singulis assibus praestitit) Haec verba si quis accurate expendat et conferat inter se, deprehendet comparari summam olei caritatem summae vilitati; quapropter liquet euidenter legendum non *duodenae*, sed *duodenis*, et mox legere mallem, *duodenas libras*, quam *olei denas libras.* Pint. *Aedilis curulis olei denas, etc.)* Annonae dispensationem penes Aediles fuisse monstrat hic locus Liuii lib. X. *Caritas etiam annonae solicitam ciuitatem habuit, ventumque ad inopiae vltimum foret, vt scripsere, quibus Aedilem fuisse anno Fabium Maximum placuit, in eius viri cura, qualis in bellicis rebus multis tempestatibus fuerat, talis domi tum in annonae dispensatione, comparando ac conuehendo frumento fuisset.* Raevard. cap. 17. Varior. *Dal.*

Coeci nepote) Ita libri omnes miro consensu: tametsi hunc Coeci filium Tullius, et Fasti Capitolini, non nepotem vocant. H.

g. Duodenae assibus) Incredibilis tum annonae vilitas erat, vt ait Plinius L. XVIII. s. 4.

M. [1]Seius, L. F. *h.* Aedilis curulis olei denas libras singulis assibus praestitit populo Romano per totum annum. Minus ea miretur, qui sciat post annos XXII. *i.* [2]Cn. Pompeii III. Consulatu oleum prouinciis Italiam misisse. Hesiódus *k.* quoque in primis cultum agrorum docendam arbitratus [3]vitam, negauit oleae satorem fructum ex ea percepisse

1. Seruius. M. 2. Cn. Pompeio septies consule. M. IIII. Gr. et vulgg. 3. vitae. M.

f. 4. Sic minimo pretio vina tum constitisse e superiore libro intelleximus, f. 16. vbi vini amphoram non amplius asses octonos venisse vidimus. Sic L. XVIII. f. cit. modii frumenti assibus permutari dicuntur. H.

h. M. Seius Lucii filius) De quo Tullius Offic. L. II. n. 58. *Ne Marco quidem Seio vitio datum est, quod in caritate annonae asse modium populo dedit: magna enim se et inueterata inuidia, nec turpi iactura, quando erat Aedilis, nec maxima liberauit.* Fuit ex gente Seia Aelius Seianus, vt iam diximus. Fuit et Seia Orbiana coniux Caii Valentis Hostiliani Messii Quinti Augusti, in nummis duobus egregiis, quos affert Tristanus, p. 660. et 661. Prior sic inscribitur Γ. ΟΥ. ΟCΤΙΛ. Μ. ΚΟΙΝΤΟC. CEB. Γαΐος Οὐάλης Ὁστιλιανὸς Μέσσιος Κόϊντος Σεβαστὸς, *Caius Valens Hostilianus Messius Quintus Augustus.* Caput laureatum .)(. ΓΝ. ΣΕΙ. ΗΡΕΝ. CAΛ. Β. ΟΡΒ. CEB. Γνεΐα Σεΐα Σαλλεστία Βαρβία Ὀρβιανὰ Σεβαστή. *Cneia Seia Herennia Sallustia Barbia Orbiana Augusta.* Caput eiusdem. Alter est Latinus: CN. SEIA. SALL. BARB. ORBIANA AVG. Caput eiusdem. .)(. CONCORDIA AVGG. *Concordia Augustorum*, mariti et vxoris. Docet hic nummus, quod Historicis latuit, Hostiliani Augusti coniugem Orbianam filiam fuisse alterius Orbianae, quae ante annos triginta Seueri Alexandri Aug. coniux fuit, sed natam ex priore connubio cum Seio: vnde filia Seii patris nomen iam olim percelebre maternis praeponit nominibus. H.

i. Post annos XXII.) A. V. C. DCCII. in quem tertius Pompeii Consulatus incidit: non, vt vulgati hactenus libri, et MSS. quidam prae se ferunt, quartus, quem numquam gessit. H.

k. Hesiodus) Nunc carmen illud intercidit. H.

pisse quemquam: tam tarda tunc res erat. At nunc etiam in plantariis *l.* serunt, transſlatarumque altero anno decerpuntur baccae.

II. Fabianus negat prouenire in frigidissimis oleam, neque in calidissimis. Genera earum tria dixit Virgilius *m.*, orchites, et radios, et pausias: nec desiderare rastros *n.*, aut [1] falces, vllamue curam. Sine dubio et in iis solum maxime, caelumque

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. falcem. Gr et Al.*

l. In plantariis) Quae et seminaria vocantur, *des pepinières*, plantarum locus, quum opus est, transferuntur. H.

m. Genera earum tria dixit Virgilius) Virgilius *orchades* appellat, non *orchites*, Georgicon III. *Orchades et radii et amara pausia bacca.* At capite septimo Cato *orchites.* Varro quoque libro primo de re rustica cap. 24. *orchites:* item Columella libro de arboribus cap. 17. Rursus Macrobius cum Virgilio *orchades* IV. Saturn. *Pintian.*

Virgilius) Georg. L. II. v. 85. *Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliuae, Orchites, et radii, et amara pausia bacca.* Vbi *Orcades* MSS. exhibent, quod et carminis ratio poscit. Et apud Macrobium quidem Saturn. L. II. c. 16. p. 739. *Olea orchas, radius, pausia* legitur. Ceteri tamen scriptores, quorum non est carminis legibus adstricta oratio, orchitin vocant. Varro de L. L. L. IV. p. 28. Fest. in Fragm. p. 30. *Orchitin Atteius Philologus in collectaneis, ait esse genus oleae, ductum ex Graeco ὄρχεις, quod testiculorum sit magnitudinis: itaque vocari ex eo orchitin.* Orchis, et radius, Colum. L. V. c. 8. p. 194. Virgilius, Plinius, aliique, ab oliua, cuius orchitis, et radii, pausiaeque propria appellatio est, ad eorumdem generum stirpem singula haec nomina transtulere: nec oleam tamen illi, vt visum est nouitio scriptori, pro oliua dixere. Nam quis oleam non desiderare rastros quum audiat, de oliua id dici, nisi bardus, existimet? H.

n. Rastros) Idem Georg. L. II. v. 420. *Contra, non vlla est oleis cultura: neque illae Procuruam exspectant falcem, rastrosque tenaces. Cum semel haeserunt aruis, aurasque tulerunt. Ipsae satis tellus, etc.* H.

que refert. Verumtamen et [1] tondentur, quum et vites: atque etiam interradi *o.* gaudent. Consequens earum vindemia eſt, arſque vel maior, [2] olei muſta temperandi. *p.* Ex eadem quippe oliva differunt ſucci. Primum omnium *q.* e cruda, atque nondum inchoatae maturitatis *r.*: hoc [3] ſapore

1\. *Attondentur. V.* 2. *oleum quam muſta Gr. et Al.* 3. *ſaporis praeſtantiſſimi. M.*

o. Interradi) Interradi dicuntur arbores, quando rami intermedii ſucciduntur, quoniam denſitas officit: ideoque laxioribus interuallis ſerendae ſunt arbores. Vide quae dicturi ſumus, L. XVII. ſ. 30. Vſus ea voce Columella, L. de arboribus, c. 19. *Arbores paribus interuallis ſerito, vt quum creuerint, ſpatium habeant, quo ramos extendant: Nam ſi ſpiſſe poſueris, neque infra quidquam ſerere poteris, nec ipſae fructuoſae erunt, niſi eas interraſeris.* Sic fere interlegi et interuelli Latine dicemus, vt annotaturi ſumus L. XVII. ſ. 17. et interputari, atque interpurgari, L. XVIII. ſ. 65. H.

p. Arſque vel maior oleum quam muſta temperandi) In exemplari Toletano, *Arſque vel maior olei muſta temperandi*, verbum enim *quam* neutrum exemplar agnoſcit: appellat vero *olei muſta*, oleum recens. *Pint.*

Olei muſta) Sic R. 2. et alii: non *oleum quam muſta.* Olei muſta tranſlate dixit, pro recenti oleo: a vino ducta tranſlatione. Sic proxime antea ſimili tranſlatione vtitur, quum vindemiam olearum dixit. Nam proprie oliuationem diceret. Feſtus: *Oliuetam antiqui dicebant, quum olea colligebatur; vt meſſem, quum frumenta: vindemiam, quum vuae: quod vocabulum potius frequentari debebat, quam nullum: quum eius ſignificationis cauſam haberemus. Quamuis quidam oliuitatem eam dicant.* At Columellae, L. XII. c. 50. oliuitas eſt tempeſtiuitas ad oleam decerpendam. Sed L. I. c. 1. *oliuitas largiſſima* cum vindemia copulatur. H.

q. Primum omnium) Quod Catoni *oleum viride* dicitur, L. de R. R. c. 65. *viridis notae* Columellae, L. XII. c. 50. H.

r. Nondum inchoatae maturitatis) Omphacinum. Viride Catoni cap. 65. *Dal.*

pore praeftantiffimum. Quin et ex eo prima vnda *s.* preli laudatiffima, ac deinde per diminutiones: fiue, (vt nuper inuentum eft *t.*,) exilibus regulis pede inclufo. *u.* Quanto maturior bacca, tanto

s. Prima vnda) Oleum *primae notae*, id eft, *primae preffurae*, vt vocat Columella, hoc eft, quod primo exprimitur, optimum: deinde quod fecundo, et fic bonitatis diminutione, vt Plinius ait ipfe L. XIII. f. 23. ad deterrimum. *Le premier, le fecond, le troifieme preffurage. Sunt autem*, inquit Columella, L. XII. c. 50. *in cella olearia tres labrorum ordines: vt vnus primae notae, id eft, primae preffurae oleum recipiat, alter fecundae, tertius tertiae. Nam plurimum refert non mifcere iterationem, multoque minus tertiationem, cum prima preffura: quoniam melioris faporis eft, quod minore vi preli, quafi lixiuium defluxerit:* Galli vocant, *de l'huile vierge*: in Gallia ex oliuis maturis fuo ipfarum pondere fponte id fluit. H.

t. Vt nuper inuentum eft) Exilibus regulis Sampfa inclufa. Columel. cap. 50. lib. XII. *Pint.*

u. Exilibus regulis pede inclufo) Exilibus regulis famfa inclufa. Pes, fiue famfa, *le marc des oliues*, oliuarum prima faex eft, primum recrementum, oliuae denique ipfae, ex quibus iam primae preffurae, feu primae notae oleum minore vi preli expreffum fit. Regula inftrumentum eft, quod ad facturam olei eumdem praeftat vfum, quem fifcus, feu fifcina: cuius quidem inftrumenti, ac moris, nec nomen vllum, nec veftigium reliquum eft. Columella, L. XII. c. 50. *Tum diligenter mundatam oliuam protinus in torcular deferri, et integram in fifcinis nouis includi, prelifque fubiici, vt quantum poffit, paulifper exprimatur.* En primam preli vndam. *Poftea refolutis corticibus, emoliri debebunt, adiectis binis fextariis integri falis in fingulos modios: et aut regulis, fi confuetudo erit regionis, aut certe nouis fifcinis famfa exprimi. Quod deinde primum defluxerit*, etc. Quod Plinio pes, hoc famfa Columellae; qui primum oliuam integram includi regulis, feu fifcinis, poftea et famfam iubet. Et vinaceorum quoque pedem, ex quo muftum tortiuum exprimatur, idem Columella vocat, laudatus a nobis libro fup. f. 23. Regularum idem, et c. 52. eiufdem duodecimi libri meminit: *Baccam,*

to pinguior ſuccus, minuſque gratus. Optima autem aetas *x.* ad decerpendum, inter copiam *y.* bonitatemque, incipiente bacca nigreſcere. Noſtri vocant drupas, Graeci vero [1] drypetas. *z.* Cetero [2] diſtat, an maturitas illa in torcularibus fiat, an ramis: rigua fuerit arbor, an ſuo tantum [3] bacca ſucco, nihilque aliud quam rores caeli biberit.

III. (II.) Vetuſtas oleo taedium affert, non item [4] vt vino: plurimumque aetatis [5] annuo eſt, prouida (ſi libeat intelligere) natura: quippe temulentiae naſcentibus vinis vti neceſſe non eſt: quin imo *a.* inuitat ad ſeruandum blanda [6] inueterati caries: [7] oleo noluit parci, [8] fecitque ea neceſſitate promiſcuum et vulgo. Principatum in hoc

1. *Drypetidas.* *Ch.* 2. *diſtant.* *M. et Ch.* 3. *vda.* *Dal.* 4. *et.* *Dal.* 5. *anno.* *M.* 6. *interueterati.* *Ch.* 7. *oleum.* *Vet.* 8. *fecitque veteratica.* *M.* *veteratum ea.* *Vet.*

cam, inquit, *manu ſtringito, et ſtatim purgatam prelo integram ſubiicito, et amurcam exprimito*, poſt primam ſcilicet preli vndam expreſſam. *Deinde ſuſpenſa mola oliuam frangito, eamque vel in regulas, vel in nouos fiſcos adiicito: ſubiectamque prelo ſic premito, ne vaſa intorqueas, ſed tantum ipſius preli pondere quantulumcumque exprimi patiaris. Deinde quum ſic fluxerit, etc.* Quam priore loco ſamſam, oliuam iſto appellat. H.

x. Optima autem aetas) Columella, L. XII. c. 52. *Antequam oliua nigreſcat, quum primum decolorari coeperit, nec tamen adhuc varia ſuerit.* H.

y. Inter copiam) Vt oleum reddat, neque quam maxima, neque quam minima copia: Vt bonitate item neque omnino optimae, neque infimae omnino notae. H.

z. Drypetas) Heſychio δρυπετεῖς, et Suidae. Athenaeus, L. II. p. 56. Δρυπετεῖς ἐλαίαι. ταύτας Ῥωμαῖοι δρύππας λέγουσι. H.

a. Quin immo) Adeo non cogit natura, vt vtare vino, vt etiam ad ſeruandum diutius inuitet, ſpe ſaporis melioris quem carie ac vetuſtate contrahit. Contra oleum, quum aetatem non ferat, cito iubet abſumi, etc. H.

hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venafrano *b.*, eiusque parte quae Licinianum fundit oleum: vnde et Liciniae *c.* gloria praecipua oliuae. Vnguenta hanc palmam dedere, accommodato ipsis odore. Dedit et palatum, [1] delicatiore sententia. De cetero baccas Liciniae nulla auis appetit. Reliquum certamen inter Istriae terram *d.* et Baeticae *e.* par est. Vicina bonitas prouinciis, excepto Africae frugifero solo. *f.* [2] Cereri totum id natura concessit: oleum ac vinum non inuidit tantum *g.*: satisque gloriae in messibus fecit. Reliqua erroris plena, quem in nulla parte vitae numerosiorem esse docebimus. (III.) Olivae constant nucleo, oleo, carne, amurca: sanies haec est eius amara. Fit ex aquis, ideo siccitatibus *h.* minima: riguis, copiosa. Suus quidem olivae

1. *Delicatiorem sententiam.* *M.* 2. *Ceteris.* *V, M.*

b. Venafrano) Martial. L. XIII. ep. 98. *Hoc tibi Campani sudauit bacca Venafri: Vnguentum, quoties sumis, et istud olet.* H.

c. Liciniae) De Liciniana olea, Cato de R. R. c. VI. p. 12. Varro, L. I. c. 24. et Colum. L. V. c. 8. p. 193. Iste et Licinianam, et Liciniam vocat. Nomen ei a Licinio Crasso. H.

d. Inter Istriae terram) Oleum Liburnicum, a Liburnia, quae adhaeret Istriae, sic cognominatum, laudat Apicius, L. 1. c. 5. H.

e. Baeticae) Cuius oleum et Strabo commendat, L. III. *καὶ ἔλαιον οὐ πολὺ μόνον, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον.* Vetus inscriptio apud Reines. p. 460. NEGOTIATORES. OLEARI. EX BAETICA. Et apud Gruter. p. 1116. MERCATOR. OLEI. HISPANI. EX PROVINCIA. BAETICA. H.

f. Africae frugifero solo) Byzaceno. Vide L. XVII. s. 3. H.

g. Non inuidit tantum) Sed et cetera quoque frugum aliarum commoda, seu pomorum inuidit. Ita MSS. omnes, etsi Barbarus negationis particula erasa legat, *inuidit tantum.* H.

h. Siccitatibus) Caelo soloque

vae succus oleum est, idque [1] praecipue ex immaturis intelligimus, sicut de omphacio docuimus. *i.* Augetur oleum *k.* [2] ad Arcturi exortum a. d. XVI. calendas *l.* Octobris: postea nuclei increscunt et caro. Quum sitienti imbres copiosi [3] accessere *m.*, vitiatur

1. *Praecipuum. Alii.* 2. *ab Arcturi exortu XVI. Cal. Gr. et Al.* 3. *incessere. Dal.*

loque sicco. Theophrast. de caus. plant. L. VI. c. 11. p. 364. H.

i. Docuimus) Cap. 27. lib. XII. *Dalec.*

Docuimus) L. XII. f. 60. H.

k. Augetur oleum) Ambo exemplaria: *Augetur oleum ad Arcturi exortum, ad XVI. etc.* verissima lectione, et quae patrono fulciatur Theophrasto. Erit ergo *ad Arcturi exortum*, ad tempus vsque quo exoritur Arcturus, quod est 16. calendas Octobris. Theophrastus libro primo de causis plantarum cap. vigesimotertio, *Nonnullis quodam tempore post copia largior data, vt oliuis post Arcturi exortum: ad id enim temporis vsque oleum augescere creditur: postea carnis incrementum succedit.* Pint.

l. A. d. XVI. Calendas) Hoc est, ante diem XVI. seu die ipse XVI. Calendas: qua de forma loquendi diximus, L. VIII. f. 70. Vide N. et Em. N. II. (hic pos.) *Ad A.)* Prius legebatur, *Ab Arcturi exortu ad XVI.* Errorem triplici ex fonte correximus: Primum, ex MSS. R. Th. Colb. in quibus *ad Arcturi exortum ad XVI.* scriptum reperimus. Deinde ex Theophr. de causis plant. L. VI. c. 11. p. 363. Λέγουσι γὰρ ὡς οὐδὲν πλέον ἴσχει τοῦ ἐλαίου μετ' Ἀρκτοῦρον, etc. Et eiusdem operis L. I. c. 23. p. 226. Μέχρι γὰρ ἀρκτούρου τὸ ἔλαιον ἐγγίνεσθαι δοκεῖ. Κατὰ δὲ τοῦτο τῆς σαρκὸς ἡ αὔξησις, etc. *Ad Arcturum vsque oleum augescere creditur: postea caro increscit.* Denique ex ipso Plinio, qui exortum Arcturi medium hoc ipso die statuit, L. XVIII. f. 74. H.

m. Quum sitienti imbres copiosi accessere) Nihil de hac siti Theophrastus, a quo Plinius haec omissa hausit, vt ipse manifestum facit mox paulo illum citans, quare ita ego legendum censuerim, *Quid si etiam imbres copiosi accessere, etc.* Theophrastus lib. I. cap. 23. de causis plant. *Postea carnis incrementum succedit, et si imbres copiosi accessere, oleum in amurcam deterius redditur.* Pint.

Quum sitienti) Quum post sicci-

vitiatur oleum in [1] amurcam. *n.* Huius color *o.* oliuam cogit nigrefcere: ideoque incipiente nigritia, minimum amurcae: ante eam nihil. Et error *p.* hominum falfus, exiftimantium maturitatis initium, quod eft [2] vitii proximum. Deinde, quod oleum crefcere oliuae carne arbitrantur, quum fuccus omnis in corpus abeat *q.*, lignumque *r.* intus grandefcat. Ergo tum maxime rigantur. *s.* Quod vbi [3] cura, multifue imbribus accidit, oleum abfumitur, nifi confequuta ferenitate, quae corpus extenuet. Omnino enim, vt Theophrafto placet *t.*, eft

1. *Amurca. M.* 2. *vitiof. Vet.* 3. *fic ex MSS. em. Hard. cura multa fiue imbribus Gr. et vulgg.*

ficcitatem imbres copiofi oleam rigant, corrumpitur oleum, et plus amurcae habet. Theophr. de cauf. L. I. c. 23. p. 226. Καὶ ἐὰν γε δὴ πλείω ποιῇ ὕδατα· καὶ χεῖρον γίνεσθαι τὸ ἔλαιον, ἀμοργὴν λαμβάνειν πλείω. H.

n. Vitiatur oleum in amurcam) Oleum deterius redditur et amurcae plus habet. Theoph. cap. 23. lib. I. Cauff. *Dalec.*

o. Huius color) Theophr. de cauf. L. VI. cap. 11. p. 363. H.

p. Et error) Quem Theophraftus pariter l. c. animaduertit. H.

q. In corpus abeat) In carnem: vnde faeces. H.

r. Lignumque) Nucleus, qui Graecis πυρήν. H.

s. Ergo tum maxime rigantur) Scribe, *Quod vbi cura, multifue imbribus accidit*, ex exemplari Toletano. Praeterea tranfpofitio huius particulae *vbi*, fenfum elegantem perdit. Lego igitur, *Ergo tum maxime vbi rigantur, quod cura, etc.* Theophraftus loco citato: *Enimvero fi calor vehementior fit, non eodem fungi officio poteft, fed velut alienus et adiectitius quidam deficit, vimque omnem fucci impellens ad carnem, corpus tantummodo crefcere cogit, quod etiam aeftate ac hieme imbrium acceffu et aquis fcaturientibus accidit incrementi tempore: caro enim crefcit, atque ita oleum alimenti nimietate abfumitur, nifi fequuta ferenitas corpus exficcet atque extenuet, fic enim feruari.* Pintianus.

t. Theophrafto placet) Loco citato. *Dalec.*

Vt Theophrafto) Ita nunc de

est olei causa calor: quare et in torcularibus *u.*, et iam [1] in cellis multo igne quaeritur. *x.* Tertia est *y.* culpa in parcimonia, quoniam propter impendium decerpendi, exspectatur vt decidat oliua. Qui medium *z.* temperamentum in hoc seruant, perticis decutiunt, cum iniuria arborum, sequentisque anni damno. *a.* Quippe oliuantibus *b.* lex antiquissima fuit: Oleam ne *c.* stringito, neue verberato. Qui cautissime *d.* agunt, arundine leui ictu, nec aduersos percutiunt ramos. Sic quoque *e.* alternare fructus cogitur decussis germinibus. [2] Nec minus *f.*, si exspectetur vt [3] cadat: haerendo enim vltra suum tempus, absumunt venientibus

K 2 alimen-

1. A. Ch. 2. At minus, etc. absumit, etc. detinet, sub, fructus. Dal. 3. cadat. Haerendo etc. Gr. et Al.

de caus. pl. L. I. c. 23. p. 226. legitur. H.

u. In torcularibus) Cato cap. 65. *Dal.*

x. Igne quaeritur) Paratur, conficitur, seruaturque. Cato de R. R. c. 65. *Quam calidissimum torcularium, et cellam habeto.* Columella L. I. c. 6. p. 27. *Torcularia praecipue, cellaeque oleariae calidae esse debent, quia commodius omnis liquor vapore soluitur, ac frigoribus magis constringitur: oleum quod minus prouenit, si congelatur, fracescet, etc.* H.

y. Tertia est) Theophr. l. c. H

z. Qui medium) Theophr. l. c. et de caus. L. V. p. 328. H.

a. Anni damno) Theoph. loco citato. *Dalec.*

b. Oliuantibus) Oliuas colligentibus. *Dal.*

c. *Oleam ne)* Cato de R. R. c. 144. p. 76. *Oleam ne stringito, neue verberato iniussu domini aut custodis.* Stringere hic decutere est, decerpere, manu legere. Sic *quernas glandes stringere* dixit Virg. Georg. L. I. v. 305. H.

d. Qui cautissime) Ita et Varro de R. R. L. I. c. 55. H.

e. Sic quoque) Vel sic, inquit, iniuria fit arbori, decussis germinibus: ac nonnisi altero quoque anno fructum fert arbos. H.

f. Nec minus) Subintellige, damnum. H.

alimentum, et detinent locum. Argumentum eſt, quod niſi ante Fauonium *g.* [1] collectae, nouas vires reſumunt, et difficilius cadunt.

IV. Prima ergo ab *h.* autumno colligitur, vitio operae *i.*, non naturae, pauſia, cui plurimum carnis: mox orchites, cui olei: poſt radius. Has enim ocyſſime occupatas, quia ſunt tenerrimae, amurca cogit *k.* decidere. Differuntur vero etiam in Martium menſem calloſae, contra humorem pugnaces, ob idque minimae, Licinia *l.*, Cominia *m.*, Contia, Sergia, quam Sabini regiam vocant, non ante Fauonii afflatum nigreſcentes, hoc eſt [2] a. d. VI. Idus Febr. Tunc arbitrantur eas matureſcere: et quoniam probatiſſimum ex iis fiat oleum, accedere etiam ratio prauitati *n.* videtur. *o.* Ferunt-

1. *Oliuae coll.* *D.* 2. *ad VI. id. Gr. et Al.*

g. Ante Fauonium) Quo tempore is oriatur, dictum eſt, L. II. ſ. 47. et mox dicetur ſect. ſq. H.

h. Prima ergo ab, etc.) Columellae oliuarum decem genera, Pauſia, Licinia, Sergia ſiue Regia, Radius, Neuia, Culminia, Cominia Plinio, Orchites, Algiana, Murtea, Circites, Contia Plinio. *Dal.*

i. Vitio operae) Culturae. H.

k. Amurca cogit) Metus amurcae, ſiue metus, ne in amurcam, vt dictum eſt ſuperius, oleum vitietur, facit vt celerrime ea olearum genera occupentur, ſeu ſtringantur, ac demetantur.] [Similis forma loquendi L. XIV. ſ. 28. *Vt bibere mors cogat.* H.

l. Licinia) Liciniana, Sergiana, et Culminea, Macrobio, Sat. L. II. c. 16. p. 379. Varroni haec Colminia, Culminia Columellae. At Cominia Palladio, L. III. in Febr. tit. 18. p. 64. H.

m. Cominia) Varro lib. I. cap. 24. *Colminia.* Cato cap. 6. *Colmiana.* Columella lib. XII. cap. 48. *culminea:* Palladius lib. III. titulo 18. et codices ſcripti *cominia* cum Plinio. *Pint.*

n. Accedere etiam ratio prauitati videtur) *Paruitati* legerem potius quam *prauitati*, quia praeceſſit paulo ante *minimae.* Pint. *Accedere*

Feruntque frigore *p.* [1] sterilitatem fieri, sicut copiam maturitate: quum sit illa *q.* bonitas non temporis, sed generis, [2] tarde putrescentium in amurcam. Similis error *r.* collectam seruandi in tabulatis, nec priusquam sudet premendi: quum omni [3] mora oleum decrescat, amurca augeatur. Itaque vulgo non amplius senas libras *s.* singulis modiis exprimi dicunt. Amurcae mensuram nemo agit, quanto ea copiosior reperiatur in eodem genere diebus adiectis. Omnino in [4] vita error est publicus, tumore oliuae crescere oleum [5] existimantium: praesertim quum magnitudine copiam olei non constare, indicio sint quae regiae *t.* vocantur, ab aliis maiorinae, ab aliis phauliae *u.*, grandissimae,

1. *Suauitatem. Dal.* 2. *tarditate. D.* 3. *hora. M.* 4. *victu. Ch.* 5. *existimandi. Ch.*

etiam ratio, etc.) Praue iudicantium hominum opinioni. *Dalec.*

o. Videtur) Patrocinari quodammodo errori hominum praue iudicantium ratio nonnulla videtur. H.

p. Frigore, etc.) Exactae hiemis, qua memorata oliuarum genera non colliguntur. *Dalec.*

q. Quum sint illa) Quum olei bonitas non tempori, sed oliuarum naturae tribuenda sit: quae si diutius in arbore haereant, putrescunt, nec oleum reddunt, sed amurcam. H.

r. Similis error) Cato capite 64. *Dalec.*

Similis error) Cato de R. R., c. 64. *Olea vbi matura erit, quam primum cogi oportet: quam minimum in terra, et in tabulato esse oportet. In terra et in tabulato putrescit.* H.

s. Senas libras) Olei scilicet, e singulis olearum modiis. H.

t. Quae regiae) A Sergia diuersae, quam Sabini quoque regiam appellarunt, vt paulo ante dictum est. H.

u. Phauliae) Tales afferuntur ex Hispania et Africa. *Dalec.*

Phauliae) Pauliae Macrobio, Sat. L. II. c. 16. p. 379. male pro *Phauliae*. De his Theophr. de caus. plant. L. VI. c. 11. p. 364. ὧν δὲ ἡ σὰρξ πολλὴ, ὁ δὲ πυρὴν μικρὸς, ὀλιγοέλαιοι, καθάπερ αἱ

mae, [1] alioqui minimo ſucco. [2] Et in Aegypto carnoſiſſimis olei exiguum. Decapoli vero Syriae perquam paruae, nec cappari [3] maiores, carne tamen commendantur. Quam ob cauſam Italicis transmarinae praeferuntur *x.* in cibis, quum oleo vincantur: et in ipſa Italia ceteris Picenae *y.*, et Sidicinae. Sale illae *z.* [4] priuatim condiuntur, et vt reliquae, [5] amurca ſapaue: nec non aliquae *a.* oleo ſuo ſine accerſita [6] commendatione. Muriae *b.* inna-

1. *Alioquin Gr.* 2. *Eſt et in. M.* 3. *maiores carne oleo tamen. Dal.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. illae primum cond. Gr. et Al.* 5. *muria. Vet.* 6. *commendatione purae innatant, col. Gr. et Al.*

ai φαυλίαι. Quibus caro multa, nucleus vero minimus, ſuccum ſiue oleum parciſſime fundunt, vt phauliae. H.

x. Praeferuntur) Ob magnitudinem. *Dal.*

y. Picenae) Martial. pariter Epigr. L. I. p 44. laudat eam, *Quae de Picenis venit oliua cadis.* Et L. V. ep. 79. *Succurrent tibi nobiles oliuae, Piceni modo quas tulere rami.* Sidicinae vero a Teano Sidicino nomen accepere, de quo L. III. ſ. 9. H.

z. Sale illae) Columella, L. XII. c. 47. p. 453. *Alii ſiue contuderint, ſiue inſecuerint oliuas, modico ſale cocto . . . immiſcent: deinde ſapam vel paſſum infundunt.* Vide et c. 48. p. 456. H.

a. Nec non aliquae) Columella, L. XII. c. 47. *Oliuae pauſiae, quum iam decolorantur, antequam miteſcant, cum petiolo leguntur, et in oleo quam optimo ſeruantur: haec maxime nota, etiam poſt annum, repraeſentat viridem ſaporem oliuarum.* H.

b. Muriae innatant) Vide N. et Em. N. III. (hic adi.) *Muriae)* Huius loci ſic emendandi nobis auctor extitit Columella, vbi de oliuis colymbadibus parandis agens, L. XII. c. 47. p. 454. *Quidam, inquit, vnam partem muriae, et duas aceti miſcent, eoque iure oliuas pauſeas colymbades faciunt: quibus ſi per ſe quis vti velit, ſatis iucundas experietur: quamuis et hae quum exeunt de muria, condituram qualemcunque recipere poſſunt.* Palladius item L. XII. in Nouembr. toto tit. 22. quem conſule; et Athen. L. IV. p. 133. quem in Nott. ante lauda-

[1] innatant colymbades *c.*: franguntur eaedem, herbarumque *d.* viridium sapore condiuntur. Fiunt et praecoces *e.* feruenti aqua perfusae, quamlibet immaturae. Mirumque, dulcem succum oliuas bibere *f.*, et alieno sapore *g.* infici. Purpureae sunt et in iis, vt [2] vuis, in nigrum colorem transeuntibus, pausiae. Sunt et superbae *h.*, praeter iam dicta genera. Sunt et praedulces, per se *i.*

 tantum

1. *Innatant. Colymbades franguntur, eaedemque herbarum. M. Lego, commendatione. Muriae innatant colymbades, etc.* 2. *vuae in nigrum colorem transeuntes. Vet.*

laudauimus. In libris hactenus editis, *purae*, non *muriae* legebatur, et vitiosa praeter id interpunctione locus laborabat: sic nempe: *nec non aliquae oleo suo sine accersita commendatione purae innatant colymbades.* H.

c. Colymbades) Κολυμβάδες dicuntur, *παρὰ τὸ κολυμβᾷν*, ab innatando, quod muriae innatent, inquit Athen. Lib. IV. p. 133. vnde et *ἁλμάδες* eaedem vocatae, *ἀπὸ τῆς ἅλμης*, a muria. Cael. Aurelian. Chronic. c. 3. *vel natantibus oliuis, quas colymbadas appellant*: vnde et *νηκτρίδες ἀπὸ τοῦ νήχεσθαι*, hoc est, natare, Polluci dicuntur, L. VI. c. 8. H.

d. Herbarumque, etc.) Praecipue feniculi, in Narbonensi Gallia *Dal.*

Herbarumque) Praesertim feniculi, vt auctor est Columella, L. XII. c. 47. p. 453 qui mos hodieque in Gallia Narbonensi obtinet: apii quoque et rutae, ex eodem, c. 48. p. 456. H.

e. Et praecoces) Hoc est, aptae cibo, ac mensis: nec feruenti tantum aqua perfusae, sed et lixiuio cinere in Gallia. H.

f. Oliuas bibere) In maturitate acerbas. *Dal.*

g. Et alieno sapore) Herbarum, vt dictum est, sapore, ac muriae, sapaeue. H.

h. Et superbae) Hispanicam nunc oliuam vocant, *olive d' Espagne*, crassam et carnosam, nucis magnitudine. H.

i. Per se, etc.) Nulla conditura. *Dal.*

Per se tantum) Non igne, aut Sole siccatae, sed sola aetate. H.

tantum siccatae, vuisque passis dulciores, admodum rarae in Africa, et circa Emeritam Lusitaniae. Oleum ipsum *k.* sale vindicatur [1] a pinguitudinis vitio. Cortice oleae [2] conciso odorem accipit *l.* medicati: alias, vt vino, palati gratia nulla est. *m.* Nec tam numerosa *n.* differentia: tribus vt plurimum *o.* bonitatibus [3] distat. Odor in tenui argutior *p.*, et is tamen etiam in [4] optimo breuis. *q.*

V. (IV.) Oleo natura *r.* tepefacere corpus, et contra algores munire: eidemque feruores capitis refrigerare. Vsum eius ad luxuriam vertêre Graeci, vitiorum omnium genitores, in gymnasiis publican-

1. *A pinguedinis. M.* 2. *concisae od. accepit. Medicatio. M. concisae od. accipit. Medicatio alias vt vino. Parm. Lego, Cortice olea conciso odorem accipit medicatum, alias palato gratia nulla est. Nec tam num. vt vini differ. Da. Cort. ol. con. od. ac. medicatio. Ch.* 3. *distat odor. M.* 4. *optima. M.*

k. Oleum ipsum, etc.) Ne concrescat et spissetur supra modum. *Dal.*

l. Odorem accipit) Si cortex oleae concidatur, inquit, quod oleum ex oliuis exprimitur, refert vnguenti odorem: alias palatum non vllo eximio sapore inuitat, titillatue: sicut nec vinum, ni vitis ante putetur. Haec perperam, vt alia quam multa, Dalecampius accipit. H.

m. Palati gratia nulla est) Palatum vini modo, non aliquo eximio insignique sapore, titillat ac inuitat, oleosa sua lenitate solum gratum. *Dal.*

n. Nec tam numerosa) Nec tot olei, quot vini, genera. H.

o. Tribus vt plurimum, etc.) Prima, secunda, et tertia pressura, Columella. *Dalec.*

p. Argutior) Acutior. H.

q. Breuis) Non durabilis, etiam in oleo optimo: quum plurimum aetatis anno sit, vt dictum est sect. 3. H.

r. Oleo natura) Haec pariter Dioscorides L. I. c. 30. De Graecorum gymnasiis, scite Prudentius in Hamartig. v. 365. *Sic Lacedaemonias oleo maduisse palaestras Nouimus, et placidum seruire ad crimina succum.* H.

blicando. Notum eſt, magiſtratus *s.* honoris eius, octogenis *t.* ſeſtertiis ſtrigmenta olei vendidiſſe. Oleae honorem Romana maieſtas magnum [1] praebuit, turmas equitum Idibus *u.* Iuliis ex ea coro-

K 5 nando:

1. *Perbibuit. Ch.*

s. Magiſtratus, etc.) Qui gymnaſiis praeſunt. *Dal.*

Magiſtratus) Gymnaſiarchas, et athletarum ludis praefectos. H.

t. Octogenis) Seſtertia hic generis, vt vocant, neutri intellige: quorum ſingula ſeſtertios valeant mille: octogena, millia octoginta; ſeu monetae Gallicae libras 8000. De his olei ſtrigmentis, quae eradi e balineis ſolebant, quas ad vſus medicinae vtilia putarentur, dicetur L. XXVIII. ſ. 13. H.

u. Turmas equitum Idibus etc.) Quintus Fabius Rutilianus, equites Romanos equis inſidentes, et olea coronatos, idibus Quintilibus ab aede honoris in Capitolium tranſire, et tranſuehi ſtatuit, ordinis eius recognoſcendi et probandi gratia. *Auguſtus*, inquit Suetonius, *turmas equitum frequenter recognouit poſt longam intercapedinem reducto more tranſuectionis: ſed neque detrahi quemquam in tranſuehendo ab accuſatore paſſus eſt, quod fieri ſolebat, etc.* Atque id eſt, quod Vlpianus, eum, qui equo publico in Capitolium tranſuehitur, in ius vocari non poſſe. Alia fuit equitum porro cenſio, de qua fuſe Raeuardus cap. 15. II. Var. Iuſt. Lipſ. de milit. Rom. lib. I. dial. 5. *Dal.*

Turmas equitum) Liuius in fine L. IX. p. 170. *A. Q. Fabio Maximo inſtitutum dicitur, vt Equites Idibus Quintilibus tranſueherentur.* Et de eo more Suetonius in Auguſto, c. 38. *Equitum turmas frequenter recognouit, poſt longam intercapedinem reducto more tranſuectionis.* De hoc ritu multa prolixe Dion. Halic. A. R. L. VI. p. 351. Θυσίαι τε πολυτελεῖς, ἃς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὁ δῆμος ἐπιτελεῖ διὰ τῶν μεγίστων ἱππέων ἐν μηνὶ Κυιντιλίῳ λεγομένῳ ταῖς καλουμέναις εἰδοῖς, ἐν ᾗ κατώρθωσαν ἡμέρᾳ τόνδε τὸν πόλεμον· ὑπὲρ ἅπαντα δὲ ταῦτα ἡ μὲν τὴν θυσίαν ἐπιτελουμένη πομπὴ τῶν ἐχόντων τὸν δημόσιον ἵππον, οἱ κατὰ φυλάς τε καὶ λόχους κεκοσμημένοι, στοιχηδὸν ἐπὶ τῶν ἵππων ὀχούμενοι πορεύονται πάντες, ἐκ μάχης ἥκοντες, ἐστεφανωμένοι θαλλοῖς ἐλαίας, καὶ πορφύρας φοινικοπαρύφους ἀμπεχό-

nando: item minoribus triumphis ouantes. *x.* Athenae quoque victores olea coronant, Graeci vero oleastro Olympiae. *y.*

VI. (V.) Nunc dicentur Catonis placita de olivis. *z.* In calido et pingui solo radium maiorem, Salen-

ἀμπεχόμενοι τηβέννας, τὰς καλȣμένας τραβέας, etc. *Splendidum sacrificium, quod populus Rom. quotannis per insignes equestris ordinis viros Idibus Quintilibus peragit, qua die haec illi victoria contigit. Praeter omnia vero post sacrificium transuectio eorum, qui equos habent ex publico: qui per tribus et centurias distincti, ordine in equis vehuntur omnes, quasi e pugna redeant, coronati fronde oleaginea, et palmatis e purpura togis amicti, quas vocant trabeas*, etc. H.

x. *Ouantes*) Ouantium igitur corona, et oleaginea fuit: et myrtea, laureaque, vt dicetur f. 38. Sed et *oleagineis coronis*, inquit Festus, *ministri triumphantium vtebantur, quod Minerua Dea belli esse putabatur.* Quare Virgilius, qui se triumphorum Augusti Caesaris ministrum deligi et haberi studuit, ita cecinit Georg. L. III. v. 21. *Ipse caput tonsae foliis ornatus oliuae Dona feram.* H.

y. *Oleastro Olympiae*) Theocriti interpres et Aristophanis, Aristoteles in Pantho Callistephani oleae ramis, non oleastri coronatos fuisse tradunt. Eius autem folia extra, non intus, candicare: ramos esse myrto similes: plantatam eam ab Hercule in Olympia. Rhod. cap. 19. XII. Olympicorum certaminum initia et progressus fuse docet ex Pausania idem auctor cap. 17. XIII. Atheniensium duces ad bellum profecturos fronde ex olea sacra sumpta coronari solitos scribit Alex. ab Alex. cap. 3. lib. III. *Dal.*

Oleastro) Vide Geop. L. IX. c. 1. p. 218. et 219. Archias in Anthol. L. I. ep. 1. Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί. Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς. Hoc est, interprete Grotio: *Bis duo Graiugenae certamina sacra celebrant: Dona: apium, pinus, mala, feraeque oleae:* Quae Lucianus in Anacharsi, siue de gymnasiis, fere complexus, p. 787. Ὀλυμπιάσι μὲν ςέφανος ἐκ κοτίνȣ, Ἰσθμοῖ δὲ ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ, σελίνων πεπλεγμένος. H.

z. *Catonis placita de olivis*) Cap. 6. *Dal.*

Catonis)

Salentinam, orchitem, pausiam, [1] Sergiam, [2] Cominianam *a.*, albiceram *b.* seri iubet: adiicitque *c.* singulari prudentia, quam earum [3] in finitimis locis optimam esse dicant. In frigido autem et macro, Liciniam. Pingui enim aut feruenti vitiari *d.* eius oleum, arboremque ipsam fertilitate consumi: musco praeterea *e.* [4] rubro infestari. Spectare oliveta *f.* in Fauonium loco exposito [5] Solibus censet: (VI.) nec alio vllo modo laudat. *g.* Condi olivas

1. *Sergianam. Gr.* 2. *colminianam Cato.* 3. *in iis locis. Cato et Vet.* 4. *et robo. Ch.* 5. *Solibus censet. Nec alio vllo modo laudat, condi oliuas optimà orchites, et pausias, quam vel virides Gr. et Al.*

Catonis) Ita nunc in L. de R. R. c. 6. p. 12. Eadem Varro habet de R. R. c. 24. Confer ea cum iis quae Geopon. auctor affert L. IX. c. 4. H.

a. Cominianam) Cato, *Colminianam.* Varro, *Colminiam, albicerem.* Columella, L. XII. c. 49. *Culmineam*, vt supra monuimus. H.

b. Albiceram) A Macrobio Sat. L. II. c. 16. p. 379. *albigerus* pro *albicerus olea* appellatur. H.

c. Adiicit) Verba haec sunt Catonis: *Quam earum in his locis optimam dicent esse, eam maxime serito.* Ex Plinio certe emendandum, *vicinis locis.* H.

d. Vitiari, etc.) Nequam esse hostum, id est fructum. Cato. *Dalec.*

e. Musco praeterea) Vide N. et Em. N. IV. (hic pos.) *Musco*) In Chiffl. codice, *musco praeterea et robo.* In aliis, *et robore.* Aeque inepte: nam similiter Cato haec prodidit, c. 6. *Et ferundo arbor peribit, et muscus ruber molestus erit.* Quin Plinius ipse rursum alibi de morbis oleae disputans, L. XVII. s. 37. *Nocere tradit Cato*, inquit, *et muscum rubrum.* Adde et Columellam, L. V. c. 9. p. 198. H.

f. Spectare olíueta) Varro l. c. ex Catone: *Agrum oliveto conserendo, nisi qui in ventum Fauonium spectet, et Soli ostentus sit, alium bonum nullum esse.* Catonis eadem verba sunt, c. 6. Columella quoque L. V. c. 9. p. 196. et Palladius, L. III. in Febr. tit. 18. p. 64. H.

g. Nec alio vllo modo laudat) Haec fere omnia Cato a cap.

vas *h.* [1] optime, orchites, [2] et pausias *k.*, vel virides in muria, vel fractas in lentisco. Oleum [3] quam *l.* acerbissima oliua optimum fieri. Cetero *m.* quamprimum e terra [4] colligendam: si inquinata sit, lavandam: siccari triduo satis esse. Si gelent frigora, quarto die premendam: hanc et sale aspergi. Oleum in *n.* tabulato minui, deteriusque fieri: item et in amurca *o.*, et fracibus *p.*: hae sunt carnes,

1. Maxime. 2. et pausias, vel virides, quam in muria. M. *3. quam acerbissimum diu (leg. die, i. e. tempore) optimum.* M. *4. colligenda: si inquin. sit, lavanda: sic. trid. sat esse si gelent frigora. Quarto die premenda. Has et.* M.

a cap. 64. ad cap. 69. *Dalec. Nec vllo alio modo laudat*) Haec verba praecedenti capiti annectenda esse recte monet doctissimus Fulvius Vrsinus super Varr. de R. R. pag. 41. et 60.

h. Condi oliuas) Cato cap. 117. *Dal.*

Condi) Cato, c. 7. p. 13. *Oleas orchites, posias: eae optime conduntur, vel virides in muria, vel in lentisco contusae*, hoc est, in oleo lentiscino. Sic etiam Varro L. I. c. 60. H.

k. Pausias) Ad verbum haec Varro cap. 60. lib. I. *Dal.*

l. Oleum quam) Cato, c. 65. p. 46. *Quam acerbissima olea oleum facies, tam oleum optimum erit.* H.

m. Cetero) Verba Catonis l. c. *Oleum viride sic facito: Oleam quam primum ex terra tollito: si inquinata erit, lauito: a foliis et stercore purgato. Postridie, aut post diem tertium, quam lecta erit, facito. Si gelicidia erunt, quum oleam coges, triduum aut quatriduum post, oleum facito. Eam oleam, si voles, sale inspergito.* H.

n. Oleum in) Cato, c. 64. p. 45. *Nolito credere oleum in tabulato posse crescere — olea quae diu fuerit in terra, aut in tabulato, inde olei minus fiet, et deterius.* Hoc Catonis placitum laudat maximopere Columella, L. XII. c. 50. p. 462. Oleum certe in tabulato crescere tam falsum est, quam in area frumenta crescere. H.

o. Item et in amurca) Subintellige, minui oleum: si in amurca diutius maneat, vel in fracibus. Sic oliuarum carnes vocant, quae vbi succus omnis, hoc est, oleum fluxit, cum nucleo manent:

nes, et [1] inde faeces. Quare ſaepius die [2] capulandum *q.*: praeterea in conchas, et plumbeas *r.* corti-

1. *Nudae. Dal.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. decapulandum. Gr. et vulgg.*

manent: et ex iis ſunt faeces, *le marc des oliues.* H.

p. Fracibus) *Fragibus* vett. a frangendo tamquam fragmentis. Eae ſunt reliquiae fractarum ac contuſarum trapetis oliuarum: vnde *fraceſcere*, ſeu frageſcere, apud Catonem et Nonium ex Accio. Turn. c. 7. L. XXVIII. *Dalec.*

q. Quare ſaepius die decapulandum) Archetypum Toletanum non *decapulandum* habet, ſed *crapulandum.* Salmanticenſe, *copulandum.* Scribo *capulandum*, vnde dicti *capulatores.* Cato cap. 67. *Ligna in torculario ne cedant, oleum frequenter capulent.* *Decapulo* verbum nuſquam, quod meminerim, legi: quamobrem Hermolaus qui in lexico Plinianarum caſtigationum id agnoſcit, et poſt Hermolaum alii, quibus vel Hermolai auctoritas, vel vitioſum Plinii exemplar impoſuit, vbi id legerint, ipſi rationem reddant. *Pint. Quare ſaepius die decapulandum*) Decapulandum conchis, et plumbeas oportere eſſe cortinas, Cato cap. 66. *Dal.*

Capulandum) Deplendum, dehauriendum, in alia labra ſeu vaſa transferendum: *Nam quanto ſaepius tranſlatione ipſa ventilatur, et quaſi exercetur*, inquit Columella, L. XII. c. 50. p. 460. *tanto fit liquidius, et amurca liberatur.* Cato, c. 66. *Vbi factores vectibus prement, continuo capulator concha oleum quam diligentiſſime poterit, tollat, nec ceſſet: oleum in labrum primum indito: inde in alterum dolium, etc.* Capulator a capulis, quae ſunt anſata vaſa, nomen habet. Idem Cato, c. 64. p. 45. *Oleum, ſi poteris, bis in die depleto: nam oleum quam diutiſſime in amurca et in fracibus erit, tam deterrimum erit.* Et c. 67. *Oleum frequenter capulet.* Huc pertinere arbitramur inſcriptionem veterem, apud Gruterum ex Sirmondo, p. 108. CAPLATORES. TIBVRTES. Iidem et doliarii, credo, appellati, quod oleum in dolia diffunderent. Apud eundem Gruterum, p. 583. CHRYSOGONVS. SER. DOLEAR. *Seruus dolearius.* H.

r. Et plumbeas) Cato, c. 66. p. 46. *Cortinam plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat.* · · · *Vaſe aheneo ad oleum*

cortinas: aere vitiari. Feruentibus *s.* omnia ea fieri clausisque *t.* torcularibus, et quam minime ventilatis: ideo nec ligna ibi [1] caedi *u.* oportere: qua de causa e nucleis ipsarum ignis aptissimus. Et e cortinis in labra fundendum, vt [2] fraces et amurca [3] liquentur. *x.* Ob id crebrius vasa [4] mutanda *y.*, fiscinas *z.* spongia tergendas, vt quam maxi-

1. *Accendi. Ex Colum.* 2. *faeces. Ch.* 3. *linquantur. Dal.* 4. *mundanda Gr. et Al.*

oleum ne vtatur: nam si vtetur, oleum male sapiet. Cortina Gallis, *une chaudière.* H.

s. Feruentibus) Columella cap. 6. lib. I. *Dal.*

Feruentibus) Calidis, vt diximus §. 3. H.

t. Clausisque) Cato, l. c. *Caueat quam minimum in torcularium et in cellam introeatur.* Vide et Colum. L. XII. c. 50. p. 461. Torcularium, *le pressoir.* H.

u. Ideo nec ligna ibi caedi oportere) *Illud autem in totum praecipiendum habeo, vt neque fumus, neque fuligo, quamdiu viride oleum conficitur in torcular admittatur, aut in cellam oleariam, etc.* Columel. lib. XII. cap. 50. *Dalec.*

Ideo nec ligna) Cato, c. 47. *Ligna in torculario ne caedant.* H.

x. Vt fraces et amurca liquentur) Adde dictionem *solide*, ex vetere lectione, *vt fraces et amurcae liquentur solide.* Pint.

Liquentur) Sic libri omnes, etiam MSS. Hoc est, vt fraces et amurca, quae in fundo sidunt, paulatim liquefiant, idque quod in ipsis est olei, sponte reddant. H.

y. Ob id crebrius vasa mundanda) Scribendum *mutanda* non *mundanda*, ex vtroque exemplari, rectissime. Cato capite 66. et 67. *Pint.*

Ob id crebrius) Vide N. et Em. N. V. (hic pos.) *Ob id*) Prius *vasa mundanda* in editis: in plerisque autem manu exaratis, tum nostris, tum quos Pintianus vidit, *mutanda*: quae vox sincerior visa est, quod Catonem testem habet, c. 67. *Capulator concha oleum quam diligentissime poterit, tollat, nec cesset: amurcam caueat ne tollat. Oleum in labrum primum indito: inde in alterum dolium indito: de iis labris fraces amurcamque semper subtrahito.* Et c. sq. *Quotidie lacum oleo commutet, donec in dolium peruenerit.* H.

z. Fiscinas) Cato, c. 67. *Fiscinas spongia effingat.* Fiscus

maxime pura finceritas conftet. Poftea inuentum, vt lauarentur vtique feruenti aqua: protinus prelo fubiicerentur folidae, ita enim amurca exprimitur: mox trapetis [1] *a.* premerentur iterum. Premi plus quam centenos modios, non probant. Factus vocatur. *b.* Quod vero poft molam primum eft, flos. *c.* [2] Factus tres *d.* gemino foro

1. *Fractae premerentur: iterum premi etc. Gr. et Al.* 2. *Factus tergeminos fere Gr. et Al.*

fcus feu fifcina, qualis eft in quo oliuae ponuntur, quum fubiiciuntur prelo, vt exprimantur, tefte Columella L. XII. c. 29. *Vn panier d'ofier.* H.

a. Mox trapetis fractae) Scribendum ita vt dictio *iterum* ad priora pertineat. Non abs re fuerit, quando *trapeti* mentionem incurrimus, confutare errabundam Seruii grammatici et aliorum qui eum fequuti funt, opinionem, circa *trapeti* intellectum. Exponens enim verfum Virgilianum fecundi Georgicon: *Venit hiems: teritur Sicyonia bacca trapetis:* Seruius, *Trapetis*, inquit, *molis oliuaribus*, falfum effe documentum hoc, Columella, vt reliquos, omittamus, nos docet libro decimo fecundo, capite quadragefimo nono. *Oleo*, inquit, *conficiendo molae vtiliores funt quam trapetum: trapetum quam canalis et folea. Eft et organon erectae tribulae fimile, quod rudicula appellatur, idque non incommode opus efficit, pro conditione tamen et regionum confuetudine praedictae machinae exercentur.* Haec Columella, cuius ex verbis elicitur conficiendo oleo quinque fuiffe in vfu machinas, molam, trapetum canalem, foleam, rudiculam. *Pint.*

Mox trapetis) Varro de L. L. Lib. IV. p. 34. *Trapetes, molae oleariae vocantur.* Trapetum dixit Columella, L. XII. c. 50. H.

b. Factus vocatur) Vnde factores appellati, qui oliuas premunt, apud Catonem, c. 66. Factum, vel factus, vt dictum eft, centeni funt oliuarum modii. H.

c. Flos) Prima vnda preli, vt dictum eft f. 2. *Huile vierge.* H.

d. Factus tergeminos fere a quaternis hominibus) Codex Salmanticenfis, *Factus tres gemino ferro a quaternis hominibus:* vt forte *ferrum* appellet, quem Cato *vectem.* Pint.

foro *e*. a quaternis hominibus nocte ac die premi iustum est.

VII. (VII.) Non erat tum *f*. [1]fictitium oleum: ideoque arbitror [2] de ea nihil a Catone dictum: nunc eius genera plura. Primumque persequemur ea, quae ex arboribus fiunt, et inter illas ante omnes ex oleastro. Tenue id, multoque amarius quam oleae: tantum ad medicamentum vtile. Simillimum huic est ex chamelaea *g*., frutice saxoso, non altiore palmo *h*., foliis [3]oleastri, [4]baccisque. *i*. Proximum fit et e cici *k*., arbore in Aegypto

1. Sic ex MSS: em. Hard. factitium Gr. et vulgg. 2. sic ex MSS. em. Hard. consentit Ch. arbitror nihil a Catone Gr. et vulgg. 3. oleae. Diosc. 4. baccisque proximum. Fit et e. M.

e. Gemino foro) Forum in torculari locus est, quo defertur olea vel vua vt prematur: qua notione a Varrone, de R. R. Lib. I. c. 54. et a Catone, c. 18. accipitur. *Vne cuve.* Prius legebatur, *tergeminos fere.* In MSS. R. 1. *tres gemino fero.* In R. 2. *tres gemino foro.* H.

f. Non erat tum, etc.) Vide cap. 4. lib. XXIII. *Dal.*

g. Ex chamelaea, etc.) Vide infra cap. 14. lib. XXIV. et cap. 7. lib. XXV. *Dalec.*

Ex chamelaea) De qua dicemus L. XXIV. s. 82. H.

h. Non altiore palmo) Ramis dodrantalibus, foliis oleae. Dioscor. *Dal.*

i. Foliis oleastri baccisque) Oleae similitudine, quae baccifera est. Plinius decipitur. Chamelaea enim baccas non gignit, sed fructum triangulum principio viridem, deinde rubrum. *Dal.*

k. Fit et e cici, arbore in Aegypto copiosa) Legend. *fit et e cici arbore in Aegypto copiosa: aliis crotonem, aliis Sili, aliis Sesanium agreste appellantibus: quae non pridem et in Hispania repente prouenit.* Salmas. p. 977. a, b.

Fit et e cici, arbore in Aegypto copiosa) Fallitur et hic Plinius. Herba est, non arbor. *Dalec.*

E cici) Diosc. L. IV. c. 164. Κίκι, ἢ κρότων, οἱ δὲ σήσαμον ἄγριον, οἱ δὲ σέσελι Κύπριον, οἱ δὲ κρότωνα. Et in Nothis: Αἰγύπτιον σύσθαμνα· οἱ δὲ τρίξιν. Ῥωμαῖοι ῥικίνουμ. Oleum ipsum κίκινον vocat Galen.

gypto *l.* copiosa: alii crotonem, alii [1] trixin *m.*; alii sesamum siluestre appellant: ibique non pridem. [2] Et in Hispania repente prouenit altitudine oleae *n.*, caule ferulaceo, folio vitium, semine vuarum gracilium pallidarumque. Nostri eam ricinum vocant a similitudine *o.* seminis. Coquitur *p.* id in aqua, innatansque oleum tollitur. *q.* At in Aegypto *r.*, vbi abundat, sine igne et aqua sale aspersum exprimitur, cibis foedum, lucernis [3] vtile. *s.* Amygdalinum, quod aliqui metopium *t.* vocant,

1. *Sibin. M. Seseli Cyprium. Diosc. sibi. Ch.* 2. *Exin Hispaniae. M. Hispania repente. Vet. Et in Hisp. sponte. Dal.* 3. *exile. M. et Ch.*

Galen. in expl. voc. Hippocr. T. II. p. 81. H.

l. Arbore in Aegypto) Et arborem Diosc. vocat, quam is describit l. c. ficus altitudine, platani foliis etc. Et Theophr. histor. L. I. c. 18. Galenus quoque κατὰ γένη, L. III. c. 5. p. 728. vt plane mirer a Dalecampio Plinium hoc loco insimulari erroris, qui cici arborem, non herbam, vocarit. H.

m. Alii trixin) R. 2. Th. et Chiffl. *alii sibi.* R. et Colb. 1. 2. *alii siue.* Forte, *alii sili*, quae vox Plinio, pro *seseli*, familiaris. H.

n. Altitudine oleae) Altitudine ficus, cauo instar arundinis, folio platani, semine quale in vuis asperis. Dioscor. *Dal.*

o. A similitudine) Nempe a similitudine cum animalculo eiusdem nominis, hoc est, ricino. Ita Diosc. l. c. Καρπὸν δὲ ἐν βότρυσι τραχέσι, λεπισθέντα ὅμοιον κρότωνι τῷ ζώῳ. *Semen fert in vuis aspis, quod, vbi decorticatum est, ricinum animal repraesentat:* quod Galli vocant *Tique.* H.

p. Coquitur) Hunc olei huius concinnandi modum docet et Diosc. L. I. c. 38. H.

q. Innatansque oleum tollitur) Dioscorides cap. 38. lib. I. *Dalec.*

r. At in Aegypto) Hoc totidem verbis Diosc. L. IV. c. 164. H.

s. Lucernis vtile) Et emplastris inquit Diosc. l. c. Κίκινον ἔλαιον, ἄβρωτον μὲν, ἄλλως δὲ χρήσιμον εἰς λύχνους, καὶ ἐμπλάστρους. In MSS. tamen R. Colb. Th. Chiffl. *lucernis exile.* Quamquam Herodot. Euterpe L. II. n. 92. p. 122. et Diod. Siculus,

cant, ex amaris nucibus arefactis, et in offam contusis, asperfis aqua iterumque tusis, exprimitur. Fit et e lauro, [1] admixto druparum *u.* oleo. Quidamque *x.* e baccis exprimunt tantum: alii foliis modo: aliqui folio et cortice baccarum: nec non styracem *y.* addunt, aliosque odores. Optima *z.* laurus ad id latifolia, silueftris, nigra baccis. *a.* Simile est e myrto nigra: et haec latifolia melior. *b.* Tunduntur baccae *c.* [2] asperfae calida aqua, mox decoquuntur. Alii foliorum *d.* mollissima decoquunt in oleo, et exprimunt. Alii [3] deiecta ea in oleum

1. *Leg. ex Diosc. admisto omphacino oleo. Quidam ex drupis baccis expr.* 2. *adspersa. Ch.* 3. *dejecta. M.*

Siculus, L. I. p. 31. oleum cicinum lucernis commendant. H.

t. Aliqui metopium) Vt dictum est L. XIII. f. 2. H.

u. Druparum) Oliuarum scilicet, de quibus f. 2. H.

x. Quidamque) In his Diosc. L. I. c. 49. laurinum oleum e drupis, hoc est, e lauri baccis maturitate turgentibus, in aqua decoctis confici praecipit. Τὸ δὲ δάφνινον σκευάζεται διὰ τῶν δαφνίδων, ὅταν ὦσι δρυοπετεῖς, ἑψομένων μεθ' ὕδατος. H.

y. Nec non styracem) Diosc. l. c. H.

z. Optima) Diosc. l. c. H.

a. Nigra baccis) Supervacuae sunt hae duae voces. Omnibus enim lauri generibus maturae baccae nigrae sunt. *Dal.*

b. Simile est e myrto nigra, et haec latifolia melior) Praua interpunctio sensum alioqui perspicuum, subobscurum et vacillantem reddit. Legendum: *Simile est e myrto. Nigra et haec latifolia melior:* nam quia praemonuerat oleo laurino faciendo optimam esse laurum nigram et latifoliam, adiicit et myrtum similium accidentium accommodatam esse oleo myrtino faciendo. Consule Dioscoridem libro primo. *Pint.*

Simile est) Haec totidem verbis Diosc. L. I. c. 48. H.

c. Tunduntur baccae, etc.) Dioscorides e foliis tantum parat: Palladius ex baccis, in Ianuario cap. 21. *Dalec.*

Tunduntur baccae) E baccis, granisue myrti fieri quoque Palladius docet, in Ianuar. tit. 18. p. 49. H.

d. Alii foliorum) Diosc. l. c. H.

oleum prius Sole [1] maturant. *e.* Eadem ratio et in satiua myrto: sed praefertur siluestris minore semine, quam [2] quidam oxymyrsinen vocant *f.*, alii chamaemyrsinen: aliqui acoron *g.* a similitudine: est enim breuis, fruticosa. Fit et e citro *h.*, cupresso: nucibus [3] iuglandibus, quod caryinon *i.* vocant: [4] malis cedri *k.*, [5] quod pisselaeon. *l.* Ex grano *m.* quoque Gnidio, purgato semine et tuso. Item

L 2 len-

1. *Macerant. Dioscorid.* ἀποβρέχουσι. 2. *quidam oxymyrs. alii chamaemyrs. vocant. Fit et ex cypro. M. Lego, quidam oxym. vo. alii cham. a similitudine, alii acaron, vel acares, etc.* 3. *iuglandis. Ch.* 4. *calcis. Vet. nempe segmentis.* 5. *quod cedrelaeon Gr. et Al.*

e. Sole maturant) Soli prius exponunt coquenda. Diosc. Ἰδίως δὲ τὰ φύλλα καθέντα εἰς ἥλιον, ἐν ἐλαίῳ ἀποβρέχειν. H.

f. Oxymyrsinen vocant) Cum siluestri myrto ruscum, qui et onymyrsine dicitur, inscienter confundit, e quo nusquam oleum parabatur. *Dalec.*

Oxymyrsinen) Minus apposite quidem, sed tamen ita vulgo appellante καταχρηστικῶς, vti dicetur opportunius, L. XXIII. f. 83. H.

g. Acaron, etc.) Acares pusillum et exiguum, adeo vt prae breuitate tonderi nequeat. *Dal.*

Aliqui acoron) Sic MSS. R. 1. 2. aliique, non *acaron*. Plinius L. XXV. f. 100. *Nec non inueniuntur, qui oxymyrsinae radicem acoron vocant, etc.* H.

h. Fit et e citro) Sic codex Thuan. recte. De oleo citreo rursum Plinius, L. XXIII. f. 45. H.

i. Caryinon) Καρύϊνον, de quo Diosc. L. I. c. 41. ἐκ τῶν βασιλικῶν καρύων. De eo rursum, L. XXIII. f. 45. H.

k. Malis cedri, quod cedrelaeon) Fallitur. Cedrelaeon fit ex accensis cedri Syriacae ramis, halitu, inquam, cedriae, dum coquitur, lana excepto, vt et Pisselaeon, Cedrelaeon *Chitram* Arabes vocant. Negligenter haec Plinius. *Dalec.*

l. Quod pisselaeon) Ita R. 1. 2. Colb. Th. Par. etc. tum hoc loco, tum L. XXIV. f. 11. vbi de ea voce dicturi sumus. Hic libri editi perperam *cedrelaeon*. H.

m. Ex grano) De quo diximus L. XIII. f. 35. De oleo quod ex eo fit, Diosc. L. I.

lentiſco: nam et [1] cyprinum, et e glande *n.* Aegyptia vt fieret odorum cauſa, dictum eſt. *o.* Indi ex caſtaneis, et ſeſama, atque oryza facere dicuntur: Ichthyophagi, e piſcibus. *p.* Inopia cogit aliquando luminum cauſa et e platani baccis fieri, aqua et ſale maceratis. Et oenanthinum fit de ipſa oenanthe, vt dictum eſt *q.* in vnguentis. *r.* Gleucino muſtum *s.* incoquitur vapore lento: ab aliis ſine igne circumdatis *t.* vinaceis diebus [2] XXII. bis ſingulis permixtum: conſumiturque muſtum oleo. Aliqui non ſampſuchum tantum admiſcent, ſed etiam pretioſiora odoramenta. [3] Nam in gymnaſiis quo-

1. *Sic et Vet. balaninum. Dal. cyprinum e glande Gr.* 2. *XXX. Dioſc.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. Et in gym. Gr. et Al.*

L. I. c. 43. Plinius rurſum de eo L. XXIII. ſ. 45. vbi et de lentiſcino. H.

n. Et cyprinum, et e glande) De cyprino L. XII. ſ. 51. De balanino, e glande Aegyptia, ſ. 46. eiuſdem libri: rurſum de vtroque, L. XXIII. ſ. 45. et 46. H.

o. Dictum eſt) Cap. 21. lib. XII. *Dal.*

p. E piſcibus) Cetaceis, quorum adipe pro oleo vtuntur. *Dal.*

E piſcibus) E piſcium cetaceorum adipe. H.

q. Vt dictum eſt) Libro XII. ſ. 61. H.

r. In vnguentis) Cap. vlt. lib. XII. *Dal.*

s. Gleucino muſtum, etc.) Columel. cap. 51. lib. XII. *Dalec.*

Gleucino) *Vt fiat oleum gleucinum, ſimul vini* muſtum incoquitur calore lento, etc. Γλεύκινον et Dioſcorides vocat, qui qua paretur illud arte edocet, L. I. c. 67. vti et Columella, L. XII. c. 51. *De oleo gleucino. Vas olearium quam maximum . . . . praeparari oportet: deinde per vindemiam muſti quam optimi generis, et quam recentiſſimi, ſextarios LX. cum olei pondo LXXX in id confundi: tum aromata adiici, etc.* Latine muſteum dixeris, muſtumque oleum: eſt enim γλεῦκος Graece muſtum. H.

t. Circumdatis) Circumdatis vinaceis vaſi, quod aromata, vinum, oleumque continet: XXII. deinde diebus, (XXX. Dioſc.) bis ſingulis haec omnia permiſcenda: poſt

quoque conditur odoribus, sed vilissimis. Fit et de aspalatho, calamo *u.*, balsamo, iri, cardamomo, meliloto, nardo Gallico, panace, sampsucho, helenio, [1] cinnamomi radice, [2] omnium succis in oleo maceratis expressisque. Sic et [3] rhodinum e rosis: iuncinum e iunco, quod est rosaceo simillimum: item hyoscyamo *y.*, lupinis, et narcisso. Plurimum autem in Aegypto e raphani semine, aut gramine herba *y.*, quod [4] chortinon *z.* vocant. Item sesama, et vrtica *a.*, quod [5] cnedinum

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. cinnami Gr. et Al.* 2. *omnibus siccis. Dal.* 3. *rhodium. Ch.* 4. *agrostinum. Vet. costinon. Ch.* 5. *Cnidinum. vide c. 13. l. XXII. cnecinum Gr. et Al.*

post demum exprimi oleum Diosc. l. c. H.

u. Fit et de aspalatho, calamo) Dioscorides confectionem tradit ex oleo omphacino, musto, calamo et iunco odoratis, nardo Celtico, spartha, aspalatho, costo, meliloto. *Dalec.*

Fit et de aspalatho) De his fruticum herbarumque nominibus, viribusque, suis locis agimus. H.

x. Hyoscyamo, etc.) De hyoscyamino oleo, Diosc. L. I. c. 42. Plinius ipse de hyoscyamino, thermino, (hoc est, quod e lupinis fit) narcissino, raphaninoque, L. XXIII. s. 49. De raphanino rursum L. XIX. s. 26. H.

y. Aut gramine herba) Gramen e quo oleum fit, meo iudicio, Gramen mannae est, Germanis *Himmel davv*, id est, Manna caelestis: Italiae vulgo, *Capriola*, et *Sanguinella*, quod aestate pueri spicas eius conuolutas, et naribus inditas, extrahant sanguinis eliciendi causa. Sclaui Carniolae incolae et Goricienses id studiose colunt, et serunt, granumque oblongum, candidum, cortice deglubunt in pilis, milii, et panici modo, ac cum carnibus coquunt, non minus suaui gustu quam oryzae. Vide Matthiolum commentario in caput Dioscoridis de Coronopo et de Gramine. *Dalec.*

z. Chortinon) Est Graecis gramen χόρτος. H.

a. Item sesama et vrtica, quod cnecinum appellant) Lege, *Item sesama et cnico quod cnicinum appellant*, ex Dioscoride libro I. capite 35. nam

num appellant. *b.* E lilio et alibi fit sub dio, Sole, Luna, [1] pruina maceratum. Suis herbis componunt inter Cappadociam et Galatiam, quod [2] Selgiticum *c.* vocant, neruis admodum vtile: sicut in [3] Italia Iguuini *d.* E pice fit, quod [4] pissinum appellant *e.*, quum coquitur *f.*, velleribus supra halitum eius expansis, atque ita expressis: probatum maxime

1. *Pruina, in M. d.* 2. *Selcuticum. M. Selticum. Ch.* 3. *in Italia e gummi Gr. et vulgg.* 4. *pisselaeum. Diosc. picinum. Gr.*

nam ex vrtica oleum fieri, nec Dioscorides, nec vllus, quod sciam, auctor tradit. *Pint.*

b. Quod cnedinum) In MSS. R. 1. etc. *cnetinum.* In editis male *cneeinum.* Κνήδη Graecis vrticam sonat, siue κνίδη. Huius olei ex vrtica mentio rursum L. XXII. s. 15. H.

c. Selgiticum) A Selge Pisidiae oppido mediterraneo, cuius Polybius, Ptolemaeus, ac Stephanus meminere. In Seueri nummis, e Cimelio Regio, ΣΕΛΓΕΩΝ. H.

d. In Italia e gummi) Ch. *in Italia Enguini*, vel *Eguini.* Eguini autem Vmbriae populi, hodie Engubini. Turn. cap. 17. XXVII. Apud Nonium in Apisci, *Iguuini.* Sisenna lib. IV. hist. *Itaque postero die legatos Iguuium redeuntes apiscitur.* Turn. cap. 3. XXIX. *Dalec.*

Iguuini) De his L. III. s. 9. Vide N. et Em. N. VI. (hic coll.) *Sicut etc.*) Prius legebatur, *sicut in Italia e gummi.* In MSS. *Eguuini*, qui scilicet et Iguuini appellati, vt monuimus L. III. s. 19. Ita porro scripsisse Plinium, vti emndauimus, ipse fidem facit, L. XXIII. s. 49. vbi haec eadem enumerans olei genera, *Selgiticum*, inquit, *neruis vtile esse diximus: vt herbaceum quoque: quod Iguuini circa Flaminiam viam vendunt.* Ex certo herbarum igitur ac peculiari genere quodam, oleum id, non e gummi, exprimitur. H.

e. Quod pissinum) A voce Graeca πίσσα, quae picem sonat. Sic MSS. omnes, non *picinum.* Hoc Scribonius Largus, *picis florem* vocat, Compos. 40. *Picis flos*, inquit, *quod πισσέλαιον appellant:* Et mox: *Florem picis autem appello, quod excipitur dum ea coquitur, lana superposita eius vapori.* H.

f. Quum coquitur) Pix videlicet. H.

me e Brutia: est enim pinguissima et resinosissima. Color oleo fuluus. Sponte nascitur [1] in Syriae maritimis *g.*, quod elaeomeli vocant. Manat ex arboribus pingue, crassius melle, resina tenuius, sapore dulci, et hoc medicis. [2] Veteri quoque oleo vsus est ad quaedam *h.* genera morborum. Existimatur *i.* et ebori vindicando a carie vtile esse. Certe simulacrum Saturni Romae intus oleo repletum est.

VIII. (VIII.) Super omnia [3] vero celebrauit amurcam *k.* laudibus Cato. Dolia olearia *l.* cadosque

L 4

1. In Syriae Palmyris. Vet. ex Diosc. 2. veteris quoque olei. Dal. 3. sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. super omnia autem Gr. et vulgg.

g. In Syriae maritimis) Vide quod adnotatum est ad cap. 4 lib. XXIII. *Dalec.*

In Syriae maritimis) Et in Palmyrenis quoque Syriae solitudinibus, κατὰ Πάλμυρα τῆς Συρίας, inquit Diosc. L. I. c. 37. vbi Cornarius legendum ex Plinio putat κατὰ ϑ' ἁλμυρὰ τῆς Συρίας. De Eleaeomelite rursum Plinius L. XXIII. f. 50. H.

h. Ad quaedam) Ad tormina sedanda, ad pellendos lumbricos, aliaque quae Dioscor. enumerat, L. I. c. 30. H.

i. Existimatur) Pausanias in Eliac. prior. L. V. p. 308. perfusum oleo a Phidia scribit Iouis Olympici simulacrum, quod ex ebore finxerat, vt ab omni vitio vindicaretur, ac defenderetur ab aquosi soli iniuria. Refert hoc ipsum Epiph. adu. haer. L. II. haer. 64. n. 18. p. 542. Saturnus autem, cuius simulacrum hic commemoratur, is esse videtur, quem Plautus in Cistellaria, Act. II. Sc. I. v. 38. patrem Iunonis appellat, quae Iouis supremi filia. H.

k. Amurcam, etc.) Vide infra cap. 3. lib. XXIII. et Caton. a cap. 69. ad 130. *Dalec.*

Amurcam) Quae faecis instar in oleario vase sidit, *la lie.* H.

l. Dolia olearia) Cato de R. R. c. 100. p. 57. *Oleum si in metretam nouam inditurus eris, amurca ita vti est, cruda prius colluito, agitatoque diu, vt bene combibat: id si feceris, metreta oleum non bibet, et oleum melius fuerit, et ipsa metreta firmior erit.* H.

que illa imbui, ne bibant oleum. Amurca [1] subigi *m.* areas terendis messibus, vt formicae *n.* rimaeque *o.* absint. Quin et lutum *p.* parietum ac tectoria, et pauimenta *q.* horreorum frumenti, vestiarium *r.* etiam contra teredines, ac noxia animalia, amur-

1. *Subiici. M.*

m. Amurca subigi) Saepius conspergi. Cato c. 9. I. p. 55. *Aream sic facito. Locum vbi facies confodito. Postea amurca conspargito bene, finitoque combibat. Postea comminuito glebas bene. Deinde coaequato, et pauiculis verberato. Postea denuo amurca conspargito, finitoque arescat. Si ita feceris, neque formicae nocebunt, neque herbae nascentur.* Idem repetit c. 129. p. 68. et Columella, L. II. c. 20. Auctor quoque Geopon. L. II. c. 24. p. 64. Χρὴ δὲ συνεχῶς καταβρέχειν τὴν ἅλω ἀμόργῃ, ἔτω γὰρ οἱ μύρμηκες ἐκ ἀδικήσεσι. H.

n. Vt formicae rimaeque absint) Et ne curculio noceat, ne mures laedant. Cato. *Dal. Vt formicae rimaeque absint*) Videtur legendum *herbae*, non *rimae*, ex Catone cap. XCI. *Postea denuo amurca conspargito, finitoque arescat. Si ita feceris, neque formica nocebit, neque herbae nascentur.* Pintian.

o. Rimaeque) Ita MSS. omnes: neque *herbae* reponi pro *rimae* placet, etsi visum ita Pintiano. H.

p. Quin et lutum) Neu scilicet frumento curculio noceat, neue mures tangant, vt ait Cato, c. 92. p. 55. atque vt frumentum inde densius ac solidius fiat, vt Auct. Geop. L. II. c. 25. p. 65. καὶ τὸν σῖτον στερεώτερον καὶ πυκνότερον ποιεῖ. Columella L. I. c. 6. *Parietes oblinuntur amurca subacto luto, cui pro paleis admixta sunt arida oleastri, vel si ea non sunt, oleae folia. Deinde quum praedictum tectorium inaruit, rursus amurca respergitur, qua siccata frumentum infertur. Ea res ab noxis curculionum, et similium animalium videtur conditas fruges defendere, etc.* H.

q. Et pauimenta) Ne rimas agant, inquit Columella, L. I. c. 6. p. 26. quae caua praebent et latebras subterraneis animalibus. H.

r. Vestiarium) Arca est, in qua vestes seruantur, Cato, c. 98. p. 57. *Vestimenta ne tineae tangant, amurcam decoquito ad dimidium, et ea vnguito fundum arcae, et extrinsecus pedes, et angulos. Vbi ea adaruerit vestimenta condito.*

amurca aspergi: semina frugum perfundi: morbis quadrupedum *s.*, arborum quoque [1] illa medendum, efficaci ad hulcera interiora humani quoque [2] oris. Lora *t.* etiam ac coria omnia, et calciamina, axesque, decocta vngi, atque aeramenta *u.* contra aeruginem, colorisque gratia elegantioris: et totam supellectilem ligneam, ac vasa fictilia in queis ficum *x.* aridam libeat asseruare: [3] aut si folia baccasque [4] in virgis *y.* myrti: aliudue [5] id genus *z.* simile. Postremo ligna macerata amurca, nullius fumi taedio ardere. *a.* Oleam si lambendo *b.* capra lin-

L 5

1. *Illa ad med. efficaci: ad vlcera. M.* 2. *corporis (sedis, genitalium, vuluae) Diosc. et Ch.* 3. *aut si oliuas, baccasue myrti. Cato.* 4. *et virgas. Vet.* 5. *quod. Ch.*

condito. Si ita feceris, tineae non nocebunt. H.

s. Morbis quadrup.) Nempe oues ne scabrae sint. Cato, c. 96. *Et boues vti valeant, et curati bene sint, et qui fastidient cibum, vti magis cupide appetant, pabulum quod dabis amurca spargito, etc.* Idem c. 103. p. 58. Adde etiam Colum. L. VI. c. 4. p. 216. H.

t. Lora etc.) Cato, c. 97. p. 57. *Amurca decocta axem vnguito, et lora, et calciamentia, et coria omnia: et meliora facies.* H.

u. Atque aeramenta) Cato, c. 98. p. 57. *Item ahenea omnia vnguito, sed prius extergito bene. Postea quum vnxeris, et ea vti voles, iterum extergito, splendidior erit, et aerugo non erit molesta.* H.

x. In queis ficum) Cato, c. 99. p. 57. *Fici aridae si voles vt integrae sint, in vas fictile condito: id amurca decocta vnguito.* H.

y. In virgis) Hoc est, immaturas, quum adhuc in virgis haerent: seu virgas myrteas cum baccis, vt ait Cato, c. 101. p. 58. *Sic poma immatura, quum haerent in sua virga.* Varro dixit de R. R. Lib. I. c. 59. p. 71. H.

z. Aliudue id genus) MSS. Reg. Colb. Chiffl. *aliudue quod genus.* H.

a. Nullius fumi taedio ardere) Acapna fieri. Cato cap. 130. *Dalec.*

Nullius fumi) Cato, c. 130. p. 68. *Ligna amurca cruda perspargito, et in Sole ponito: perbibant bene: ita neque fumosae*

lingua contigerit, depaueritque primo germinatu, ſterileſcere, auctor eſt M. Varro. *c.* Et hactenus de olea, atque oleo.

IX. (IX.) Reliqui arborum fructus vix ſpecie figuraue, non modo ſaporibus, ſuccisque toties permixtis atque inſitis, enumerari queunt. (X.) Grandiſſimus *d.* pineis nucibus, altiſſimeque [1] ſuſpenſus, intus exiles nucleos *e.* lacunatis includit toris, [2] veſtitos alia ferruginis *f.* tunica, mira naturae cura molliter ſemina collocandi. Harum genus alterum [3] terentinae *g.*, digitis fragili putamine, auiumque

1. A terra ſuſp. M. *2. veſtitque eos. V.* *3. Tarentinum. Turn. Tarentinae Gr. et vulgg.*

fumoſae erunt, et ardebunt bene. H.

b. Oleam ſi lambendo, etc.) Idem infra cap. 24. lib. XVII. Vide quae ad eum locum notata ſunt, et ſupra lib. VIII. c. 50 *Dal.*

Oleam) Vide quae diximus, L. VIII. ſ. 76. H.

c. M. Varro) De re ruſt. lib. I. cap. 2. monente ib. Fulv. Vrſin. pag. 19. *Dal.*

M. Varro) Ita nunc legitur in L. I. de R. R. c. 2. H.

d. Grandiſſimus) Subintellige, fructus, *Pomme de pin.* H.

e. Exiles nucleos) Des pignons: qui in ſquamarum quibuſdam torulis in foueam ſeu lacunam excauatis, deliteſcunt, et ſunt edules. H.

f. Ferruginis) Coloris ferruginei. H.

g. Tarentinae) Tarentinae, fragilis et mollis. Auellana et Graeca nux, ſiue Amygdala, quomodo Tarentina fiat, vide apud Columellam cap. 10. lib. V. Macrobio *Terentinae*, quoniam Sabinorum lingua *terentum* molle ſignificat, τὸ τέρεν. Turn. cap. 17. lib. XXVII. *Dal.*

Terentinae) Subintellige pineae nucis. Ita MSS. R. 1. et Colb. non *Tarentinae.* Et Macrobius quidem Sat. L. II. c. 14. p. 374. *Nux terentina dicitur*, inquit, *quae ita mollis eſt, vt vix attrectata frangatur: de qua in libro Fauorini ſic reperitur: Itemque quidam Tarentinas nuces dicunt, quae ſunt terentinae, a tereno, quod eſt Sabinorum lingua molle: vnde Terentios quoque dictos putat Varro, etc.* Videri poſſit et ea vox a Graeco deriuata fonte: eſt enim τέρην *tener.*

que [1] furto [2] in arbore. [3] Tertium [4] sappiniae *h.*, e picea satiua, nucleorum cute verius quam putamine, adeo molli, vt simul mandatur. Quartum [5] pityida *i.* vocant e pinastris, singularis remedii adversus tussim. In melle decoctos nucleos Taurini aquicelos vocant. *k.* Pinea corona *l.* victores apud Isthmum coronantur.

X. (XI.) His proxima amplitudine mala, quae vocamus cotonea *m.*, et Graeci cydonia *n.*, ex Creta

1. *Expositum furto. Turn.* 2. *in arbore obnoxiae.* 3. *Et tertium. M. et Ch.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. Appiniae. Vet. Turn. et Ch. Sapineae Gr. et Al.* 5. *pitydia. Turn. Vet. et Ch.*

tener. Has auium rostris in arbore pertundi, et ab Allobrogibus Pinquarellos vocari; ait Dalec. hist. plant. L. I. c. 12. p. 48. H.

h. Sapineae, etc.) Vide infra cap. 12. et 39. L. XVI. *Dal.*

Sappiniae) Nempe nucis, e picea satiua, quam Galli *Pesse* vocant. Sappium imperiti olim dixere, ipso teste Plinio, L. XVI. s. 23. H.

i. Pityida) Non pinistra modo, sed et pinus piceaeque fructus, in conis seu metis contenti, πιτυΐδες Graecis appellati. Diosc. L. I. c. 87. Πιτυΐδες δὲ καλοῦνται ὁ καρπὸς τῶν πιτύων, καὶ τῆς πεύκης ὁ ευρισκόμενος ἐν τοῖς κώνοις. Galeno quoque de fac. simpl. med. L. VIII. p. 220. Cael. Aurel. Chron. L. III. c. 1. *Nucleo pineo, quem Graeci πιτυΐδα vocauerunt.* H.

k. Aquicelos vocant) Monspessulani; vulgo *des Tourons.* Dal.

l. Pinea corona) Plut. Symp. L. V. qu. 3. Vide quae superius diximus s. 5. H.

m. Cotonea) Ob huius fructus et formosam speciem, et amplitudinem, in arbore tam parua nascentis, ac tenui, Tryphon medicus apud Plutarchum V. Symposiacon malum ab Homero dictam fuisse ἀγλαόκαρπον commemorat, tametsi Victorius cap. 5. lib. XXXII. de mali pitriae fructu id potius explicandum esse putet. *Dal.*

n. Graeci cydonia) Κυδώνια μῆλα, ab vrbe Cretensi sic cognominata. *Des Coins.* Q. Ser. Sammonicus c. 25. *Aut*

ta insula aduecta. Incuruatos trahunt ramos, prohibentque crescere [1] parentem. Plura eorum genera *o.*: chrysomela *p.*, incisuris distincta, colore ad aurum [2] inclinato. Quae candidiora, nostratia *q.* cognominata, odoris praestantissimi. Est et Neapolitanis suus honos. [3] Minora ex eodem genere *r.* struthea, odoratius vibrant, serotino prouentu, [4] praecoci vero mustea. *s.* Strutheis autem cotonea insita suum genus fecere Muluianum: quae sola ex his vel cruda manduntur. Omnia iam et virorum salutatoriis cubilibus inclusa *t.*, simulacris noctium

1. *Parientem. M.* 2. *inclinante. Dal.* 3. *Maiora. Ex Gal. et Diosc.* 4. *praecocia. Vet.*

Aut quae poma Cydon Cretacis misit ab oris. H.

o. Plura eorum genera) Columellae cap. 10. lib. V. Chrysomela, Mustea, Struthia. *Dal.*

p. Crysomela) Vera, ἀληθινὰ, cydonia Dioscoridi parua sunt, rotunda, odorata, vulgo *Pommes coin*: ex his Genuenses suum delicatissimum cydoniatum parant. Struthia vero, magna, sed minus vtilia, vulgo *Poires coin*: vide cap. 6. lib. XXIII. *Dal.*

Chrysomela) Χρυσομῆλα, *aurea mala.* Columellae, L.V. c. 10. p. 202. *Chrysomeliana.* Haec sunt de quibus Virgilius cecinit: *Aurea mala decem misi: cras altera mittam.* H.

q. Nostratia) Haec Diosc. ἀληθινὰ *vera* appellat, L. I. c. 160. H.

r. Minora ex eodem genere) Neapolitano videlicet: alioqui στρουθία teste Diosc. l. c. et magna, et minus bona censentur, καὶ μεγάλα, καὶ ἧττόν ἐστιν εὔχρηστα. Galenus quoque L. de sanit. tuenda, c. vlt. στρουθιόμηλα cydonicorum esse maxima tradit. Στρούθεια sunt Athenaeo, L. III. p. 87. *Poires-coins.* H.

s. Mustea) Et id genus a Columella laudatum, l. c. Iis fortasse a mitescendi celeritate nomen. Musteum enim idem quod recens est. H.

t. Salutatoriis cubilibus inclusa) Sic cubicula vocat, in quibus diuitem e dormitorio suo prodeuntem communis amicus, vt inquit Manilius lib. V. salutabat: de quo Martialis, *Et matutinum portat ineptus, Aue.* Turn. cap. 13. lib. XXVIII.

Ad

noctium conſciis *u.* impoſita. Sunt praeterea parva ſilueſtria, a ſtrutheis *x.* odoratiſſima, in ſepibus naſcentia.

XI. Mala appellamus, quamquam diuerſi generis, Perſica, et granata, quae in Punicis arboribus nouem generum dicta ſunt. *y.* His *z.* acinus ſub cortice intus: illis *a.* lignum in corpore. Nec non et quaedam e piris libralia *b.* appellata, amplitudinem ſibi ponderis nomine afferunt. (XII.) Sed Perſicorum palma duracinis. *c.* Nationum habent cogno-

Ad horum autem cubiculorum ornatum erectas et comparatas imagines, ſimulacra noctium conſcia appellat. *Dal.* Accuratiorem interpretationem reperies apud Caſaubon. ſuper Sueton. p. 70.

Salutatoriis) Sic cubicula vocat, in quibus diuitem e dormitorio ſuo prodeuntem clientes ſalutabant. H.

u. Noctium conſciis) Fuerunt inter cubiculares imagines et eorum numinum ſimulacra dedicata, quae tori genialis curam habere exiſtimabantur. Auguſt. de ciuit. Dei L. VI. c. 9. *Parcatur humanae verecundiae: peragat cetera concupiſcentia carnis et ſanguinis, procurato ſecreto pudoris. Quid impletur cubiculum turba numinum, quando et paranymphi inde diſcedunt?* Horum numinum capiti, vti nunc abacis, ſolita imponi cotonea. H.

x. A ſtrutheis) Poſt ſtruthea. H.

y. Dicta ſunt) L. XIII. ſ. 34. H.

z. His) Granatis malis, quae referta acinis ſub cortice. H.

a. Illis) Perſicis nimirum, quorum in medio corpore lignum ſeu nucleus, *le noyau de Peſches.* H.

b. Libralia) *Poires le livre.* Graecis Ταλαντιαῖον ἄπιον. H.

c. Duracinis) Rhodacenis. *Cornarius.* Soſtratus ἐν τῷ περὶ βλητῶν καὶ δακέων, Perſeam Rhodacenaeam vocari ait; tranſlatamque ex Aethiopia in Aegyptum: Nicander in Alexipharmacis, Perſeum Mycenis ſeuiſſe, a Cepheo Andromedes patre dono acceptam, eiuſque nucleos ceruſſae veneno auxiliari. Vterque ſcilicet, quamuis claſſicus et vetuſtus ſcriptor, Perſeam cum Perſica confundit. Rhodacena Paulo cap. 81. lib. I. Perſicorum genera, ea ſunt, quae nos vocamus *Auberges, Mire-*

cognomen Gallica *d.* et Asiatica. Post autumnum maturescunt, aestate praecocia *dd.*, intra XXX. annos reperta, et primo denariis *e.* singula venumdata. Supernatia in Sabinis veniunt *f.*, [1] popularia vndique.

1. *Popularia. Vndique pomum inno. expet. agris: pretiumque sinendis, etc. M.*

Mirecontons, *Presses*, sic dicta vel quod rosam oleant, vel roseo et rubro colore pictarata fere conspiciantur, Ea fortassis Duracina Latini vocarunt ob carnis duritiem, quum mollis et tenera sit in Persicis, Praecociis, Armeniis, et Tuberibus, quae vulgus appellat *Peches noix.* Dal.

Duracinis) Palladius, L. XII. in Noubr. tit. 7. p. 164. *Genera Persicorum sunt haec: Duracina, praecoqua, Persica, Armenia.* Et p. 165. *Duracina seruantur condita muria*, etc. Τὰ δωρακινὰ περσικὰ, in Geopon. L. X. c. 13. p. 257. et c. 15. p. 258. vbi ex Democrito rosis in proximo plantatis colorem rubrum trahere dicuntur: vnde eadem Rhodacena forte dici potuerunt. Gallis vulgo *Brugnons* et *Presses*: aiunt enim, *manger vne bonne presse: c'est vne sorte de pesche qui ne se fend point*: cuius corpus adhaeret, et a nucleo, siue ligno, diuelli nequit, vt ait Plinius, s. 34. H.

d. Gallica etc.) Columella L. X. in hortulo, sub finem: *Exiguo properant mitescere Persica malo: Tempestiua manent, quae maxima Gallia donat: Frigoribus pigro veniunt Asiatica fetu.* H.

dd. Praecocia) Sub. magna et ampla: sic dicta quod e montanis et supernis locis aueherentur. Haec vulgo, *Abricots.* Dal.

Praecocia) Diosc. L. I. c. 165. Τὰ δὲ μικρότερα (Περσικὰ) καλούμενα Ἀρμενιακὰ, Ῥωμαϊςὶ δὲ πραικόκια: Eadem Armeniaca, et praecocia Latine dicuntur: forte quae praecoqua Martiali, L. XIII. ep. 46. Gallice, *des Abricots.* Sunt qui malint esse *des avant-pesches.* H.

e. Denariis) Denarius Romanorum vetus Gallicae monetae, vt nunc est argenti pretium, efficit asses aereos octonos, vti dicturi sumus, L. XXXIII. s. 13. H.

f. Supernatia e Sabinis veniunt) Praecocium duo genera hic Plinius indicat: alterum supernas, amplum, et magnum, quod e Sabinorum locis auehebatur, vulgo *gros Abricots*: alterum vulgare, paruum, et strigosum, etiam Armenium dictum,

vndique. Pomum innocuum expetitur aegris: pretiumque iam singulis [1]triceni nummi *g.* fuere, nullius maiore: quod miremur, quia non aliud fugacius. *h.* Longissima namque decerpto bidui mora est: cogitque se venumdari.

XII. (XIII.) Ingens postea turba prunorum: versicolor, nigra, [2]candida, hordearia appellata *i.*: a comitatu frugis eius. *k.* Alia eodem colore seriora maioraque, asinina *l.* cognominata a vilitate. [3]Sunt et nigra *m.*, ac laudatiora cerina *n.*, atque purpu-

1. *Tricenis, nummi fuere.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. Nigra, candicans. Hordearia Gr. et Al.* 3. *At nigra. M.*

dictum, vulgo *des Armegnes.* Dal.

Supernatia) Quae ex Sabinis, qui Superum mare accolebant, siue Adriaticum, in Vrbem aduehebantur. Sic vetus inscriptio apud Reines. p. 337. NEGOTIANTES. VINI. SVPERNAT. ET ARIMIN. H.

g. Triceni nummi) Hoc est, triceni sestertii: monetae nostrae asses sexaginta. H.

h. Fugacius) Minus diuturnum. H.

i. Nigra, candicans. Hordearia appellata) Scribendum sine distinctione, *nigra, candicans hordearia appellata:* nam nisi sic legeris, quod protinus sequitur, *Alia eodem colore, seriora, maiora*, quo referas non habebis. In his tamen verbis dictio *alia* desideratur in codice Salmanticensi. *Pintian.*

k. A comitatu frugis eius) Quod quum hordeum metitur, ea maturescant. *Dal.*

A comitatu) Quoniam ea tum matura sunt ad decerpendum, quum hordeum metitur: quod cum solstitio fere fiat, in quod Diuo Iohanni sacer dies incidit, vnde ei prunorum generi nomen apud nos *Prunes de S. Iean.* H.

l. Asinina) *Prune jaune sans goût.* His sues rura saginant. Pedicularia nonnulli vocant. H.

m. Sunt et nigra) Carne dura: Iberica, et Pertigona vocitata: *Prunes de Perdigon* siue *Perdrigon.* H.

n. Cerina) Cerea Virgil. in Copa: *Sunt autumnali cerea pruna die.* Ovid. XIII. Metam. *Prunaque non solum nigro liuentia succo, Verum etiam generosa, nouasque*

purpurea. *o.* Necnon ab externa gente Armeniaca *p.*, quae sola et odore [1] commendantur. Peculiaris impudentia est nucibus insitorum, quae faciem parentis succumque adoptionis exhibent, appellata ab vtroque nucipruna. *q.* Et haec autem *r.*, et Persica, et cerina, ac siluestria, [2] vt vuae, cadis condita *s.*, vsque ad alia nascentia aetatem sibi prorogant: reliquorum velocitas cito [3] mitescentium transuolat. Nuper in Baetica malina *t.* appellari coeperunt malis insita, et alia amygdalina amygdalis. His intus in ligno nucleus amygdalae *u.* est: nec aliud pomum ingeniosius geminatum *x.* est. In peregrinis arboribus dicta sunt *y.* Dama-

1. *Commendantur peculiari. Impudentia. M.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. vt vuae; autumno cadis cond. Gr. et vulgg.* 3. *maturescentium. Dal.*

que imitantia ceras. A flauo colore sic dicta. *Dal.*

Cerina.) Quae Virgilio Ecl. 2. v. 53. *Cerea pruna.* In Priapeiis: *Magisque cera luteum noua prunum.* Nonius c. 16. n. 6. *Cerinum a cerae colore.* Vnde Graecis κηρινὸν χρῶμα. Nigra, cerinaque, carmine Naso complexus, Metam. L. XIII. v. 817. *Prunaque non solum nigro liuentia succo, Verum etiam generosa nouas imitantia ceras.* H.

o. Atque purpurea) Eaque sapore iucundo: *Mirobolans.* Arborique nomen idem, *Prunier mirobolan.* H.

p. Armeniaca) Eadem haec esse quae Persica praecocia (*les abricots*) frustra scriptores nouitii censuere. H.

q. Nucipruna) *Prunes noix*, καρυοκοκκύμηλα. H.

r. Et haec autem) Nempe nucipruna. H.

s. Vt vuae autumno cadis condita) Verbum *autumno* in Tol. et Salmanticensi exemplari desideratur. *Pint.*

t. Malina) *Prunes-pommes:* amygdalina, *Prunes-Amandes.* H.

u. Nucleus amygdalae) Subintellige, similis. Quid nucleus sit, diximus, L. XIII. c. 18. H.

x. Geminatum) Multiplici insitionis genere variatum. Apud Gallos certe innumerae fere prunorum differentiae sunt. H.

y. Dicta sunt) L. XIII. c. 10. *Prunes de Damas.* Syriaca

Damaſcena, a Syriae Damaſco cognominata, iam pridem in Italia naſcentia, [1] grandiore quamquam ligno *z.*, et exiliore carne, nec vmquam in rugas ſiccata, [2] quoniam Soles ſui *a.* deſunt. Simul dici poſſunt populares eorum *b* myxae, quae et ipſae nunc [3] coeperunt Romae naſci inſitae ſorbis.

XIII. In totum quidem Perſica *c.* peregrina etiam Aſiae Graeciaeque eſſe, ex nomine ipſo apparet, atque ex Perſide aduecta. Sed pruna ſilueſtria *d.* vbique naſci certum eſt. Quo magis miror, huius pomi mentionem a Catone non habitam, praeſertim quum condenda demonſtraret quaedam et ſilueſtria. Nam Perſicae arbores *e.* ſero, et cum difficultate tranſiere, vt quae in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Aegypto earum fuerat hoſpitium.

1. *Grandiore ligno. Dal.* 2. *quamquam ſoles ſui non deſint.* 3. *ſic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch. coepere Romae Gr. et vulgg.*

riaca dicta Petronio in Satyr. p. 102. H.

z. Grandiore ligno) Alii oſſiculum, alii nucleum vocant. H.

a. Soles ſui) Quoniam alieno caelo ſoloque nata. H.

b. Populares eorum) In Syria pariter natae, vt dictum eſt L. XIII. ſ. 10. Aeginetae, L. VII. Μύξα δένδρȣ καρπός ἐςι μικρότερος μὲν κοκκυμήλων, δυνάμει δὲ παραπλησίως. *Myxa arboris fructus, pruno quidem minor, facultate tamen perſimilis.* In officinis *Sebeſtes.* Dictae nonnullis etiam mixae. Vide Onomaſt. Roſweydi, p. 1042. H.

c. Perſica) Harpocrati taciturnitatis Deo Perſicam ſacram eſſe tradit Plutarchus lib. de Iſide et Oſiride, quoniam eius arboris folium linguae ſimile ſit, fructus cordi. *Dalecamp.*

Perſica per.) *Les peſches*, de quibus dictum eſt, ſ. 11. H.

d. Pruna ſilueſtria) Gallis, *Prunelles*, quibus contuſis ruſtici potionis genus efficiunt. H.

e. Perſicae arbores) *Les Peſchiers*, e quibus pendent Perſica mox appellata. Vide quae dicturi ſumus L. XVI. ſ. 47. H.

pitium. Falsum est *f.*, venenata cum cruciatu in Persis gigni *g.*, et poenarum causa a regibus translata in Aegyptum, terra mitigata. *h.* Id enim de Persea diligentiores tradunt *i.*, quae in totum alia est, [1] myxis rubentibus similis *k.*, nec extra Orientem nasci voluit. Eam quoque eruditiores negaverunt ex Perside propter supplicia transflatam, sed a Perseo Memphi satam. Et ob id Alexandrum illa coronari victores ibi instituisse, in honorem ataui

1. *Myrtis. M. Lego, piris folio et ramis similis. ex Theophr.*

f. Falsum est) Columellae est hoc carmen L. X. sub finem: — *Et pomis quae barbara Persis Miserat, vt fama est, patriis armata venenis.* Idem tradit et Plato Anthol. L. I. c. 20. Epigrammate scripto εἰς τινὰ θανόντα ὑπὸ πλησμονῆς Περσικῶν μήλων, in eum qui mortuus erat nimio esu Persicorum malorum: Ἐκ φονίων Περσῶν φόνιον φυτὸν ἤγαγε Περσεὺς, Παιδὶ Θεογνώςε τȣ̃ θανάτου πρόφασιν. Quod ita reddidit feliciter Grotius: *Nate Theognosti, mortis tibi causa fuere A Persis Perseus quae mala mala tulit.* H.

g. Venenata cum cruciatu in Persis gigni) Id prodiderunt Nicander et Sostratus. Vide annotata supra in proximum caput. *Dalec.*

h. Terra mitigata) Soli Aegyptii bonitate facta esse meliora, ac saniora. H.

i. Id enim de Persea diligentiores tradunt) Theophr. cap. 2. lib. IV, hist. Vide et supra c. 9. lib. XIII. *Dalec.*

Id enim de Persea) Sic Diosc. L. I. c. 187. Πέρσεα δένδρον ἐςὶν ἐν Αἰγύπτῳ, καρπὸν φέρον ἐδώδιμον — Τȣ̃το δὲ ἱςόρησάν τινες ἐν Περσίδι ἀναιρετικὸν εἶναι, etc. Galenus de alim. fac. L. II. c. 36. p. 356. Tom. VI. vidisse se Perseam arborem Alexandriae prodit: cuius fructus, haud aliter ac poma, piraque, esculentus in Aegypto foret: in Perside, vt quidem ferebat tum fama, noxius. Ignotam sibi prorsus arborem fatetur Anguillara, de simpl. L. I. p. 79 H.

k. Myxis rubentibus similis) Galenus lib. II. κατὰ τόπȣς, Perseam a se visam in Alexandria solam, arborem proceram, fructu piri aut mali magnitudine, noxio in Perside, vesco in Aegypto. *Dal.*

ataui sui. *l.* Semper autem *m.* folia habet et poma, subnascentibus aliis. Sed pruna quoque omnia post Catonem coepisse manifestum est.

XIV. (XIV.) Malorum plura sunt genera. *n.* De citreis cum sua *o.* arbore diximus. Medica autem Graeci vocant patriae nomine. *p.* Aeque peregrina sunt zizipha *q.*, et tuberes *r.*, quae et ipsa

 non

l. Ataui sui) Persei. Macedonum reges ab Hercule genus duxere, vt Curtius, L. IV. n. 7. Hercules a Perseo, vt Diod. Sic. Bibl. L. IV. p. 217. prodidere. H.

m. Semper autem) De Persea arbore loquitur, quam L. XIII. s. 17. Persicam Aegypti peculiarem vocauit. H.

n. Malorum plura sunt genera) Ἀγλαόκαρπον malum, Homerus vocat, ob splendidi fructus atque formosi praestantiam et suauitatem. σῦκαι τε γλυκεραὶ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι. Rhodig. c. 23. XXIX. Mirum vero non memorare hic auctorem μῆλα τὰ τοῦ Διωνύσου, minuta illa, sed quae tantum in amoribus conciliandis valere crediderunt, vt feminas posse iis pellicere ad concubitum sperarent. Coronae ex illis Bacchi statuae imponebantur. Philetas: Μᾶλα φέρων κόλποισι, τά οἵ ποτε Κύπρις ἔλοισα. Δῶρα Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων. Theocritus: Μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων. Eius forte generis fuerunt mala, quae manibus tenentem Nanam nympham concepisse tradit Arnobius: quo fortassis pertinet hic versus ex Annalibus Attii apud Nonium. *Mala manu retinens grauido concepit in aluo.* Mustea, siue Melimela, quae primum omnium maturescunt, vulgus nostrum vocat nunc Diui Iohannis mala, nunc amoris. *Scalig.*

o. De citreis cum sua, etc.) De Citreis vide Palladium in Martio. *Dalec.*

De citreis) L. XII. s. 7. H.

p. Patriae nomine) Mediae. H.

q. Zizipha) Zizipha, vulgo, *Iuiubes:* Tuberes autem, *Peches noix.* Dal.

Zizipha) *Iuiubes.* Arbor Ziziphus, *le juiubier.* Rutilam, aliamque Ziziphum agnoscit Colum. L. IX. c. 4. p. 320. Simeon Sethi, Ζίζιφα vocat. H.

r. Tuberes) Nucipersica vulgus appellat, *Peschesnoix.* H.

non pridem venêre in Italiam: haec ex Africa *s.*, illa ex Syria. Sext. Papinius, quem Consulem *t.* vidimus, primus vtraque attulit, Diui Augusti nouissimis temporibus, [1] in castris sata *u.*, baccis similiora *x.*, quam malis: sed aggeribus *y.* praecipue decora, quoniam et in tecta iam siluae scandunt. *z.* Tuberum *a.* duo genera: candidum, et a colore [2] syricum dictum. *b.* Paene peregrina sunt in vno Italiae

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. temporibus. In castris haec sata. Dal. In castrorum aggeribus sata Gr. et vulgg.* 2. *sericum Gr. et vulgg.*

s. Haec ex Africa) Tuberes nimirum: quod Martialis significat gemino epigrammate a nobis allato, L. XIII. f. 34. Zizipha ex Syria: vnde τὰ Ἐδεσσηνὰ maxime commendat Simeon Sethi, tit. Ζίνζιφα. Philoxenus in Glossis: Σιρικὰ, *Zizipha*, forte pro Συρικά. H.

t. Consulem) A. V. DCCLXXXIX. Collega Q. Plautio, ex Tacito, Annal. L. VI. p. 147. extremis Tiberii temporibus. Exstat inscriptio apud Gruterum, p. 447. SEX. PAPINIO. Q. F. ALLENIO. TRIB. MIL. Q. LEG. TIB. CAESARIS AVG. COS. H.

u. Diui Augusti nouissimis temporibus, in castrorum aggeribus sata) Lege: *Diui Augusti temporibus nouissimis in castris sata, etc. sed aggeribus praecipue decora, quoniam in tecta iam syluae scandunt.* Aggeres viae sunt publicae stratae, tam in vrbe quam extra vrbem: arbores intra vrbem in iis aggeribus iuxta domos plantabantur, vt in tecta scanderent. *Salmas.* p. 609. b.

x. Baccis similiora) De Ziziphis non Tuberibus, id audiendum. *Dalec.*

y. Sed aggeribus) Iuxta domos areis excitatis, *des terrasses.* H.

z. Quoniam et in tecta iam syluae scandunt) Quoniam in aedificiis iam priuatorum hominum siluae seruntur. *Dalec.*

a. Tuberum) MSS. R. *Tuburum.* H.

b. A colore sericum dictum) *Syricum*, vel vt Hermolaus legit, *Sericum*, ruber color factus ex scandice et sinopide mixtis c. 6. lib. XXXV. Hinc color Sericus, ruber vulgo, *pomme Suzine.* Dal. *Et a colore sericum dictum*) Expende an non *sericum*, sed *cerinum* legendum sit, vt praecedente capite: *Sunt et nigra*

Italiae agro Veronensi nascentia, quae lanata c. appellantur. Lanugo [1] ea obducit, strutheis quidem Persicisque plurima: his tamen peculiare nomen dedit, nulla alia commendatione [2] insignibus.

XV. Reliqua cur pigeat nominatim indicare, quum conditoribus suis aeternam propagauerint memoriam, tamquam ob egregium aliquod in vita factum? Nisi fallor, apparebit ex eo ingenium inserendi: nihilque tam paruum esse, quod non gloriam parere possit. Ergo habent originem d. a Matio e., [3] Gestioque f., et Manlio g., item [4] Scandio:

M 3

1. *Iis obducta. Vet.* 2. *insigni. M.* 3. *Cestiana vocat Galen. c. 14. l. XIII. Vide num. leg. Cestio.* 4. *Claudio. Gr. et vulgg.*

nigra, ac laudatiora cerina atque purpurea. Pint.

A colore syricum) Hoc est, rutilum. De colore syrico dicemus, L. XXXV. f. 24. Vide N. et Em. N. VII. (hic pos.) *A col.*) Non, vt in libris hactenus editis, *sericum:* neque enim id coloris nomen. Et in vetere Lexico Iatrico: Σίζυφα τὰ συρικὰ legimus. H.

c. Quae lanata) De quibus Hesychius: Λασίμαλον, μῆλον τὸ ἔχον χνῦν. Virgil. Ecl. 2. v. 51. *Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.* H.

d. Ergo habent originem a Matio) De malorum generibus Columella c. 10. lib. V. Pleraque eorum his hodie nominibus appellantur, Cestiana *Capendu*, Petisia *Apicle*, Serica *Pomme Suzine*, Melapia *Poirepomme*, Mustea *Pommes S. Jean*, Orbiculata *Pommerose*, Orthomastica *Taponne*, Spadonia Belgis *Passepomme*, Allobrogibus Sabaudis *Pommes Grillotes*, Pannucea *Pannetes*, Pulmonea *Folanes*, quod et ipsum stolidorum nomini conuenit, Sanguinea *Grosse pomme rouge*, Camerina *Grannois:* quae omnia malorum genera circa Lugdunum frequentia, Pannucea quidam esse putant, quae Prouinciales vocant *Pommes gelées.* Dalec.

Ergo habent) Quae fuerint haec poma veteribus, vix nobis hodie exploratum: alia fere in eorum vicem genera venere, et nomina: paucis admodum exceptis. H.

e. A Matio) Matiana dicta Columellae, L. V. c. 10. p. 202. et Macrobio, Sat. L. II. c. 15. p. 375. Ματτιανὰ

dio *h.*: quibus *i.* [1] cotoneo insito ab Appio a Claudia gente, Appiana sunt cognominata. Odor est his cotoneorum, [2] magnitudo quae [3] Scandianis *k.*, color rubens. Ac ne quis id ambitu valuisse claritatis [4] et familiae putet, sunt et Sceptiana ab inventore libertino, [5] insignia rotunditate. Cato adiicit Quiriana *l.*, et quae tradit in doliis condi, Scan-

1. *cotonea insita.* Vet. *Quem et cotoneo insita.* Dal. 2. *magnitudoque, sed Claudianis color.* M. 3. *sic et* Ch. *Claudianis* Gr. *et* Al. 4. *e familia.* M. 5. *insigni.* M.

να Athenaeo, L. III. p. 82. De Matio ipso diximus, L. XII. s. 6. Et genus obsonii Matianum ab eo dictum laudat Apicius L. IV. c. 3. p. 18. H.

f. Gestioque) Ita libri omnes: forte *Sestioque*: nam Sextiana mala sunt Columellae l. c. Aut *Cestio* potius, nam Κεςιανὰ καλέμενα μῆλα Romae laudata fuisse, auctor est Galenus κατὰ τόπ. L. II. c. 1. p. 364. et L. VI. c. 9. p. 522. H.

g. Et Manlio, item Claudio) Lego, *et Manlio, item Scandio*, tum ex Macrobio III. Saturnalium, et Varrone I. cap. 59. et Columella V. Scandiana poma celebrante, tum ex vetere vtroque exemplari, nam Scantiana, de quibus infra, diuersi sunt generis eidem Macrobio et Colum. et statim ante, *a Matio Gestioque*, videtur scribend. *Sextio* non *Gestio*, ex Colum. qui volumine quinto *Sextiana poma* memorat. Macrobius etiam *Sextilianorum pirorum* meminit. *Pint.*

h. Item Scandio) Vnde Scandiana mala, apud Varron. L. I. c. 59. Colum. l. c. et Celsum L. IV. c. 19. Scandina vocat Scribonius, Comp. 104. In MSS. R. Colb. Th. *Scandio*. In editis perperam *Claudio*. H.

i. Quibus) Nempe Scandianis H.

k. Quae Scandianis) Proxime appellatis. Ita recte Chiffl. aliique codices: in editis male *Claudianis*: quum Claudiana, si quae fuere, eadem esse cum Appianis necesse sit. H.

l. Cato adiicit Quiriana) Cato ipse capite VII. *Quiriniana*, Macrobius tamen *Quiriana*. Pint.

Quiriana) Cato, de R. R. c. 7. p. 13. Quiriniana vocat: Varro quoque de R. R. L. I.

Scantiana. *m.* Omnium autem nuperrime adoptata sunt parua, gratissimi saporis, quae Petisia *n.* nominantur. Patrias nobilitauere [1] Amerina *o.*, et Graecula. Cetera e caussis traxere nomen: [2] germanitatis *p.*, cohaerentia et gemella, numquam singula in fetu: [3] coloris, syrica *q.*: cognationis, melapia. *r.* Mustea *s.*, a celeritate [4] mitescendi:

 quae

1. *Temeriana et Gracula. Ch. Camerina et Grac. Gr. et vulgg.* 2. *germanitate, etc. colore ser. cognatione. M.* 3. *Coloris serica — melappia Gr. et vulgg.* 4. *maturescendi. Dal.*

L. I. c. 59. Quiriana Macrob. l. c. vbi et Scantianorum meminit. H.

m. Scantiana) Cato, c. 143. p. 75. *Scantiana in doliis, et alia quae condi solent.* Et Scantianorum meminit Varro, L. I. c. 59. H.

n. Quae Petisia) Quae nunc vulgus appellat *Pommes d'Apis:* vel quae eodem vulgi sermone, *Pommes de Paradis* vocitantur. Rectius forte *Peticia*, ab auctore Peticio. Id nomen Romanae gentis apud Gruterum frequens. H.

o. Patrias nobilitauere Camerina) Lego *Amerina*, ab Ameria, vrbe Italiae, vt liquebit capite sequente: fauente etiam Columella lib. V. *Pint*

Amerina) Ab Ameria, de qua L. III. f. 19. Amerina mala iterum laudat ipse, f. 17. et 18. Macrobius quoque et Colum. ll. cc. Prius *Camerina* perperam legebatur. H.

p. Germanitatis) Germanitatis et cohaerentiae caussa seu occasione, gemella nuncupata: Gallis, *Pommes jumelles.* H.

q. Coloris, syrica) Hoc est, rutila, vt superius indicauimus. Ita MSS. omnes hoc loco, non *Scrica.* Et Columellae, l. c. syrica vocantur. Nobis, *Pomes de Caleville*, quae egregie rubent. H.

r. Melappia) Melapii nomen inditum volunt, quod malorum et pirorum quamdam speciem habeant, illamque esse cognationem a Plinio indicatam. Malorum genus quoddam etiam nunc vulgus appellat *Pomme poire,* quidam *Giraudette.* Dalec.

Melapia) A cognatione seu affinitate quam cum piris habent ea mala: est enim μῆλον Graecis pomum, pirum ἄπιον, Gallis, *Pommes-poires.* H.

s. Mustea) Haec Varro R. R. L. I. c. 59. Mustea pariter

quae nunc melimela dicuntur, a ſapore melleo. Orbiculata *t.*, a figura orbis in rotunditatem circumacti. Haec in Epiro *u.* primum prouenisse argumento ſunt Graeci, qui Epirotica vocant. Mammarum effigie [1] orthomaſtia. *x.* A conditione caſtrati ſeminis *y.*, quae ſpadonia [2] appellant Belgae. *z.* [3] Melofoliis *a.* folium vnum, aliquando et

1. *Sic et Ch. orthomaſtica Gr. et Al.* 2. *appellant Bigemella a foliis. Folium enim vnum. Vet.* 3. *Meſophyllis folium.*

riter Macrobio vocitata: Columellae, melimela: ll. cc. Μελίμηλα in Geop. L. X. c. 76. *Pommes S. Iean.* Martial. L. I. ep. 44. *Dulcibus aut certant quae melimela fauis.* H.

t. Orbiculata) Horum pariter Macrobius ac Columella meminere, ll. cc. Sic appellare poſſis, quae vernaculo ſermone dicimus, *Pommes de Ramboure.* H.

u. In Epiro) Dioſc. L. I. p. 162. Τὰ δὲ Ἠπειρωτικὰ λεγόμενα, Ῥωμαϊςὶ δὲ ὀρβικυλάτα, etc. Ὀρβικάτα Athenaeo, et Μορδιανὰ, ab Apollonia Epiri ciuitate, quam incolae Μόρδιον vocant, L. III. p. 80. H.

x. Orthomaſtia) Sic MSS. Μαςὸς *mammam* Graecis: ὀρθὸς *elegantem* ſonat. H.

y. A conditione caſtrati ſeminis, quae ſpadonia appellant Belgae. Melofoliis folium vnum, aliquando et geminum) Scribendum reor, *A conditione caſtrati ſeminis, quae ſpadonia appellant vel gemella a foliis, etc.* Rectiorem etiam lectionem duco, *contritione*, quam *conditione*, ſunt enim et caſtrati non praefectis ſed contritis teſtibus, qui ob id Graece thladiae et thlibiae vocantur. *Pint.*

z. Quae ſpadonia appellant Belgae, etc.) Mirum videri non debet, ſi Belgae *ſpadonia* vocabant Romano, et non Gallico vocabulo, vt qui prouinciales id temporis eſſent, apud quos ipſe Plinius aliquamdiu vixit: vnde hoc pomum in eius notitiam venit, vrbanis alioqui non admodum notum. *Melofolium* vero dictio eſt ex Graeca ac Latina compoſita, quaſi μηλόφυλλον. *Gelen.*

Spadonia) Quod nullum ſemen intus habeant: quorum non ſemel nec parua copia poteſtas nobis experiundi facta eſt: in toto vehe veterini doſſuarii nullo inuento, praeter vnum, quod ſemen obtineret. Sic palmae quae-

et geminum erumpit e latere medio. Celerrime in rugas marcescunt pannucea. *b.* Stolide tument pulmonea. [1]Est quibusdam sanguineus color, origine ex mori insitu tracta. Cunctis vero, quae fuerunt a Sole, partes rubent. Sunt et parua *c.* gratia saporis atque etiam acutiora odore, siluestria. [2]Id peculiare [3]improbitatis et acerbitatis conuicium, [4]et vis tanta, vt aciem gladii perstringat. Dat et farina [5]vilissimis nomen *d.*, quamquam primis aduentu, decerpique properantibus.

M 5 XVI.

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. sunt quibus sanguineus color est. Gr. et Al.* 2. *Iis. Vet.* 3. *improbatis acerb. Ch.* 4. *sed vis. Dal.* 5. *vilissimum. Dal. Dacis ferme vilissimis nomen Gr. et vulgg.*

quaedam spadonum nomine discernuntur a reliquo genere, quod nullo intus sint pomi ligno, vt dictum est L. XIII. f. 8. H.

a. Melofoliis) In villa Iacobi Regii, pagi, quem *Fontaines* vocant, haud procul Lugduno siti, pira nascuntur, e quorum medio corpore folium exoritur. Ea simili ratione nominis, *Pirophylla* vocari possent. *Dal.*

Melofoliis) Pira similia vidisse se haud procul Lugduno Dalecampius prodit, quorum e medio corpore folium exiret. H.

b. Pannucea) Quasi in pannos fatiscentia et rugarum plicas, Persio *Pannucea Baucis*, vel tumida et praepinguis ac suffarcinata, vel pannis multis conglobata et conglomerata Turn. c. 33. et 28. *Dal.*

Pannucea) Et haec nota quoque Macrobio, l. c. Quasi in pannos fatiscentia, et rugarum plicas, inquit Turnebus, Aduu. L. XXVIII. c. 32. p. 1019. H.

c. Sunt et parua) *Pommes de Malingre.* H.

d. Dacis ferme vilissimis nomen) Diuersa lectio exemplaris Salmanticensis, nec dissimulanda, *Dat et farina vilissimis nomen.* Pintian.

Dat et farina) Vt farinacea vocitentur, vel farinaria. MSS. omnes, R. Colb. Th. Par. *Datis farina.* Salmant. teste Pintiano, *Dat et farina.* An *ferina* legendum, quod superba mox pira eadem causa appellantur? Libri hactenus editi inepte, *Dacis ferme.* H

XVI. (XV.) Eadem causa *e.* in piris [1] taxatur superbiae cognomine. *f.* Parua haec, sed ocyssima. Cunctis autem [2] Crustumia *g.* gratissima. Proxime iis Falerna *h.*, a potu, quoniam [3] tanta vis succi abundat. ([4] lacte hoc vocatur *i.*;) in iisque alia colore nigro *k.* donantur Syriae. *l.* Reliquorum

1. *Taxantur superba. Vide Colum. c. 10. lib. V.* 2. *Grustumina. Ch. Crustumina Gr. et Al.* 3. *magna. Dal.* 4. *Lactea haec vocantur. Gr. et Al.*

e. Eadem causa) Quoniam sunt prima aduentu, ocyssimaque: idcirco superba cognominata, etiam a Columella, L. V. c. 10. p. 202. quod cetera pirorum genera anteuertant. *Poire Muscate*, ou *Muscadelle.* H.

f. Superbiae cognomine) Sunt et nunc quoque variis pirorum generibus sua haec nostratibus nomina: superba *Petite Muscadelle*, Crustumina *Poire perle*, Falerna *Bergamote*, Lactea *Blanchette*, Dolabelliana *Poire muset*, Pompeiana *Bonchrêtien*, Fauoniana *Grosse Muscadelle*, Lateriana *Poire prevôt*, Tiberiana *Poires forés*, Signina *Poire chat*, Myrapia *Calvau rosat*, Nardinia *Poire d'argent*, Hordearia *Poire S. Iean*, Ampullacea *Poire d'angoisse*, Coriolana *Poire de jalousie*, Cucurbitina *Poire course*, Venerea *Poire Acciole*, Regia *Poire Carmaignole*, Voconia *Poire sarteau*, Onychina *Poire cuisse madame.* Dal.

g. Crustumia) Ita MSS. et ipse Virgil. Georg. L. II. v. 87. *Nec surculus idem Crustumiis, Syriisque piris, grauibusque volemis.* Haec Crustumina vocat Macrobius, Sat. L. II. c. 15. p. 375. et Colum. l. c. A Crustumio Italiae oppido nomen habent, vbi praecipua bonitate et copia. *Haec*, inquit Seruius, *ex parte rubent.* Crustumia pira Celsus fragilia appellat, L. II. c. 24. E minorum haec genere fuere, vt superba, et Falerna. H.

h. Falerna) Nunc saccharata vocant, a suauitate succi, *Poire sucre.* H.

i. Lacte hoc vocatur) Sic MSS. R. Colb. Th. Par. etc. vt lacte sit succi nomen nominandi casu, antiquis familiare. Plautus in Menaech. act. V. sc. 9. v. 30. *Neque aqua aquae, neque lacte est lacti, crede mihi, vsquam similius.* Item in Mil. act. II. sc. 2. v. 85. Vide praeterea Nonium, Charisium, Priscianum. H.

k. In iisque alia colore nigro

rum nomina aliter in aliis atque aliis locis appellantur. Sed confessis Vrbis vocabulis auctores suos nobilitauere Decimianam *m.*, et ex eo tractum quod Pseudodecimianum vocant. [1] Dolabelliana *n.* longissimi pediculi. [2] Pomponiana *o.* cognomine mammosa, [3] Liceriana *p.*, [4] Seuiana *q.*; et quae ex iis nata sunt *r.*, [5] Turraniana *s.*, longitudine pediculi

1. *Dolobelliana. Ch.* 2. *sic et Ch. Pompeiana Gr. et Al.* 3. *Licerniana. Ch.* 4. *sic et Ch. Scauriana. Marc. Empir. Seueriana Gr. et Al.* 5. *Tyranniana. Gr. et Al.*

gro donantur Syriae) Legendum puto, *In iis quae alii a colore nigro vocant Syria.* De Syriis piris praeter ceteros Virgilius II. Georgicon: *Crustumiis Syrisque piris, grauibusque volemis.* quem locum Seruius exponens, *Syriis*, inquit, id est, *nigris.* Pintian.

l. Donantur Syriae) Syria dicuntur, inquit Columella, l. c. Syri piri praeter Virgilium meminit Iuvenalis, Sat. II. v. 75. Seruius locum Virgilii citatum explanans, *Syriis*, inquit, id est, *nigris.* Martialis, L. V. ep. 79. commendat in primis, inter secundae mensae munera, *Et nomen pira, quae ferunt Syrorum.* H.

m. Decimiana.) Decimana Macrobio l. c. A Decimo aliquo nomen habuere. H.

n. Dolabelliana) Et haec laudata Columellae, l. c. H.

o. Pomponiana) Ita MSS. R. Colb. Th. Chiffl. non *Pompeiana.* Eadem a forma, mammosa: nunc *Poires de bon Chrêtien.* H.

p. Liceriana Seueriana) Vetustus vterque codex *Licerniana.* Columella lib. V. *Lateritana* et *Seueriana*; iidem codices *Seuiana* appellant. Macrobius lib. III. et Columella v. *Neuiana*, vt puto. *Pint.*

Liceriana) In MSS. *Licerniana.* Mallem a Licinio Liciniana dici. H.

q. Seueriana) Scaurianorum mentionem facit Marcellus cap. 20. vt aut illic legendum sit *Seueriana*, aut hic *Scauriana.* Dalecamp.

Seuiana) Ita MSS. omnes, non *Seueriana*: nempe a Sevio, de quo Gruterus saepe in Inscriptt. H.

r. Et quae ex his nata sunt Tyranniana) Sic quidem praeferunt antiqui codices: sed mallem *Turanniana*, quando et a Plinio citetur auctor

li diſtantia. Fauoniana rubra *t.*, paulo ſuperbis maiora. [1] Lateriana *u.*, Aniciana *x.* poſtautumnalia *y.* acidulo ſapore iucunda. Tiberiana appellantur, quae maxime Tiberio Principi placuere: Colorantur magis Sole, grandeſcuntque: [2] alioqui eadem eſſent, quae Liceriana. Patriae nomina habent, feriſſima omnium Amerina, Picentina *z.*, Numantina, Alexandrina, [3] Numidiana, Graeca *a.*, et in

1. *Lateriana. Ch.* 2. *alioquin Gr.* 3. *Neuitana. Colum. Numiniana. Ch.*

auctor Turanius Gracula; et ita ſane appellantur a Columella et Macrobio: cum duplici tamen *rr. Turriana.* Pint.

s. Turraniana) Sic MSS. R. etc. Sic etiam Columella, l. c. nempe [a Nigro Turranio, quem ob inſigne agricolationis ſtudium Varro laudat in praef. L. II. de R. R. Apud Macrobium *Turriniana* male. H.

t. Fauoniana rubra) Lego cum diſtinctione, *Fauoniana, rubra*, vt ſit *rubra* genus per ſe, quod Macrobius videtur appellare *rubile.* Pint. *Fauoniana rubra)* Fauoniana dicta putant quod Fauonio flante ſtatim formentur. *Dalec.*

Fauoniana) Laudata haec quoque Columellae, l. c. A Fauonio, quod viri nomen fuit, ſic appellata, *Groſſes poires Muſcadelles.* H.

u. Lateriana) Columella lib. XII. c. 10. *Lateritana*, Macrobius III. *Lateresiana.* Pint.

Lateriana) Lateritiana Columellae, L. XII. c. 19. pag. 419. Macrobio, l. c. Lateresiana. A Laterano poſſunt Laterana nuncupari. H.

x. Aniciana) Macrob. l. c. Colum. L. V. c. 10. p. 102. Cato, c. 7. p. 13. H.

y. Autumnalia) Eadem fortaſſis quae et acidalia paulo poſt memorata. *Dalec.*

Poſtautumnalia) Aniciana, inquit, poſt autumnum decerpi ſolita. H.

z. Picentina) Pira Picena in primis laudat Iuuenalis, l. c. et Signinis confert: *Signinum, Syriumque pirum, de ſorbibus iiſdem Aemula Picenis.* H.

a. Graeca) A Magna Graecia. Graecula, Macrob. l. c. Tarentina, Columellae, l. c. et Celſo, L. IV. c. 19. L. III. c. 24. *Pira quae reponuntur, Tarentina, atque Signina.* Pomorum genera

et in his Tarentina: Signina, quae alii a colore teſtacea appellant: ſicut onychina *b.*, purpurea. *c.* Ab odore, myrapia *d.*, laurea, nardina. A tempore *e.*, [1] hordearia: [2] a collo *f.*, ampullacea, [3] a corio laneo *g.*, bruta. Gentilitatis *h.*, cucurbitina:

1. *Hordearia: collo ampullacea, et Coriolana. Brutae gentilitatis cucurbitina Gr. et vulgg.* 2. *Sic et Vet. a. d. in Gr. et vulgg.* 3. *et corio Coriolana.*

nera quaelibet quae reponuntur, Galli vocant. *Fruits de garde* H.

b. Onychina) *Onychina*, Plinius purpurea interpretari videtur, quod onyx tegumentum conchylii ſit, vt ait Dioſcorides, purpurarum operculo ſimile. *Pruna onychina* Columellae cap. 10. lib. XII. ſic purpurea exponunt. Ego vero, quia Alabaſtrites lapis, onyx dictus eſt, vnde Propertius *onychem myrrheum* pro poculo dixit, *Et Crocino nares murrheus vngat onyx:* quoniam ex alabaſtro pocula fierent: et Horat. *onychem* pro alabaſtro, *Nardi paruus onyx:* onychinum hic interpretor pirum, alabaſtro colore ſimile, vulgo *Poire cuiſſe madame*: purpureumque hic genus ab onychino diuerſum eſſe reor, non autem onychini vel epitheton, vel interpretationem. Eodem modo apud Columellam *onychinon* exponendum arbitror. *Dal.*

Onychina) Quae gemmam onychen coloris ſimilitudine referant. De onyche dicemus, L. XXXVII. ſ. 24. Pruna ſimiliter onychina commendat Columella L. XII. c. 12. H.

c. Purpurea) Laudata haec inprimis a Columella L. V. c. 10. p. 202. H.

d. Myrapia) Celſo quoque nota haec l. c. Ab vnguenti odore, quod Graeci μύρον vocant, nomen traxere, vt a lauro, nardoque, laurea, nardinaque. Myrapia, *poires parfums.* Laurea Macrobio nota, l. c. H.

e. A tempore) Quoniam eodem tempore decerpuntur, quo demeti hordeum ſolet. Eadem cauſa ſ. 12. pruna hordearia appellata. Columellae, l. c. Hordeacea pira vocitantur, *Poires S. Iean.* H.

f. A collo) Quae oblongiore collo, quale eſt fere ampullae vitreae. H.

g. A corio laneo, bruta) Quae corium habent lanuginoſum, brutorum animantium more, et pecoris lanati

na: acidula, ſucci. Incerta nominum cauſa eſt barbaricis, Venereiſque *i.*, quae colorata dicuntur: regiis, quae minimo pediculo ſeſſilia *k.*: patriciis, [1] voconiis *l.*, viridibus oblongiſque. Praeterea dixit volema *m.* Virgilius *n.* a Catone *o.* ſumpta, qui [2] et ſementiua *p.*, et [3] muſtea *q.* nominat.

XVII.

1. *Vocimis. Ch.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. et ſementina. Ch. et Gr.* 3. *mulſa. Colum.*

ti, ſiue lanuginoſi. Sunt ſane et in pirorum genere lanuginoſa, vti malorum, quae ob id lanata dicta ſunt, ſ. 14. Vide N. et Em. N. VIII. (hic poſ.) *A corio*) Prius legebatur, *A collo ampullacea, et Coriolana. Brutae gentilitatis cucurbitina.* A collo Coriolana quemadmodum dici poſſint, aut quid ſit bruta gentilitas, ne Pythia, credo, ipſa dixerit. Tamen in MSS. *et coriolana bruta:* qua lectione potior multo viſa eſt nobis coniectura noſtra. Nam et a corio duro ficus appellatas olim Plinius ipſe prodit, libri huius ſ. 19. et a laneo quidem pira bruta cognominari non temere ſuſpicamur, tranſlata ab animalibus videlicet ea nomenclatione, quorum lanata quam ſtultiſſima; vt dictum eſt L. VIII. ſ. 75. H.

h. Gentilitatis) Sunt deinde pira, inquit, gentilitatis ſeu affinitatis nomine cum cucurbitis inſignia: *Poires courges*: ab oblonga cucurbitae figura. Horum Cato meminit c. 7. p. 13. Sic poma melapia a cognationis cauſa ſup. ſect. traxiſſe nomen dicuntur. H.

i. Venereiſque) Laudat haec Colum. l. c. et Regia. H.

k. Seſſilia) Minus oblonga, atque adeo compactilis rotunditatis, ſapore praeſtanti: nunc habent a Bergomo Italiae oppido nomen, *Poires Bergamotes.* H.

l. Voconiis) Colb. 1. 2. Th. Chiffl. *vocimis.* Eadem viridia et oblonga. H.

m. Volema) Quod volam manus impleant: Eadem fortaſſis, quae et Libraria ſupra cap. 11. huius libri. *Dal.*

n. Virgilius) Loco ante allato. Sunt autem volema, quae libralia ſuperius velut a pondere appellata ſunt: nunc eadem, a mole, quod manus volam implent, volema. H.

o. A Catone) Cap. 7. *Dal.*

A Catone) Nunc c. 7. p. 13. H.

p. Sementina) Sementina a ſe-

XVII. Pars haec vitae iampridem peruenit ad [1] columen r., expertis cuncta hominibus. Quippe quum Virgilius s. insitam nucibus arbutum, malis platanum, cerasis vlmum t. dicat. Nec quidquam amplius

1. *Sic et M. et Ch. culmen Gr. et Al.*

a Sementinis feriis (hoc vocabulo Varro vtitur cap. 2. lib. I.) quae inclinante aestate sationis caussa celebrabantur. Turneb. Pirorum hoc genus tunc maturum colligebatur. *Dal.*

q. *Et mustea*) Quae perperam murtea Macrobius vocat, l. c. Mustea pira sunt nouella pira, vt quidem videtur: nam mustum non modo vinum dicitur, sed et quidquid nouellum, inquit Nonius. H.

r. *Ad columen*) Sic MSS. R. Colb. Chiffl. Th. non *culmen*, vt editi. H.

s. *Quum Virgilius*) Georg. L. II. v. 69. sed vide N. et Em. N. IX. (paulo post) et Plutarchum consule, Symp. Qu. L. II. qu. 2. p. 640. *Quippe*) Virg. Georg. L. II. v. 69. de insitione loquens: *Inseritur vero ex fetu nucis arbutus horrida, Et steriles platani malos gessere valentes, Castaneae fagos: ornusque incanuit albo Flore piri: glandemque sues fregere sub vlmis.* Plinius non *glandemque*, sed *cerasumque* potius legisse, mihi in iis versibus videtur. Nec glandis porro, nec cerasi Seruius meminit. An Virgilii carmen vitiatum dicemus? An cespitasse Plinium memoriae lapsu? At minore profecto sunt in honore glandes, quam cerasa: nec repertam insitionem facile crediderim, vt suibus saginandis glandes, quae sunt vbique obuiae, potius quam vt pascendis hominibus cerasa quaererentur, quae tum erant rariora. Verum quum sues nominat, glandem dixisse potius vates videri iure possit quam cerasum, quod ea libentius vescantur sues. Quod tamen *fregere* dixit idem, vtrique lectioni congruit: nam et glandes, et verius cerasorum franguntur officula. Itaque quam lectionem potius in Virgilio agnoscas, arbitrii tui, lector, iudiciique esto. H.

t. *Malis platanum, cerasis vlmum) Ilicibus vlmum*, non *cerasis vlmum*, legerem ego cum Virgilio II. Georgicon: *Inseritur vero ex fetu nucis arbutus horrida, Et steriles platani malos gessere valentes, Castaneae fagos; ornusque incanuit albo Flore piri, glandemque sues fregere sub vlmo.* Sed forte qui *cerasis* scripsit, deceptus est illo poëtae versu: *Pullulat ab radice aliis densissi-*

amplius excogitari poteſt. Nullum certe pomum nouum diu iam inuenitur. Neque omnia [1] inſita *u.* miſceri fas eſt, ſicut nec ſpinas inſeri, quando fulgura expiari *x.* non queunt facile: [2] quotque genera *y.* inſita fuerunt, tot fulgura [3] vno ictu pronuntiantur. Turbinatior piris figura. In iis ſerotina *z.* ad hiemem vſque [4] ad matrem *a.* pendent gelu matureſcentia, Graeca, ampullacea, laurea, ſicut in malis Amerina, [5] Scandiana. Conduntur vero pira *b.*, vt vuae *c.*, ac totidem [6] modis: neque aliud in cadis praeterquam pruna. Pomis *d.* proprietas, piriſque

1. *Inſitu. Dal.* 2. *quotquot enim genera. Vet.* 3. *nec vno ritu procurantur. Vet.* 4. *in matre. Alii. a matre. Vet.* 5. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. Scantiana Gr. et Al.* 6. *modis, non aliter quam in cadis. Praeterea quae pennis. Vet.*

denſiſſima ſylua, Vt ceraſis vlmiſque. Sed illic res alia agitur, quot videlicet modis arbores proueniant. *Pint.*

u. Neque omnia inſita) Rectius *inſitu.* H.

x. Fulgura expiari) Procurari et expiari fulgura dicuntur, quum eorum vis infeſta a capitibus noſtris, agriſque, vel tectis, precibus quibuſdam, ritibuſque ſacris depellitur. H.

y. Quotque genera) Varro de R. R. L. I. c. 40. *Videndum qua ex arbore in quam transferatur — Haec ſequuntur multi, qui aruſpices audiunt multum; a quibus proditum in ſingulis arboribus quot genera inſita ſint, vno ictu tot fulmina fieri in illud quod fulmen concepit.* His extricandis nugis piget immorari. H.

z. In iis ſerotina) Poires tardives. H.

a. Ad matrem) Siue in matre, hoc eſt, in arbore. H.

b. Conduntur vero pira) Columella c. 10. l. XII. *Dal. Conduntur)* Ita nunc Cato, c. 145. p. 75. H.

c. Vt vuae) Quot modis condantur vuae, dicetur ſ. ſq. H.

d. Pomis) Et e pomis piriſque potionis genus exprimitur, in Normannia inprimis Galliae prouincia, quod vini ſaporem acidulum refert: *Pommé, le cidre qu'on fait avec des pommes: Poiré, cidre de poires.* Iſtud *piracium* ab Hieronymo dicitur, L. II. aduerſ. Iouin. H.

pirisque, vini: [1] similiterque in aegris *e.* medentes cauent: [2] ac vino et aqua coquuntur, atque pulmentarii vicem implent *f.*: quod non alia praeter cotonea, [3] et struthia.

XVIII. (XVI.) 1. In vniuersum [4] vero de pomis seruandis praecipitur: pomaria *g.* in loco frigido ac sicco contabulari *h.*: septemtrionalibus fenestris sereno die patere *k.*: Austros speculari-bus

1. *Similiter iis aegris med. calentia in escam dant: ac vicino. Vet. Similiter iis aegris med. in escam dant. Parm.* 2. *at vino.* 3. *ac struthia. Cb.* 4. *autem. Cb.*

e. Similiterque in aegris) Pira praesertim. Plin. L. XXIII. s. 62. *Pirorum omnium cibus etiam valentibus onerosus: aegris quoque vini modo negatur.* H.

f. Pulmentarii vicem implent) Idem cap. 14. lib. eod. *Dal.*

Pulmentarii) Quamquam vel sic cocta pultis quamdam similitudinem obtinent, *vne Marmelade:* non a pulte tamen pulmentarii petenda originatio est, vt dicemus L. XVIII. s. 19. Celso, L. II. c. 33. *Contrita pira, vel mala, praecipueque cydonia.* H.

g. Pomaria) Pomarium locus est in quo poma reponuntur: vt vestiarium diximus, s. 8. in quo vestes. Varro de R. R. L. I. c. 59. *Conditiua mala struthea, cotonea — omnia in loco arido ac frigido supra paleas posita seruari recte putant.* Contabulari est tabulatis communiri. Sic contabulatae turres apud Caesarem Liuiumque. H.

h. Loco frigido ac sicco contabulari) Vitruuius cap. 4. lib. I. Varro cap. 59. lib. I. *Dalec.*

k. Septemtrionalibus fenestris sereno die patere) Scribendum opinor, *Septemtrionibus fenestras sereno die patere;* quod tum verba sequentia monstrant, tum magis M. Varro, quem sequi hac parte videtur Plinius. Eius verba lib. I. cap. 59. *Haec omnia in loco arido et frigido supra posita palea seruari recte putant:* etc. Et Plinius lib. XVII. cap. 3 *Quidam caelum terrae parere cogunt, vt quae in siccis serantur, orientem atque septemtrionem spectent.* Et praesenti volumine cap. 25. *Inter prima hoc e pomis colono gratiam annuam refert,*

bus *l.* arcere, Aquilonis quoque afflatu poma deturpante rugis. Colligi mala post aequinoctium [1] autumnale, neque ante [2] XVI. Lunam, neque ante primam horam. Cadiua *m.* separari; stramentis, storeis, paleisue substerni. *n.* Rara componi *o.*, vt limites peruii spiritum aequalem accipiant. [3] Amerina *p.* maxime durare, melimela minime.

2. (XVII.) Cotoneis [4] in concluso *q.* spiramentum omne adimendum, aut incoqui melle ea, immergi-

1. *Autumnale.* Ch. 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf.* Ch. *octauam lunam.* M. *ante XV. lunam* Gr. *et Al.* 3. *Camerina. vt c. 14.* 4. *inclusis.* Dal. *inconclusos.* Ch. *cotoneis interclusis* Gr. *et Al.*

fert, septemtrione frigidisque gaudet. Pintian.

Septemtrionalibus) Varro l. c. [*Ideo oporothecas qui faciunt ad Aquilonem, vt fenestras habeant, atque vt aere perflentur, curant; neque tamen sine foriculis, ne quum humorem amiserint, pertinaci vento vieta fiant.* H.

l. Specularibus) Ceu fenestris vitreis. De specularibus dicetur L. XXXVI. s. 45. H.

m. Cadiua) Quae per se cecidere, non manu decerpta, aut decussa pertica. Et haec vox *Cadiuus* in Notis quae vulgo adscribuntur Tironi, reperitur, p. 18. H.

n. Stramentis, storeis, paleisue substerni) Scribendum autumo, *Ramenta, scobes, paleasue substerni.* Plinius capite sequente: *Sunt qui malunt vuas in scobe, ramentisue abietis, populi, fraxini seruare.* Columella libro duodecimo cap. 45. *Atque ea ipsa nonnulli sic in aliis generibus, vt supra iam diximus populnea, quidam etiam abiegna scobe interposita, mala custodiunt.* Pint.

o. Rara componi) Laxe disponi, relicto inter singula interuallo, vt aere aequabiliter cuncta perflentur. H.

p. Amerina) De his, et de melimelis, s. 15. H.

q. In concluso) Loco concluso, quo nullus vento sit aditus. Vide N. et Em. N. X. (hic pos.) *Coton.)* Libri hactenus editi, *Cotoneis interclusis.* MSS. R. Colb. Th. Chiffl. Par. *inconclusos spiramentum*, etc. Scripsi, *in concluso*, loco nimirum: vti prius poma vulgaria in loco frigido siccoque contabulari dixit oportere, et septemtrioni sereno patere: nunc contra concludi cotonea iubet.

mergiue [1] oportere. Punica aqua marina feruente indurari *r.*: mox triduo Sole ſiccata, ita ne nocturno rore contingantur, ſuſpendi: [2] et quum libeat vti, aqua dulci perlui. *s.* M. Varro *t.* et in doliis arenae ſeruari iubet: et immatura *u.* obrui terra in ollis fundo effracto, ſed ſpiritu excluſo *x.*, ac ſurculo pice illito: ſic etiam creſcere amplitudine maiore, quam [3] poſſint in arbore. Cetera mala *y.* foliis ficulnis *z.*, praeterquam cadiuis, ſingula con-

N 2 vol-

1. *Oportet. Dal.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Cb. cum libeat vti Gr. et Al.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Cb. poſſunt Gr. et Al.*

bet. Locum concluſum dixit Lucretius L. IV. v. 460. H.

r. Punica aqua marina fervente indurari) Id Mago praecipit apud Columellam cap. 44. lib. XII. *Dalec.*

Punica aqua) Sic Geopon. auct. L. X. c. 38. p. 272. Columella, L. XII. c. 44. p. 448. *Poenus quidem Mago praecipit aquam marinam vehementer calefieri, et in ea mala granata: lino ſpartoue illigata, paulum demitti, dum decolorentur: et exempta per triduum in Sole ſiccari: poſtea loco frigido ſuſpendi: et quum res exegerit, vna nocte, et poſtero die, vſque in eam horam, qua fuerit vtendum, aqua frigida dulci macerari.* Eadem habet Palladius, L. IV. in Martio, tit. 10. p. 93. H.

s. Aqua dulci perlui) Idem Columel. loco citato. *Dal.*

t. M. Varro) Ita nunc legitur in L. I. de R. R. c. 59. p. 71. *Mala punica demiſſis ſuis ſurculis in dolio arenae.* Sic etiam auct. Geop. l. c. H.

u. Et immatura) Varro, l. c. *Etiam immatura quum haerent in ſua virga, et demiſeris in ollam ſine fundo, eamque ſi conieceris in terram, et obteres circa ramum, ſi extrinſecus ſpiritus afflet, ea non modo integra eximi, ſed etiam maiora, quam in arbore vmquam pependerint.* H.

x. Spiritu excluſo) Ne ventus afflet. H.

y. Cetera mala) Columella, L. XII. c. 45. p. 450. *Nonnulli foliis ficulneis illigant, deinde cretam figularem cum amurca ſubigunt, et ea linunt mala, quae quum ſiccata ſunt, in tabulato, frigido loco et ſicco reponunt.* Habet eadem Palladius L. III. in Febr. tit. 25. p. 76. H.

z. Foliis ficulnis) Idem cap. 45. lib. XII. *Dal.*

volui, ciſtiſque vitilibus condi, vel creta *a.* figlinarum illini.

3. Pira in vaſis [1]fictilibus picatis inuerſis obrui [2]inter ſcrobes. *b.* Tarentina ſeriſſime legi. Aniciana *c.* ſeruari et in paſſo. Sorba [3]quoque et ſcrobibus, gypſato operculo *d.*, duûm pedum terra [4]ſuperinducta *e.*, in loco aprico, inuerſis vaſis; et in doliis, vt vuas, cum ramis ſuſpendi.

4. E

1. *Sictilibus. M.* 2. *intra ſcrobes. Dal. inter ſcobes Gr. et Al.* 3. *ſic et Ch. Sorba, vero et in ſcrobibus Gr. et Al.* 4. *ſuperintecta. Ch. Leg. ſuperiniecta.*

a. Vel creta) Sic Apuleius Romanus in Geoponicis L. X. c. 21. p. 262. Τινὲς δὲ κεραμεικῇ γῇ περιπλάσαντες, καθ' ἓν μῆλον ξηραίνουσι, καὶ ἀποτίθενται. *Quidam terra figulina ſingula mala oblinunt, ſiccant, et reponunt.* H.

b. Inter ſcrobes) Sic MSS. R. Colb. etc. Quare mox etiam ſequitur, ex iiſdem codd. *Sorba quoque et ſcrobibus:* hoc eſt, perinde ac pira, de quibus dictum eſt proxime. H.

c. Aniciana) Varro l. c. *In ſapa condita manere pira Aniciana et ſementiua.* H.

d. Sorba vero et in ſcrobibus gypſato operculo, duûm pedum terra ſuperinducta) Verba manifeſte praepoſtero ordine ſcripta, ſicque vt ſentio reſtituenda: *Sorba vero et in ſcrobibus duûm pedum gypſato, etc.* Columella libro XII. cap. 15. vnde haec fuiſſe deſumpta apparet perſpicue: Plinius quoque eam lectionem confirmat paulo poſt, quum dicit: *Plerique vero in ſcrobe duûm pedum altitudinis arena ſubſtrata et fictili operculo, deinde terra operto.* Aſtipulatur et Palladius volumine ſecundo, titulo XV. *Pint. Sorba vero et in ſcrobib. gypſato, etc.)* Columella cap. 16. lib. XII. Varro cap. 68. lib. I. *Dalec.*

Sorba quoque) Columella L. XII. c. 16. p. 424. *Sorba,* inquit, *manu lecta, curioſe in vrceolos picatos adiicito, et opercula picata imponito, et gypſo linito: tum ſcrobibus bipedaneis ſicco loca intra tectum factis vrceolos intra collocato, vt oblita ora eorum deorſum ſpectent: deinde terram congerito, et modice deſuper calcato.* Habet eadem Palladius L. II. in Ianuar. tit. 15. p. 45. H.

e. Superinducta) Ita R. 1. At R. 2. Colb. Th. et Ch. *ſuperintecta*, vt ſorba ſubintelligas. H.

4. E proximis *f.* auctoribus quidam altius curam petunt: deputarique statim poma ac [1] vites *g.* ad hunc vsum praecipiunt, decrescente Luna, post horam [2] diei tertiam *h.*, caelo sereno, ac siccis ventis. Similiter deligi et ex locis siccis, et ante perfectam maturitatem, addito vt Luna infra terram sit: vuas cum malleolo sarmenti duro *i.*, demptis forfice *k.* corruptioribus acinis, in dolio picato recenti suspendi, exclusa omni aura *l.* operculo et gypso; sic et sorba, ac pira: illitis omnium surculis *m.* pice. Dolia procul ab aqua esse. Quidam sic *n.*

 cum

1. *Vuas. Dal.* 2. *ceu. Ch.*

f. E proximis) E recentioribus ac nouitiis scriptoribus. Columellae haec verba, L. XII. c. 43. p. 445. *Omnis autem vua sine noxa seruari potest, si Luna decrescente, et sereno caelo post horam quartam, quum iam insolata est, nec roris quidquam habet, viti detrahatur.* Idem de pomis praecipit, c. 45. H.

g. Ac vites) Ita MSS. omnes. Aut vites dixisse pro vuis, aut neutro genere arborem videtur pomum appellasse, ex qua demetuntur mala. Deputari vero arborem, vitemue, vindemiari est. H.

h. Diei tertiam) MSS. omnes, *post horam ceu tertiam.* Columella, *quartam.* H.

i. Vuas malleolo sarmenti duro) Vuae condendae et seruandae ratio, docetur supra cap. 1. lib. XIV. et apud Galen. c. 8. lib. II. De aliment. *Dal.*

Cum malleolo) Malleolus dicitur palmes vitis nouus, prioris anni flagello, siue sarmento innatus. H.

k. Demptis forfice) Colum. l. c. p. 447. *Vitiosa grana forficibus amputantur.* H.

l. Exclusa omni aura) Ne introire spiritus possit, Colum. p. 451. H.

m. Omnium surculis) Hoc est, pediculis, siue petiolis. Colum. p. 445. *Vuas quum desecueris a vite, continuo pediculos eorum impicato dura pice.* Et infra: *pix ferueat, in qua pediculi vuarum statim demittantur.* H.

n. Quidam sic) Colum. p. 447. *Nonnullis sicco flore gypsi obruunt vuas: quas non nimium maturas vitibus detraxerunt.* H.

cum palmite in gypſo condunt, capitibus *o.* eius ſcillae infixis vtrimque. Alii etiam *p.* vina habentibus doliis, dum ne contingant ea vuae. Aliqui mala *q.* in patinis fictilibus fluitantia: quo genere et vino odorem acquiri putant. Aliqui omnia *r.* haec in milio ſeruare malunt. Plerique vero in ſcrobe duûm pedum altitudinis arena [1] ſubſtrato, et fictili operculo, dein terra operto. Creta quidam etiam figlina vuas illinunt, ſiccataſque Sole ſuſpendunt; in vſu, diluentes cretam. Eamdem pomis vino ſubigunt. *s.* Mala vero generoſiſſima eadem ratione cruſtant gypſo vel cera: quae niſi [2] maturuerint *t.*, incremento calycem rumpunt. Semper autem *u.* in pediculos collocant *x.* ea. Alii decerpunt

1. *Subſtrata.* M. 2. *maturauerint.* Cb.

o. *Capitibus*) Vtroque capite *rami* illius, *ex quo vua pendet*, in ſcillae *radicem* infixo. H.

p. *Alii etiam*) Colum. p. 445. multo vberius hunc locum explanat, quem conſule. H.

q. *Aliqui mala*) In ollam fictilem nouam immiſſa, olla deinde in vini dolium immerſa, ita vt ei innatet: id enim ſi fiat, et recentia ſemper mala erunt, et vinum ipſum odoratum, inquit Apuleius Romanus in Geop. L. X. c. 21. p. 263. Εἰς χύτραν καινὴν ἐντιθέμενα, πίθῳ οἰνηρῷ τῆς χύτρας ἐμβληθείσης, ὥστε πλεῖν ταύτην, τοῦ πίθου ἐπιχρισθέντος, ἔσται νέα, ὁ δὲ οἶνος εὐώδης. Quod et Democritus repetit l. c. c. 28. p. 267. H.

r. *Aliqui omnia*) In milio, Palladius L. III. in Febr. tit. 25. p. 76. In hordeo, ne putreſcant, Apuleius, l. c. H.

s. *Vino ſubigunt*) Vel aqua. Columella, L. XII. c. 44. p. 448. *Sed et Mago Carthaginienſis auctor eſt, creta figulari bene ſubacta recentia mala craſſe illinire, et quum argilla exaruit, frigido loco ſuſpendere. Mox quum exegerit vſus, in aquam demittere, et cretam reſoluere. Haec ratio tamquam recentiſſimum pomum cuſtodit.* H.

t. *Quae niſi maturuerint*) Maturiſſima idcirco legi praecipit Columella, l. c. p. 450. In MSS. R. Colb. 2. Chiffl. Th. *maturauerint.* H.

u. *Semper autem*) Columella, p. 451. *Subſtrata praedicta poma ſic debent componi,*

punt cum surculis y., eosque in medullam sambuci abditos obruunt z., vt supra a. scriptum est. Alii singulis b. malis pirisque singula vasa fictilia assignant, et [1] opercula eorum picata dolio iterum includunt. Necnon aliqui in [2] floccis c. capsisque, quas luto paleato illinunt. Alii [3] hoc quidem in

N 4 pati-

1. *Operculo eorum picato.* Dal. 2. *fossis.* Dal. 3. *hoc idem.* M.

poni, vt flosculi sursum, pediculi deorsum spectent: quemadmodum etiam in arbore nata sunt. H.

x. *In pediculos collocant)* Vt pediculi deorsum spectent, oculi sursum, quemadmodum etiam in arbore nata sunt. Columel. cap. 45. lib. XII. *Dal.*

y. *Alii cum surculis)* Hoc est, cum pediculis, seu ramulis, e quibus ea pendent. Colum. p. 449. *Omne autem pomum quod in vetustate reponitur, cum pediculis suis legendum est: sed, si sine arboris noxa fieri possit, etiam cum ramulis; nam ea res plurimum ad perennitatem confert.* Et p. 448. fossam fieri loco siccissimo praecipit, eoque infigi sambuci ramulos; deinde sereno caelo granata legi cum suis pediculis et sambuco inferi: *quoniam sambucus,* inquit, *tam apertam et laxam medullam habet, vt facile malorum pediculos recipiat.* H.

z. *In medullam sambuci abditos obruunt)* Idem cap. 44. lib. eod. *Dal.*

a. *Vt supra)* Hoc est, in scrobe duûm pedum altitudinis, arena substrato et fictili operculo, dein terra operto. Sic etiam Colum. l. c. *Tum factae scrobi operculum imponitur, et paleato luto circumlinitur, etc.* H.

b. *Alii singulis)* Apuleius, l. c. p. 262. et Pallad. L. III. in Febr. tit. 25. p. 72. H.

c. *In floccis)* In lanarum floccis. Vide N. et Em. N. XI. (hic pos.) *In fl.)* Dalecampius *fossis*, pro *floccis* reponit. Male. Nam vt floccos Plinius, sic tomenta pura ac nitida, quod idem ferme est, Apuleius ad hunc locum requirit, in Geop. L. X. c. 21. p. 263. et 264. Καὶ εἰς καμπτρία δὲ, inquit, συντίθενται μετὰ γναφάλων καθαρῶν, καὶ φυλάττεται. *Quin et in sinuosas capsas cum floccis, siue tomentis puris componuntur et conseruantur.* Et Varro ipse de R. R. L. I. c. 59. p. 71 *Mala manere putant satis commode, alii substrata palea, vel etiam floccis, etc.* H.

patinis fictilibus: aliqui et in scrobe subiecta arena, ita [1] sicca operiunt mox terra. Sunt, qui cotonea cera Pontica *d*. illita melle demergant. [2] Columella auctor est, in puteos cisternasue in fictilibus *e*. vasis

1. *Sita. D. sepulta.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. Columella auctor, omisso, est, Gr. et Al.*

d. Cera Pontica) Dicetur de eo cerae genere L. XXI. c. 49. H.

e. Columella auctor in puteos cisternasue in fictilibus vasis pice diligenti aura illitis mergi. Liguria maritima Alpibus proxima vuas Sole siccatas iunci fasciis inuoluit) Si haec lectio recipiatur, falsum contra Columellam, conterraneum nostrum, scriptorem singulari doctrina et facundia testimonium perhiberi sinemus, neque enim Columella in puteos cisternasue in fictilibus pice diligenti cura illitis mergi cotonea tradit, sed vuas. Quam ob rem dictio, quae paulo post sequitur *vuas*, ex loco proprio emota ad superiorem aliquanto locum transferenda est, legendumque hoc pacto: *Columella auctor est in puteos cisternasue in fictilibus vasis pice diligenti cura illitis, mergi vuas. Liguria maritimis Alpibus proxima, Sole siccatas iunci fasciis inuoluit. Maritimis*, inquam, lego, *non maritima*. nam maritimarum Alpium frequens est apud hunc auctorem mentio, vt libro octauo, capite 39. *Et circa maritimas Alpes quondam effossae*. Columellae autem verba sunt: *M. Columella patruus meus ex ea creta qua fiunt amphorae, lata vasa in modum patinarum fieri iubebat, eaque intrinsecus et extrinsecus crasse picari: quae quum praeparauerat, tum vero purpureas et bumastos, et numisianas et duracinas vuas legi praecipiebat, pediculosque earum sine mora in ferventem picem demitti, et in praedictis patinis separatum sui cuiusque generis ita componi, ne vuae inter se contingerent: post hos opercula superponi et oblini crasso gypso, tum pice demum dura quae igni liquata esset, sic picari, ne quis humor transire possit, tota deinde vasa in aqua fontana vel cisternina ponderibus impositis mergi, nec vllam partem earum pati exstare, sic optime vua seruatur.* Pint.

Columella) Id quidem de vuis praecipit L. XII. c. 43. quas eadem arte ac poma seruari Plinius admonuit. H.

vaſis pice diligenti *f.* cura illitis mergi. Liguria maritima Alpibus proxima vuas Sole [1] ſiccas iunci faſciis inuoluit, cadiſque conditas, gypſo includit. Hoc idem Graeci *g.* platani foliis *h.*, aut vitis ipſius, aut fici, vno die in vmbra ſiccatis, atque in cado vinaceis *i.* interpoſitis. Quo genere Coa vua, et Berytia ſeruantur, [2] nullius ſuauitati poſtferendae. Quidam, vt has faciant, in cinere [3] lixiuio *k.* tingunt protinus quam detraxere vitibus, mox in Sole ſiccant: tum foliis (vt ſupra dictum eſt) inuolutas vinaceis ſtipant. Sunt qui malunt vuas [4] ſcobe *l.* ramentiſue abietis, populi *m.*, fraxini ſeruare. Sunt

N 5 qui

1. *Siccatas Gr.* 2. *nullis, etc. vt hoc. Dal.* 3. *lixiuo Gr.* 4. *vuas in ſcobe Gr.*

f. Fictilibus vaſis pice diligenti, etc.) Columella cap. 13. lib. eod. *Dalec.*

g. Hoc idem Graeci) Columella, L. XII. c. 16. p. 424. *Quidam vuam paſſam foliis ficulneis inuoluunt et aſſiccant: Alii foliis vitigineis: nonnulli plataninis, ſemiuietas vuas contegunt, et ita in amphoras recondunt.* H.

h. Platani foliis) Idem c. 16. lib. eod. *Dal.*

i. Vinaceis) Quid ſint vinacea, diximus L. XIV. ſ. 3. H.

k. In cinere lixiuio) Colum. l. c. *Sunt qui culmos fabae exurant, et ex eo quod cremauerint, cinere lixiuiam faciant, etc.* Ex cinere ficulneo aut vitigineo lixiuiam fieri monet auctor Geop. L. IV. c. 14. p. 115. qua tingebantur vuae, vt Coae quodammodo ac Berytiae fierent. H.

l. Sunt qui malunt vuas in ſcobe ramentiſue abietis, populi fraxini ſeruare) Ex Columella hoc quoque, vt ſupra viſum eſt libro duodecimo, capite quadrageſimo tertio; ſed de abiegna populneaque ſcobe mentio illi tantum, de fraxini nulla omnino. *Pint.*

Sunt qui malunt) Colum. L. XII. c. 43. p. 447. *Quidam arida populnea, vel abiegna ſcobe virides vuas cuſtodiunt.* Vide et c. 44. p. 449. H.

m. Ramentiſue abietis, populi, etc.) Eam materiam Graeci vocant ῥινήματα ſiue ῥινίσματα, πρίσματα, πελεκύσματα, λεπίσματα, τορνεύματα: Hippocr. lib. de vlcer. ἰχθυήματα. *Dal.*

qui suspendi procul [1] malis *n*, protinusque in granariis [2] iubeant, quoniam [3] optime sit operimento puluis pensilibus. Contra vespas *o.* remedio est, oleo aspergi ex ore. De palmis *p.* diximus.

XIX. (XVIII.) E reliquo *q.* genere pomorum ficus amplissima est *r.*, quaedamque et piris magnitudine aemula. De Aegyptiae Cypriaeque miraculis retulimus inter externas *s.* Idaea rubet *t.* oliuae

1. *Malint. Vet.* 2. *iubent. M.* 3. *optimum sit operimentum. Vet. optimo sit operimento. Alii. Vet.*

n. Procul malis) Procul a pomorum vicinio. Docet hoc ipsum auctor Geop. L. IV. c. 14. p. 115. Φυλάττονται δὲ αἱ σαφυλαὶ, etc. *Seruantur*, inquit, *vuae multo tempore, in horreis siue granariis frumenti suspensae, praesertim si frumentum saepius moueatur: puluis enim inde excitatus, vuis quae pendent insidens, plurimum confert ad diuturnitatem.* Pira similiter commendat Martial. L. I. ep. 44. *Quae lenta pendent religata genista.* H.

o. Contra vespas) Ita Geopon. auctor, ex Democrito, L. IV. c. 9. p. 108. Ἔλαιον ῥοφίσας πρόσρανον, ὥσπερ ἐμφυσῶν ταῖς ἀμπέλοις, καὶ ταῖς σαφυλαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις ὀπώραις. Lemma capitis erat: ὥςε σφῆκας μὴ ἅπτεσθαι ἀμπέλων, etc. quamquam est proprie, vt suo loco monuimus, crabro, non vespa, σφήξ. H.

p. De palmis) L. XIII. f. 9. H.

q. E reliquo — pomorum) Pomi appellatione venit etiam ficus, et apud Palladium, L. IV. in Martio, tit. de ficu. Elegantem de ea re disceptationem vide apud Macrob. Saturn. L. II. c. 16. p. 378. At tenuit deinde vsus, vt quemadmodum caulium appellatio deflecteret a generis significatione ad brassicam priuatim designandam: ita pomum pro malo caperetur. H.

r. Ficus amplissima est) Graecis prouerbium est σῦκον σύκῳ, de rebus valde similibus, vt ouum ouo, lac lacti, aqua aquae. Priscus Comicus apud Ciceronem, σύκῳ μὰ τὴν Δήμητραν σῦκον οὐδὲ ἓν οὕτω ὅμοιον γέγονεν. Vict. cap. 5. XXXVI. XXXVII. *Dal.*

s. Retulimus inter externas) Cap. 7. lib. XIII. *Dal.*

Retulimus) L. XIII. f. 14. et 15. H.

t. Idaea rubet) De Idaea Theophrast. cap. 17. lib. III. hist.

oliuae magnitudine, rotundior tantum, sapore mespili. Alexandrinam hanc ibi vocant *u.*, crassitudine [1] cubitali *x.*: ramosam, materie *y.* validam, lentam *z.*, sine lacte, cortice viridi, folio tiliae *a.*, sed

1. *Cubitali: ramosa materie: validam. M. Lege. ramosam, materia valida, lenta.*

hist. *Idaea*, inquit, *fruticosa est, minime procera, tam crassa vt cubitalis ambitus sit. Lignum contortum, lentum, inferne minime nodosum, superne in orbem comosum: colore folii, et corticis liuido: folio Tiliae, molli, lato, paris magnitudinis: flore mespili, qui simul cum mespilo prodit: fructu rubro, magnitudine oliuae, rotundiore, gustu mespili: crassa radice, vt fici, et lenta. Lignum non putret, et solidum cor habet, non medullam.* Haec est Theophrasti integra descriptio, a qua Plinius quid diffideat, lector prudens iudicare potest. *Dal.*

Idaea) Ab Ida monte Troadis, Idaea: ab Alexandria eiusdem regionis oppido, Alexandrina nominata. Theophr. hist. L. III. c. 17. de lauro, ficu, et vite Alexandrina. Ἴδια δὲ καὶ τάδε περὶ τὴν Ἴδην ἐςίν. Οἷον ἥτε Ἀλεξανδρεία καλεμένη δάφνη, καὶ συκῆ τις καὶ ἄμπελος. Sunt qui ab Alexandro Paride malint nomen traxisse, quem ea coronatum ferunt. Hanc porro ficus Idaeae descriptionem hausit ex Theophrasto Athenaeus, L. III. p. 77. H.

u. Alexandrinam hanc ibi vocant) Theophrastus nusquam ficum hanc Alexandrinam vocari tradit, sed in eodem Idae monte laurum nasci, quam Alexandrinam nuncupant. Legendum puto, *Mespili, crassitudine molli. Alexandrinam et ibi natam laurum vocant. Onesicritus, etc.* Dal.

x. Crassitudine cubitali) Sic locum hunc interpunximus, vt cubitali ambitu, non ramos, sed caudicem, intelligeres: ex Theophr. l. c. Ἡ δὲ συκῆ, θαμνῶδες μὲν, καὶ ἐχ ὑψηλόν· πάχος δ᾽ ἔχον, ὥςε καὶ πηχυαῖον εἶναι τὴν περίμετρον. H.

y. Materie) Ligno numquam putrescente. Theophrast. Ἀσαπὶς δέ ἐςι τὸ δένδρον. H.

z. Lentam) Ξύλον γλισχρὸν, Theophr. viscosam, lubricam. H.

a. Folio tiliae) Hoc est, simili tiliae foliis, mollique et lato. Theophr. Τὸ δὲ σχῆμα

ſed molli. Oneſicritus tradit in Hyrcania multum noſtris eſſe dulciores, fertilioreſque, vt quae modios CCLXX. ſingulae ferant. Ad nos ex aliis tranſire [1]gentibus, Chalcide *b.*, Chio: quarum plura genera. *c.* Siquidem et Lydiae *d.*, quae ſunt purpureae, et mamillanae *e.*, ſimilitudinem earum habent: et calliſtruthiae *f.* [2]parum ſapore praeſtantiores, ficorum omnium frigidiſſimae. Nam de Africanis *g.*, quas multi praeferunt cunctis, magna quae-

1. *Gentibus Chalcidicae, quarum. M.* 2. *fartim. Ch.*

σχῆμα τῶν φύλλων ὅμοιον τῷ τῆς φιλύρας, καὶ μαλακὸν δὲ καὶ πλατύ. H.

b. Chalcide etc.) Vnde Chiae ficus, et Chalcidicae, Herodoto Lycio in opere *De ficubus* appellatae, apud Athen. L. III. p. 77. Lydiae quoque purpureae, apud eumdem, p. 76. Αἱμώνια σῦκα Λύδια, a ſanguineo colore. H.

c. Plura genera) Albae ſcilicet et nigrae. Macrobius Sat. L. II c. 16. p. 377. *Cloatius*, inquit, *diuerſas ficos diligentiae ſuae more dinumerat Africa — — Chalcidica alba, nigra: Calpurniana alba, nigra*, etc. Scripſit Paſſeratius carmen haud inuenuſtum de ficu, Cal. Iun. MDXC. H.

d. Lydiae) Harum, praeter Athenaeum, l. c. meminit etiam Macrobius modo laudatus. Columella quoque in Hortulo: *Et picto Lydia tergo.* H.

e. Mamillanae) A mammarum forte ſimilitudine aliqua, vt pira mammoſa, de quibus ſ. 19. nomen traxere. H.

f. Calliſtruthiae) Lego: *Calliſtr. haud parum*, ex Athenaeo, apud quem lib. III. Magnus omnibus praefert, quae vbiuis naſcantur. Ibidem laudatur multum ficus e Paro, quam αἱμονίαν a ſanguinis colore vocabant. Victor. c. 4. XXXVI. *Dalec.* *Calliſtruthiae*) Iul. Capitolinus in Albino, p. 83. *Quingentas ficus paſſarias, quas Graeci calliſtruthias vocant, ieiunum comediſſe aiunt*, etc. Καλλιστρούθιαι Athenaeo, L. III. p. 75. quarum ſuauitatem nulli poſtferendam pronunciat. Columella in Hortulo: *Et calliſtruthiis roſeo quae ſemine ridet.* H.

g. Africanis) De his Martialis, L. VII. ep. 52. *Et Libycae fici pondere teſta grauis.*

quaeſtio eſt: quum id genus in Africam nuperrime tranſierit, patriae nomen obtinent. [1] Nam Alexandrina e nigris eſt *h.*, candicante *i.* rima, cognomine delicatae. Nigra et Rhodia *k.* eſt, et Tiburtina de praecocibus. *l.* Sunt et auctorum *m.* nomina iis, Liuiae, Pompeiae: [2] ſiccandis haec *n.* Sole in annuos vſus [3] aptiſſima, cum mariſcis *o.*, et quas

1. *Nam Alexandrinae enixiores Candicans, Terina (Theriana) cogno. delicatae. Parm.* 2. *Siccantur hae. V. Siccandae hae. M.* 3. *aptiſſimae. Vet. aptiſſime. M.*

vis. Africanas vocat Colum. L. V. c. 10. p. 201. H.

h. Nam Alexandrina e nigris eſt) In aliis exemplaribus tam ſcriptis quam excuſis: *Nam Alexandrina e nigris eſt candicans, terena cognomine delicata.* Ex quibus verbis poſtremum, expoſitionem fuiſſe credimus dictionis illius *terena*, eumdem intellectum Graecae habentis. *Pint.*

Alexandrina) Ab Aegypti Alexandria: nam alterius fructus rubet, vt dictum eſt ex Theophr. H.

i. Candicante) Quum hiat, albet. Haec, opinor, ea ficus eſt, quae Columellae, L. X. in Hort. p. 359. *Sciſſa Libyſſa* dicitur. H.

k. Rhodia) Meminit huius Athen. L. III. p 75. H.

l. De praecocibus) Protericas et Prodromos vocat Macrob. lib III. Saturn. *Dal.*

De praecocibus) *Figues haſtives.* Sunt in horto Regio. H.

m. Sunt et auctorum) Dedere iis ſua nomina, quibus eae maxime placuere. Liuius quidem Liuia, quae Auguſtum maritum ficubus venenatis ſuſtuliſſe ferebatur, inquit Dio L. LVI. p. 589. Hae Macrobio, l. c. Liuianae: iſtae Pompeianae vocantur. De Liuia Columella in Hortulo: *At grauis Arcturi ſub ſidere parturit arbos Liuia, Chalcidicis, et Caunis aemula Chiis.* H.

n. Siccandis haec) Haec, inquit, genera apta ſunt, quae Sole ſiccentur, condanturque in annuos vſus. Ita MSS. omnes. H.

o. Cum mariſcis) Pingues mariſcas appellat Columella in Hortulo. Italis *Fico lardare*, auctore Ioh. Bapt. Porta: ſapore iniucundo, ſtolida magnitudine, pinguedine eximia: Soles paſſa ad ſeruandum aptior, quam viridis ad eſcam. Fatuas idcirco mariſcas appellat Martialis, nec habet in pretio, L. VII. ep.

quas [1] arundinum *p.* folii macula variat. Eſt et Herculanea *q.*, et albicerata *r.*, et [2] aratia *s.* alba, pediculo minimo, latiſſima. Primo autem prouenit porphyritis *t.*, longiſſimo pediculo. Comitatur eam e minimis et viliſſimis, popularis dicta. Contra nouiſſima ſub hieme maturatur chelidonia. *u.* Sunt praeterea *x.* [3] eaedem ſerotinae et praecoces, biferae, alba ac nigra, cum meſſe vindemiaque matureſcentes. [4] Serotinae et a corio appellatae *y.* duro:

1. *Harundinei folii mac. variant. Vet.* 2. *aritia. M.* 3. *eaedem, in M. d.* 4. *Serotinae et appellatae cydoniae. Ex Macrob. Lego, Serotinae duracinae a corio app.*

ep. 24. Chias contra commendat: *Infanti melimela dato, fatuaſque mariſcas: Nam mibi, quae nouit pungere, Chia ſapit.* H.

p. Arundinum) *Grandinum in foliis.* Niſi Laconicam arundinem intelligat, cuius folium verſicolor eſt Theophraſto cap. 12. lib. IV. hiſtor. *Dal.*

Et quas arundinum) Quae arundinis Laconicae in morem diuerſicolores, maculoſaeque ſunt. De hoc arundinum genere Theophr. hiſt. L. IV. c. 12. Genera ficuum ex elementorum ſerie dinumerans Macrob. l. c. *Africa*, inquit, *albula*, *arundinea*, *aſinaſtra*, etc. H.

q. Herculanea) Macrob. l. c. H.

r. Albicerata) Quod ex albo cerino colore eſt. Colum. in. Hortul. *Albaque, quae ſeruat flauae cognomina cerae.* H.

s. Aratia) Sic Th. et Colb. *Aritia*, R. Athenaeus ex Theophr. L. III. p. 77. Charitiam, et Arateam vocat, ἡ Χαρίτιος Ἀράτειος καλεμένη. H.

t. Porphyritis) Nigricans in modum purpurae ficus, πορφυρίτις. H.

u. Chelidonia) Eam Athenienſes vocabant Erythromelaenam. *Dal.*

Chelidonia) Purpureae Chelidoniae, apud Colum. L. X. in Hortul. p. 359. H.

x. Sunt praeterea) Sunt praeterea, inquit, biferae, alba, nigraque, quae et ſerotinum eaedem cum vindemia, et praecocem pariter cum meſſe fructum ferant. H.

y. Serotinae et a corio appellatae duro) Quid ſi legas non *ſerotinae*, ſed exigua ſimilis literulae mutatione, *ſcrotinae*, nota ſignificatione verbi ſcrotum. *Pint.*

Seroti-

duro: ex Chalcidicis [1] quarumdam trifero z. prouentu. Tarenti tantum praedulces nafcuntur, quas vocant [2] onas. Cato de ficis ita memorat b.: Ficos marifcas in loco cretofo c. aut aperto ferito. In loco autem craffiore aut ftercorato Africanas, et Herculaneas, Saguntinas, hibernas d., [3] Telanas atras e. pediculo longo. Poftea tot fubiere nomina atque genera, vt vel hoc folum aeftimantibus appareat, mutatam effe vitam. Sunt et hibernae quibufdam prouinciis, ficuti Moefiae, fed [4] artis, non naturae. Paruarum autem genus arborum poft autumnum

1. *Quaedam. Vet. quarumdam. Ch.* 2. *fic et M. et Ch. Lego, oenadas, quafi vini fapore. omas Gr. et vulgg.* 3. *fic et Cato. Tellianas, atras. Gr. et Al.* 4. *arte, non natura. M.*

Serotinae et a corio) Serotinae, inquit, duricoriae funt: fic enim eas appellat Macr. Sat. L. II. c. 16. p. 377. H.

z. *Trifero*) Biferas ac triferas agnofcit Colum. L. V. c. 10. p. 201. H.

a. *Vocant onas*) Sic MSS. omnes, non *omas*. Forte, ὠνίας, *venales, pretiofas*. H.

b. *Cato de ficis ita memorat: Ficus marifcas in loco cretofo, etc.*) Diuerfo ordine in Catone leguntur haec verba capite octauo: *Ficus*, inquit, *marifcas in loco cretofo aut aperto ferito: Africanas et Herculanas, Saguntinas, Hibernas, Telanas, atras, pediculo longo, eas in loco craffo aut ftercorato ferito*. Pint.

Cato de ficis) De R. R. c. 8. p. 14. H.

c. *Ficos marifcas in loco cretofo*) Ex huius fici fimilitudine podicis vlcus attritu genitum, vt in pathicis ex obfcena libidine, in iis, qui equo nudo infident, ex nimio natium affrictu, Marifcam et ficum olim vocauerunt. Iuuenalis: *Caeduntur tumidae medico ridente marifcae.* Martial. *Stragula fuccincti venator fume veredi, Nam folet a nudo furgere ficus equo.* Dalecamp.

d. *Hibernas*) Quae fuperius Chelidoniae nominatae: quaeque fub hieme nouiffimae maturantur. H.

e. *Telanas atras*) Sic ifta coniunctim legenda, ex Macrobio, l. c. non *Telanas, atras*, vel *Tellianas, atras*. H.

tumnum fimo contegunt: deprehensasque *f.* in hieme grossos, quae mitiore *g.* [1] caelo refossae cum arbore, atque in lucem remissae, nouos Soles, aliosque, quam quibus vixere, auide, tamquam iterum natae, accipiunt: et cum venientium flore maturescunt *h.*, alieno praecoces anno, in tractu vel gelidissimo.

XX. Sed a Catone appellata iam tum Africana, admonet et Africae, ad ingens *i.* documentum vso eo pomo. Namque perniciali odio Carthaginis flagrans, nepotumque securitatis anxius, quum clamaret [2] omni senatu Carthaginem delendam *k.*, attulit

1. *Calore fossae.* *Ch.* 2. *omnis Senatus.* *M.*

f. Deprehensasque) Et quas in arbore pendentes grossos, hoc est, virides adhuc nec maturas ficus, hiems deprehendit. H.

g. Quae mitiore) Vere ineunte. H.

h. Et cum venientium flore maturescunt) Lego contra omnia exemplaria non *venientium*, sed *vernantium*. Pint.

Et cum venientium) Ex quo tempore alterius anni ficus vix florem ex arbore exserunt, ipsae maturescunt, alieno anno: sic eae praecoces vulgo creduntur: quoniam iustum maturescentium tempus anteuertunt. H.

i. Ad ingens) Quum ad documentum ingens *Romanorum* vsus sit eo pomo *Cato*.

k. Quum clamaret omni senatu Carthaginem delendam) Reclamante Scipione Nasica, ne vrbis aemulae sublato metu, felicitas Romana luxuriaretur: qua ratione Lacedaemoniorum oppido diruto ingemuerunt, dicentes, οἴχεσθαι τὸ πάλαισμα τῶν νέων, et captum oppidum euerti a rege noluerunt, ne tolleretur ἡ τῶν νέων ἀκόνη. Rhod. cap. 1. lib. XXVII. *Dalec.*

Omni senatu) Hoc est, omni senatus consessu, quoties conuenirent Patres, de re aliqua deliberaturi: ad suam sententiam semper id adiiciebat Cato, delendam Carthaginem. Ita Florus, L. II. c. 15. p. 84. Plut. in Cat. Mai. p. 352. *Quacumque de re sententiam rogaretur, respondebat, Hoc censeo, et Carthaginem praeterea excidendam.* Δοκεῖ δέ μοι, καὶ Καρχηδόνα μὴ εἶναι. Contra P. Scipio Nasica: Δοκεῖ μοι Καρχηδόνα εἶναι. Vide

attulit quodam die in curiam praecocem ex ea provincia ficum: ostendensque Patribus, Interrogo *l.* vos, inquit, [1]quando hanc pomum [2]demptam putetis ex arbore *m.*? Quum inter omnes [3]recentem esse constaret: Atqui tertium, inquit, ante diem scitote [4]decerptam *n.* Carthagine: tam [5]prope a muris habemus hostem. Statimque sumptum est Punicum tertium *o.* bellum, quo Carthago deleta est: quamquam Catone anno sequente *p.* rapto. Quid primum in eo miremur? curam ingenii *q.*, an occasionem fortuitam, celeritatemque cursus, an

1. *Quam dudum. Vet.* 2. *hoc p. demptum Gr.* 3. *recens. M.* 4. *decerptum. Gr.* 5. *prope nos habemus. M.*

Vide Liuium in Epit. L. XLIX. H.

l. Interrogo) Haec iisdem ferme verbis Plutarch. l. c. narrat. Attigit Tertullian. ad Nation. L. II. c. 16. *Ficum viridem Romae nemo noverat — Ficum Cato Senatui intulit, vt quo iam Provincia hostilis esset, cui sub — semper instabat, exprimeret.* H.

m. Quando hoc pomum demptum putetis ex arbore) Vtrumque exemplar, *quando hanc pomum demptam putatis ex arbore*: et paulo post *decerptam* in eisdem legitur, non *decerptum*; quod est notatu dignum: item *quamdiu* libentius legerim, quam *quando*, et *decerptam putatis*, quam *demptam.* Pint.

Hanc pomum) Sic MSS. omnes R. Colb. Th. etc. *hanc pomum demptam.* Et sane mox *recentem* eadem lege sequitur, etiam in iis libris vulgatis, in quibus *hoc pomum demptum* legitur. H.

n. Decerptam) Sic MSS. omnes. H.

o. Punicum tertium) Epitome Liuii, L. XLIX. Obsideri, oppugnarique coepta est Carthago, L. Marcio, M. Manilio CoSS. hoc est, A. V. DCV. H.

p. Anno sequente) Hoc est, anno post hanc concionem sequente, iam exacto. Nam vt Velleius ait, L. I. p. 5. *Ante triennium, quam Carthago deleretur. M. Cato, perpetuus diruendae eius auctor, L. Censorino, M. Manlio CoSS. mortem obiit.* H.

q. Curam ingenii) Quaesitane ea ficus fuerit meditatione ingenii, an oblata fortuito. H.

an vehementiam viri? Supra omnia [1] est, quo nihil equidem duco mirabilius, tantam illam vrbem, et de terrarum orbe per CXX. annos [2] aemulam, vnius pomi argumento euersam: quod non Trebia *r.*, aut Thrasymenus, non Cannae busto insignes Romani nominis, perficere potuere: non castra Punica ad tertium *s.* lapidem vallata, portaeque Collinae adequitans ipse Hannibal. Tanto propius Carthaginem pomo Cato [3] admouit. Colitur ficus arbor in foro ipso *t.* ac Comitio *u.* Romae nata

1. *Sic et Ch. quidam est, in M. d. quidem est. Alii. Supra omnia quiddam est. Gr.* 2. *vrbis aemulam. Vet.* 3. *adiri. M. adiit. Dal. adiri monuit. Vet.*

r. Trebia) De clade Romanorum ad Trebiam, Trasymenum, et Cannas, vide Florum, L. II. c. 6. p. 60. et sqq. H.

s. Non castra Punica ad tertium, etc.) Quum Hannibal ob Romam noctu legiones ducere coepit, vt ait Ennius, quibusdam nocturnis terriculamentis tantus pauor eius milites inuasit, vt inde pedem retulerint. Quo facto Tutano Deo ibi fanum consecrarunt, ac ideo rediculum appellauerunt. Varro in Satyra, Hercules tuam fidem: *Noctu Hannibalis quum fugaui exercitum, Tutanus hoc, Tutanus Romae nominor: Hoc propter, omnes, qui laborant invocant. Scalig. ex Nonio.*

Non castra Punica) Liuius, L. XXVI. p. 282. *Inter haec Hannibal ad Anienem fluuium, tria millia passuum ab Vrbe castra admouit. Ibi, statiuis positis, ipse cum duobus millibus equitum ad portam Collinam vsque ad Herculis templum est progressus: atque vnde proxime poterat, moenia situmque Vrbis obequitans contemplabatur.* Nomen habet porta Collina a collibus Quirinali et Viminali, aequata ibi planitie coniunctis. H.

t. Colitur ficus arbor in foro ipso ac comitio Romae, etc.) Haec perturbata sunt, et ficus duas Romanis sacras confundunt: alteram Ruminalem, natam iam tum in Curmanico, vt scribit Plutarchus in Romulo, haud procul a Tiberi, quum expositi sunt Romulus et Remus, sub qua rumam infantibus lupa praebuit, ab eo miraculo sic appellatam: alteram Nauiam in comitio, satam ab Attio Nauio augure, an sumptis ex

ex Ruminali ſtolonibus, nondum reperi. Clarius hoc vt fiat, adſcripſi, quae hac de re tradit Feſtus in dictionibus Nauia et Ruminalis. Priore quidem loco quae integra ſunt lege vſque ad haec verba, *iuſſit rex cotem, ac nouaculam:* deinde ſubiunge quae in codice Romae edito ſequuntur minus lacera, hoc modo . . . . *nouaculam proferri, qua prolata, quum interrogatus augur, an cos illa poſſet praecidi, reſpondiſſet poſſe, nouacula ſubito praecidit, quo facto, Nauium, ex eo Tarquinio nihil auſo, contra amplius facere, nouaculam illam ac cotem ſub locum conſecratum defodi iuſſiſſe, et ficum ab eo ſatam ibi eſſe, intra id ſpatium loci, qui contentus ſine ſacro ſit: eamque, ſi quando areſcere contigiſſet, ſubſeri, ſumique ex ea ſurculos iuſſiſſe: quo facto tantos intra temporis tractus, quum aliae in eo loco complures ficus enatae eſſent, atque eae euulſae deinde de ſacro illo loco radicibus remouerentur, omnes quae inibi tunc temporis erant, ficum praeter vnam illam eiectas fuiſſe, admonitu fatali ac iuſſu imprimis aruſpicum, et diuinis etiam reſponſis promittentibus, quamdiu ea viueret, libertatem populi Romani incolumem manſuram, ideoque coli et ſubſeri ex illo tempore coeptam.* Haec ſcilicet Nauia ficus, ad puteal Libonis in comitio a Nauia depacta. Altera, Ruminalis appellata, quod ſub ea arbore lupa rumam, id eſt, mammam, Romulo et Remo dederit, ſub veteribus (ſub. tabernis) prope curiam fuit, vt auctor eſt Varro. Haec eſt illa altera, quam a Nauia pauci diſtinxerunt, eamdem eſſe vtramque arbitrati. Ego ſic locum hunc totum lego: Colitur ficus in foro ipſo Romano *in foro iudiciario, prope curiam ſub veteribus tabernis* ac comitio, *(ad Libonis puteal,)* ſata ab Augure Attio Nauio, ſacris ibi conditis, *nouacula et cote, quam cotem praeciderat)* et tamquam in comitium ſponte tranſiſſet, *(e curia, Ruminalique ficu, nec illam ſeuiſſet Nauius.)* Illa quum areſcit, rurſus cura ſacerdotum ſeritur. Magis altera *(ſub. colitur)* ob memoriam eius, *(lupae)* quae nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris, *(conditorum,)* Ruminalis appellata, quoniam ſub ea inuenta eſt lupa, infantibus praebens rumam, ita vocabant mammam, miraculo ex aere iuxta dicato. Quamuis fori, id eſt, ampliſſimae et latiſſimae plateae partem fuiſſe Comitium dicant, curiam tamen a Libonis puteali, prope quod Attius ficum ſeuit, diſtare, veterum ſcripta oſtendunt. Apud Tacit. ſub fi-

ta [1] sacro *x.* fulguribus ibi conditis *y.*: magisque ob memo-

1. Sacra Gr. et Al.

nem l. XIII. legendum videtur: *Eodem anno ruminalem arborem in foro, quae super octingentos et quadraginta ante annos, etc.* quod scilicet ruminalem veram significat, quae Remum ac Romulum eiectos texit: non alteram illam, quae a Navio depacta est. Quoniam libertatis fanum in Nauia viva, et virente situm erat. Quum illa exaruisset sub Nerone, qui moribus suis perditissimis exitium publici status moliebatur, mortuis ramalibus diligentissime culta est, donec in nouos fetus reuiuisceret. *Idem Colitur ficus arbor in foro, etc.)* Leg. *Colitur ficus arbor in foro ipso ad Comitii aram enata sacro fulguribus ibi conditis.* Omnis locus fulmine ictus statim erat religiosus: ac sacer fiebat, ara ibidem exstructa et sacrificio facto. Vide *Salmas.* p. 1136. b. Sequentia sic lege: *tamquam in comitium sponte transiisset Atio Nauio Augure. Arescit rursusque cura sacerdotum seritur.* Salmas. 1137. a.

Colitur ficus) De ea Varro, de R. R. L. II. c. 11. p. 93. Caue porro, vel Scaligero credas, hunc locum ita corrumpenti: *Colitur ficus arbor in foro Romina, iam supra fulguribus ibi conditis: magisque ob memoriam eius . . . quam tamquam in comitium sponte transeuisset, ab Accio Nauio, Illico arescit, etc.* Aut alteri scriptori nouitio, sic refingenti: *Colitur ficus arbor in foro ipso Romina, tam sacra quam fulguribus ibi conditis.* Neuter enim vt eum locum integritati suae restitueret, mentemque scriptoris assequeretur, codices conditiuos consuluit: sed ingenti coniecturae emendandique libidini plus aequo indulsit. H.

u. Ac Comitio) Victor, in Regione Vrbis octaua: *Ficus Ruminalis in Comitio, vbi et Lupercal.* H.

x. Sacro) Et sacrum *idcirco Comitium* est, quod ibi condita sunt fulgura. *Sacro* autem MSS. R. Colb. Th. etc. non *sacra.* Subintellige, comitio, foroque. Seneca Natt. Quu. L. II. scribit Romanos olim quum crederent nisi fato fulmina non decidere, caesis hostiis, exstructisque aris, adhibito sacerdote, velut in procurationem malorum, condere ea solitos, vbi decidissent. Condi enim dicebantur, quum sacerdos dispersos ignes in vnum redigeret, et quadam tacita prece conderet, et consecraret. Hunc morem Lucanus insinuat, L. I. v. 606. *Aruns dispersos fulminis ignes*

memoriam eius z., quae nutrix fuit [1]Romuli ac Remi

O 3

1. *Rom. cond. ac Ruminalis appellata. Vet.*

ignes Colligit, et terrae moesto cum murmure condit. Loco sacro fulguribus ibi conditis, statim imponebatur ab augure sacellum, et ara. Sacer autem ac religiosus fieri statim putabatur locus, qui fulgure ictus esset, quod quum sibi Deus dicasse videretur, inquit Festus, verbo *Fulguritum.* Nisi tamen MSS. exemplaria, quae proxime laudauimus, et alia quae Salmasius vidit, ipso prodente in Solin. p. 1136. *sacro* exhiberent, *sacra* legi hoc loco, vel ex ipsa orationis structura ac serie, praestabilius videretur: quum et ipsa ficus, iuxta quam et fulgura condita fuere, et ara imposita: perinde sacra idcirco, ac forum ipsum existimari merito possit. H.

y. Fulguribus ibi conditis) Nam quum puteus illic effossus de caelo tactus esset, locus is procuratus, operculo imposito, Puteal vocatus est: *τὸ τȣ̃ Φρέατος πῶμα.* Addit Halicarnass. exstructam ibi aram, quae nimirum fuit operculum ostii Deorum Manium. Polluta autem esse loca fulguratores Hetrusci crediderunt icta fulmine. Quam ob rem reliquias fulminis sacro facto ii sepeliebant, dispersos ignes colligebant, et cum quibusdam tacitis precibus terra condebant: locum sic expiatum *bidental* vocantes. Alex. ab Alex. c. 13. lib. V. Varroni *bidental*, quod binae oues ibi immolarentur. Gell. c. 62. lib. XVI. Inde *fulguritae arbores* Plauto in Trinummo, ad quas qui sacrum faciebant *Strufertarii* dicebantur, a strue et ferro, quod sacrificii genus est. Festo, obstitum, violatum, et de caelo tactum, fanaticum. *Scalig.* Bidental, *τὰ ἐνηλύσια* Polluci *εἰς ἃ κατασκήψει βέλος ἐξ ȣ̓ρανȣ̃ ἂ περιερχθέντα ἄψυςα ἂν εἴποις.* Inde Iouem *καταβάτην*, Elicium, nominarunt. Persius Satyr. 2. *Triste iaces lucis, evitandumque bidental.* Nam fulmine lucos parum castos ferit Iuppiter. Horat. *Tu parum castis inimica mittes Fulmina lucis.* Turn. c. 15. XXV. Vide Scalig. in Fest. voce, Sceleratus campus. *Dalec.*

z. Ob memoriam eius) Alterius ficus, quae vere ac proprie Ruminalis fuit, quod rumim, hoc est, mammam Romulo, Remoque praebuit: non in Comitio sata, vt illa prior: sed ad Tiberis ripam, in Cermolo, siue Germalo, quo aqua hiberna Tiberis infantes detulerat, in alveolo expositos, inquit Varro

Remi conditoris appellata: quoniam sub ea inuenta est lupa infantibus praebens rumen *a.*, (ita vocabant mammam:) miraculo ex aere *b.* iuxta dicato, tam-

ro Lib. IV. de L. L. p. 16. Et ob huius memoriam, altera illa, quae in Comitio fuit, Ruminalis quoque est appellata, quum ab aliis Navia diceretur, quod esset ibi ab Atto Nauio Augure sata, vt Festus refert. Hanc ficum sacram pro Curia positam vocat Dion. Halic. L. III. p. 204. Prioris, quae vere Ruminalis fuit, meminit Aurel. Victor, in Origg. gentis Rom. p. 40. Remus porro, perinde ac Romulus Vrbis conditor appellatur: quod et Liuius facit, mox laudandus. Fuerit haec sane vulgi opinio: quam Plinius, veritatis sedulus inuestigator, osorque fabularum, haud obscure sugillat, quum ait, iuxta ficum Nauiam miraculum lupae pueros lactantis ex aere dicatum, tamquam in Comitium, vbi Navia ficus fuit, Ruminalis a Cermalo sponte transiisset. H.

a. Rumen) Ruma, Rumis, Rumen, Rumin, vt germen, germin, Mamma. Inde Rumia dea, apud sacellum, cuius Varro c. 11. lib. II. scribit, a pastoribus satam ficum, eam nimirum, cuius hic auctor meminit. Inde lactantes agni, subrumi, rumi. Varro de liberis educandis apud Nonium; *Hisce Manibus lacte fit, non vino: Cuninae propter cunas: Rumiae propter rumam.* Idem et eodem opere scribit, eum a lacte depulsos pueros primo cibo et potione initiarent, sacrificari solitos, ab edulibus, Edusae: et a potione, Potinae nutrici. Nonius in Edusa et Sacrificari. *Dalec.*

Rumen) Ita Colb. 1. At *rumin* R. Th. etc. Festus, verbo *Ruminalis*: *Mamma autem rumis dicitur.* Nonius, c. 2. p. 756. *Rumam veteres mammam dixerunt.* Hinc iocus Pomponii apud eumdem Nonium: *Ego rumorem paruifacio, dum sit rumen qui impleat.* Plutarchus in Romulo, p. 19. et in Quu. Rom. p. 278. Τὴν θηλὺν Ῥϐμαν ὠνόμαζον οἱ παλαιοί. H.

b. Ex aere) Et cancellis aeneis Curiæ circumdatam hanc in foro Comitioque ficum, scribit Dion. Halic. ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς — τϐ βϐλευτηρίϐ κιγκλίσι χαλκαῖς περιειργομένη. Liuius L. X. p. 178. *Ad ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum Vrbis sub vberibus Lupae posuerunt.* H.

tamquam in Comitium sponte [1]transisset, *c.* Atto Nauio *d.* augure. [2]Illic arescit *e.*: rursusque cura sacer-

O 4

1. *Sic et Turnebus transseuisset Actius Nanius. Illico arescit, rursus cura, etc. Scalig. transisset. Adacto nauigio illico arescit Gr. et Al.* 2. *illa cum arescit, rursus cura.*

c. Sponte transisset) A Cermalo, vt dictum est, et Tiberina ripa. Cui prodigio aliud plane par narratur a Plinio Neronis principatu accidisse, L. XVII. f. 38. Vectii Marcelli oliueto vniverso viam publicam transgresso, aruisque inde e contrario in locum oliueti profectis. Id sane Tacitus existimasse videri possit, Annal. L. XIII. p. 217. qui Nerone tertium, Valerio Messala CoSS. scribit Ruminalem arborem, in Comitio, mortuis ramalibus, et arescente trunco deminutam esse, idque prodigii loco habitum, donec in nouos fetus reuiuisceret: eamque ipsam esse, *quae super* DCCCXXX. *annos Remi Romulique infantiam texerat,* quam a Comitio procul positam fuisse vidimus. H.

d. Atto Nauio) De hoc augure vide Festum, verbo *Nauia: Ficus quoque in Comitio appellatur Nauia ab Attio Nauio augure. Nam quum Tarquinius Priscus institutas tribus a Romulo mutare vellet, deterreretur que ab Attio per augurium: vt eluderet eius prudentiam, interrogauit eum, an fieri posset id quod animo proposuisset suo: cui ille permittente augurio quum respondisset effici posse, iussit rex cotem et nouaculam, etc.* Et Tullium de Diuin. L. I. p. 170. Hunc locum prior Turnebus emendauit, Aduu. L. XXVII. c. 17. p. 961. quum prius *adacto nauigio* legeretur. In R. 2. cod. tum hoc loco *Atto Nauio*, tum L. XXXIV. f. 11. *Atti Nauii*, scriptum reperimus. Est qui locum integrum, ita concinnet: *Atti Nauii augurio. Si quando arescit, rursus cura sacerdotum seritur, etc.* Sed recedere is longius videtur a vestigiis veteris scripturae. Est ex aere maximae molis nummus antiquus, Antonino Pio principe cusus, in cimelio Christianissimi Regis, cum isto lemmate in imo margine, NAVIVS. Caue porro ad hunc Nauium augurem referas. Stat imperator inter duos montes, qui sunt ad pedes positi, et situm vrbis indicant; laureato capite, togatus, brachio sinistro extento pacifici more: dextero autem, digitoque indice praecipientis more extento, ad virum, qui

ſacerdotum ſeritur. Fuit et ante Saturni aedem *f.*, Vrbis anno CCLX. ſublata, ſacro a Veſtalibus facto, quum 1 Siluani ſimulacrum ſubuerteret. *g.* Eadem fortuito 2 ſatu viuit in medio foro, qua ſidentia imperii fundamenta oſtento fatali Curtius *h.* maximis bonis, hoc eſt, virtute ac pietate, ac morte praeclara expleuerat. Aeque fortuita eodem loco eſt vitis atque olea, vmbrae gratia, 3 ſedulitate plebeia ſatae. 4 Ara inde *i.* ſublata gladiatorio munere

1. *Siluani et Iſidis ſimulacrum ſubuerterent. Eadem autem fortuitu viuit.* M. 2. *ſata aduiuit.* V. *Leg. ſata adhuc viuit. ſata aduiuit in me. fo. quaſi ſid. imp. fun. oſten. fatali, quae Curtius, etc. expleuit. Parm.* 3. *ſed vtilitate.* M. 4. *Ita inde ſubl. Chiffl. ab irato nimirum populo poſt necem Iulii Caeſ. non placet.*

qui paene nudo corpore, palliatus tamen, pronus procumbit in genua, laeua tenens lituum auguralem, dextra cultellum haruſpicum. Sententia eſt: *Narbonenſes AVgures IMperatorem VEnerabundi Salutarunt.* H.

e. Areſcit) Accidit id, vti diximus, ſub Nerone, diro prodigio publici ſtatus, quoniam arbor ea conditores verbis velut hoſpites exceepiſſet, ac fronde protexiſſet. *Cornelius Tacitus ſub finem lib. XIII.* Dal.

Illic areſcit) In Comitio ſinitur ea areſcere, nec ante ſucciditur. Aruiſſe Neronis principatu, ex Tacito ante didicimus. H.

f. Saturni aedem) Fuit in imo cliuo Capitolino, vbi nunc aedes eſt S. Hadriani. H.

g. Siluani ſimulacrum ſubverteret) Radicum rigore et craſſitudine, vel ramorum proceritate; vel denique, quod in ſimulacrum ipſum incumberet. H.

h. Curtius) Quem ſe devouiſſe, concitatoque equo immiſiſſe ſeſe in vaſtam ſpecum, medio ferme foro, quum ingenti hiatu ibi terra diſceſſiſſet, narrant Romani ſcriptores, Liuius inprimis, L. VII. p. 122. Feſtus: *Curtius lacus appellatur a Curtio, qui ex eo loco in profundiſſimum ſe ob ſalutem populi Romani proiecit hiatum.* H.

i. Ara inde) Ita R. et Colb. In Chiffl. *ira*, male. Sacellum intelligit, de quo ſupra diximus, p. 212. not. x. H.

re *k.* Diui Iulii, [1] quod nouissime *l.* pugnauit in foro.

XXI. Admirabilis est pomi huiusce festinatio, vnius in cunctis, ad maturitatem properantis arte naturae. (XIX.) Caprificus *m.* [2] vocatur e siluestri genere ficus numquam maturescens *n.*, sed quod ipsa non habet, [3] aliis tribuens *o.*, quoniam est naturalis *p.* causarum transitus, atque e putrescentibus identidem generatur aliquid. Ergo culices *q.* [4] parit: hi fraudati alimento in matre *r.*, [5] putri eius tabe *s.*, [6] ad cognatam *t.* volant: morsuque [7] ficorum crebro, hoc est, auidiore pastu aperientes [8] ora earum *u.*, [9] atque ita penetrantes, intus Solem

1. *Quo nouiss. pugnatum. Dal.* 2. *vocatur in Vet. d.* 3. *alii. Ch.* 4. *parti fraudati. Parm. parui fraudati. M.* 5. *hoc est putri eius tabe, ex qua nati ad cogn. Parm.* 6. *et cognati. M.* 7. *ficuum. Dal.* 8. *coria. Dal.* 9. *atque in M. d. et Ch.*

k. Gladiatorio munere) Vide infra cap. I. lib. XIX. sub finem. *Dal.*

l. Quod nouissime) Paulo ante necem. De hoc gladiatorio munere Tranquillus in Iulio, c. 10. H.

m. Caprificus) Arbori Graece nomen ἐρινὸς, *Figuier sauvage:* ἐρινὸν pomo: Athen. L. III. p. 76. H.

n. Ficus numquam maturescens) Theophrast. cap. 12. lib. II. hist. Palladius lib. II. cap. 10. *Dalec.*

o. Aliis tribuens, etc.) Vide infra cap. 27. lib. XVI. *Dal. Alii tribuens, etc.*) Lege: *Alii tribuens. Quoniam est naturalis causarum transitus atque vis, vt e putrescentibus gignatur aliquid, ergo culices parit.* 1335. a.

p. Est naturalis) Sponte sua causae, *quibus aliquid gignitur*, eo transeunt, quo vocat Natura. H.

q. Ergo culices) Rem totam vberrime Theophrastus explanat, de caus. Pl. L. II. c. 12. p. 246. Aristot. quoque H. A. L. V. c. 27. p. 633. Culices hi Graeco scriptori ψῆνες. H.

r. In matre) In caprifico. H.

s. Putri eius tabe) Quoniam tota intus tabe putruerit. H.

t. Ad cognatam) Ad ficum satiuam. H.

u. Ora earum) Ficuum cacumina morsu vellicant, adaperiuntque: τὰς κορυφάς.

lem primo secum inducunt, cerealesque auras immittunt [1] foribus adapertis. *x.* Mox lacteum humorem, hoc est, infantiam pomi, absumunt: quod fit *y.* et sponte. *z.* Ideoque *a.* ficetis caprificus [2] praemittitur ad rationem venti, vt flatus *b.* euolantes in ficus ferat. Inde repertum, vt illatae quoque aliunde, et inter se colligatae iniicerentur fico: quod in macro *c.* solo et aquilonio non desideratur: quoniam sponte arescunt loci situ, [3] rimisque eadem, quae culicum [4] opera, causa perficit:

1. *Sic ex MSS. em. Hard. foribus apertis Gr. et Al.* 2. *permiscetur. Dal.* 3. *rimasque. V.* 4. *opere. M.*

Φὰς. Theophr. hist. pl. L. II. c. 9. H.

x. Cerealesque auras immittunt foribus apertis) Fecundas, fertiles, maturitatem iuuantes. *Dalec. Cerealesque auras immittunt foribus apertis.* Commodior lectio, *foraminibus*, quam *foribus*: quas paulo post *rimas* appellat: et *adapertis* habet codex Toletanus. *Pint.*

Cerealesque) Aditum auris frugiferis ac vitalibus praebent, interiusque inclusus spiritus libere permeat. Τῷ ἔξωθεν ἀέρι δίοδον διδόασι, καὶ τὸ ὅλον εὐπνέστερα ποιοῦσι. Theophr. de caus. L. II. c. 12. Cereales aurae dicuntur, quae Cereri ac frugibus sunt admodum salutares. Ita MSS. omnes. Risum mouent, qui *aerialesque* reponunt. H.

y. Quod fit et sponte) Absumitur, inquit, et sponte hic lacteus humor, sine caprifici ope, solo loci macri situ, vt mox dicetur. H.

z. Sponte) Naturae vi, sed longiore temporis spatio. *Dalec.*

a. Ideoque) In summo, inquit, ficeti limite conserunt caprificos, in quibus culices gignuntur: vnde in ficos proximas deferri vento secundo possint. Theophr. l. c. H.

b. Vt flatus) Vt ventus *culices* euolantes in ficus ferat. H.

c. Quod in macro) In macro solo, inquit, et Aquiloni ostento, caprificatio non desideratur: quia propter alimenti exiguitatem, ipsa loci siccitate sponte arescunt, ac dehiscunt poma: rimarumque eadem opera est, quae culicum foret. Theophr. iisdem verbis de caus. pl. L. II. c. 12. p. 246. H.

cit: (necnon vbi multus puluis *d.*: quod euenit maxime frequenti via apposita *e.*: namque et pulveri vis siccandi, succumque lactis absorbendi:) quae ratio *f.*, puluere et caprificatione hoc quoque praestat, ne decidant, absumpto humore tenero, et cum quadam fragilitate ponderoso. Ficis mollis omnibus tactus *g.*: maturis frumenta *h.* intus: succus maturescentibus lactis, percoctis mellis. Senescunt in arbore *i.*, anusque [1] distillant gummium lacryma *k.* Siccas honos *l.* laudatas seruat in capsis,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Distillant gummi modo lacrymam, siccanturque. Honos laudatas seruat Gr. et Al.*

d. Multus puluis) Quoniam puluis excitatus a transeuntibus via publica ac frequenti, desiccat maturatque ficos: neque ibi caprifico opus. Theophr. l. c. H.

e. Apposita) Id est, propinqua. Theophr. cap. vlt. lib. II. ὅπȣ δὲ πλεῖστος κονιορτὸς ἐνταῦθα πλεῖστα καὶ δὲ ἰσχυρώτατα γίνεται τὰ ἐρινά. Dal.

Apposita) Subintellige, fico. H.

f. Quae ratio) Haec, inquit, ratio, quae macro solo, aquilonioque constat, supra eam quae fit puluere, seu caprifico admota, habet hanc etiam vtilitatem adiunctam, etc. H.

g. Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus) Scribendum puto non *frumenta*, sed *fati*: ex Columellae auctoritate libro tertio de arboribus, capite 21. *Semper*, inquit, *proderit simul ac folia agere coeperit ficus, rubricam amurca diluere, et cum stercore humano ad radicem infundere. Ea res efficit vberiorem fructum, et fartum fici speciosius et plenius.* Pintian.

h. Frumenta) Grana minuta, obserua. *Dalec.*

Frumenta) Sic vocat grana fici interiora, tum hoc loco, tum L. XVII. s. 44. H.

i. Senescunt in arbore, etc.) Lege: *Senescunt in arbore, anusque distillant gummium lacryma. Siccas honos laudatas seruat in capsis.* Vide Salmas. pag. 937. b.

k. Gummium lacryma) Simili gummium lacryma stillant. Ita MSS. Thuanus, Paris. et alii. Veteres *haec gummis*, *huius gummis* dixere. H.

l. Siccanturque) Ac ἰσχάδες Graecis dicuntur. *Dal.*

Siccas honos) Quae laudantur e siccis, eae honoris

capsis *m.*; Ebuso *n.* [1] insula praestantissimas, amplissimasque, mox in Marrucinis. At vbi copia abundat, implentur [2] orcae *o.* in Asia, cadi autem in Ruspina Africae vrbe: panisque *p.* simul et obsonii vicem siccatae implent: vtpote quum Cato *q.* cibaria ruris operariis iusta [3] ceu lege sanciens, minui iubeat per fici *r.* [4] maturitatem. Cum recenti fico salitis *s.* vice casei vesci, nuper excogitatum est. Ex hoc genere sunt, vt diximus *t.*, [5] cottana, et caricae *u.*: quaeque conscendenti nauim aduersus Par-

1. *In M. d. insula.* 2. *arcae. V.* 3. *seu Gr.* 4. *maturitatem, quum et obsonii vicem habeant recentes ficus. Sale siccatis et casei loco vesci nuper. V. maturitatem. Recenti fico salito vice, etc. Alii V. maturitatem, quum obsonii vice recenti ficu (aliis, vice casei) vesci nuper excog. sit. M.* 5. *castaneae. Ch.*

ris causa seruantur in capsis. Ἰσχάδας Gaeci vocant. H.

m. Honos laudatas seruat in capsis) Legetur forte aptius, *Mos laudatos seruandi in capsis.* Pint.

n. Ebuso) De ebuso, L. III. s. 11. De Marrucinis eodem libro s. 17. Canas seu albas ficos ex Ebuso laudat Statius in Saturn. L. I. Siluar. Sic enim legendum, non *caunas*, vel *caunas.* H.

o. Orcae) Sic appellabant vas lata aluo, in quo ficus asseruarentur. Colum. L. XII. c. 15. *In orcas bene picatas meridiano tempore calentem ficum condere, et calcare diligenter oportebit.* H.

p. Panisque) Eleganter Seneca ep. 87. p. 378. *De prandio — nusquam sine caricis. — Illae, si panem habeo, pro pulmentario sunt: si non, pro pane.* H.

q. Vtpote quum Cato) Ita nunc legitur in L. de R. R. c. 56. p. 43. *Familiae cibaria — Vbi vineam fodere coeperint, panis pondo V. vsque adeo dum ficus esse coeperint: deinde ad pondo IV redito.* H.

r. Per fici) Eo tempore quo ficus sunt maturae, minui, *tum* rusticis cibaria Cato iubet. H.

s. Salitis) Carnibus sale maceratis. H.

t. Vt diximus) L. XIII. s. 10. H.

u. Cottana et caricae) Cap. 5. lib. XIII. *Dalec.*

Parthos omen fecere M. Crasso *x.*, venales praedicantis voce, [1] caunaeae. *y.* Omnia haec in Albense *z.* rus e Syria intulit L. Vitellius, qui postea censor *a.* fuit, quum legatus in ea prouincia esset, nouissimis [2] Tiberii Caesaris temporibus.

XXII.

1. *Cauneae. Gr.* 2. *Titi. M. nouiss. Caesaris temp. Ch.*

x. M. Crasso) Proficiscentem Crassum Atteius tribunus plebis grauissimis diris exsecratus est, quibus iram indignationemque deorum maxime concitari creditum est. Alex. ab Alex. cap. 21. lib. III. *Dal.*

M. Crasso) Refert hoc Cicero de Diu. L. II. p. 245. *Quum M. Crassus,* inquit, *exercitum Brundisii imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Caunaeas clamitabat. Dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, caueret, ne iret: non fuisse periturum, si omini paruisset.* Omen ex illis verbis ducit *Caue ne eas in Caunaeas* contractis: omen autem non fuisset, nisi penultima producta vocem hanc ille pronunciasset, *Caunaeas.* A Cauno certe ficus aduectae Cauniae dicebantur, vel Caunaeae. Sic enim Stephanus: Καῦνος — τὸ ἐθνικὸν Καύνιος, καὶ Καυναῖος. Sic a Κύρνος Κυρναῖος, ab Ἐχῖνος Ἐχιναῖος, etc. Tamen et *Cauneae* scriptum reperias passim. Petron. in Satyr. p. 160. *Non habemus aedilem trium caunearum: qui sibi mauult assem, quam vitam nostram.* H.

y. Cauneae) Caunos, vrbs est Cariae: Cauni, ciuitas Aeoliae, e qua ficus etiam laudatur Athenaeo lib. III. Victor c. 16. lib. XXXVII. Quod autem omen fecisse eas ait M. Crasso in Parthos exercitum mouenti, hoc est, Crasso nauem expeditione illa conscendenti, quum Cauneas ficus venales quidam vociferaretur, dixisse visus est, Caue ne eas: Romani enim olim, vt *auruncare,* pro auerruncare, *dortium,* pro diuortium dixerunt, sic et *Cauneas* pro caue ne eas Cicero II. de Diuin. *Quum M. Crassus,* inquit, *exercitum Brundisii imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat. Dicamus si placet, monitum ab eo Crassum caueret ne iret, etc.* Vide Scal. in Festum, voce *Aurum.* Ioach. Camerar. in Plautum, Leopard. cap. 13. lib. VI. *Dal.*

z. Albense) De quo L. III. f. 9. H.

a. Qui postea Censor) Claudii Caesaris principatu, cuius collega

XXII. (XX.) Malorum pirorumque generi [1] adnumerentur iure mespila atque sorba. Mespilis tria genera *b*., anthedon, setania *c*.: tertium degenerat, [2] anthedoni tamen similius, quod Gallicum vocant. [3] Setaniae *d*. maius pomum, candidiusque, acini molliore *e*. ligno: ceteris minus *f*. pomum, sed odore praestantius, et quod diutius seruetur. Arbor

1. *Adnumerantur. Ch.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et Ch. tametsi anthedoni similius est, quod. Gr. et Al.* 3. *Setaniae tamen maius. V.*

collega in censura fuit, A. V. DCCCI. quo lustrum fecisse LXXIV. in Fastis dicuntur. Fuit is patruus A. Vitellii Imp. Nummus argenteus: *A* VITELLIVS GERM. IMP. In auersa nummi area, L. VITELLIVS COS. III. CENSOR. H.

b. Mespilis tria genera) Theophr. c. 19. lib. III. hist. *Dal.*

Mespilis) Theophr. Hist. L. III. c. 12. Μεσπίλης δ' ἐςὶ τρία γένη· ἀνθηδὼν, σητάνειος, ἀνθηδωνοειδὴς, ὡς οἱ περὶ τὴν Ἴδην διαιρȣσι, *vt quidem solent Idaei diuidere.* Arbori μεσπίλη nomen est, *vn neflier*, μέσπιλον pomo, *vne nefle.* H.

c. Setania) Duo mespili genera esse, Dioscorides tradit libro primo, alterum in Italia nascens, quod plerique epimelida appellant, nonnulli sitanion: quamquam Marcellus *setanion* legat: Hermolaus vero in Dioscoridis tralatione *sitanion.* Idem in Corollario cap. CLXXX. mespilum *setaniam* a Theophrasto appellari ait falso, si vulgatis Theophrasti exemplaribus fidem habemus: libro enim tertio, cap. duodecimo, *satanion* vocat penultima producta, a recto *satanios*, et Theodorus *satanea* vertit: sicque legendum in Plinio puto. *Pint.*

d. Setaniae) Haec Theophr. l. c. Galen. Tom. II. in Expl. voc. Hipp. p. 90. Σιτάνιον vocat id genus, ex Dioscoride. Setanium Plaut. in Truc. act. 5. v. 15. *Non enim possunt militares pueri setanio educier*, Nostra ea est mespilus vulgaris. Anthedon Italis est *Pomo imperiale:* Gallis, *Azarolier.* H.

e. Acini molliore) Hoc est, molliore nucleo, πυρῆνας ἔχοντα μαλακωτέρους, Theophr. l. c. H.

f. Ceteris minus) Iisdem verbis haec Theophr. l. c. H.

Arbor ipsa *g.* de amplissimis. Folia *h.*, antequam decidant, rubescunt: radices multae atque altae, et ideo inexstirpabiles. Non fuit haec arbor in Italia Catonis aeuo.

XXIII. (XXI.) Sorbis *i.* quadruplex differentia. Aliis enim eorum *k.* rotunditas mali, aliis turbinatio piri, aliis ouata species, [1] ceu malorum aliquibus: haec [2] obnoxia *l.* acori. Odore *m.* et suauitate rotunda praecellunt: ceteris *n.* vini sapor: Generosissima, quibus circa pediculos [3] tenera folia. Quartum genus torminale *o.* appellant, remedio tantum

1. Seu Gr. 2. obnoxia acri odore, et suauitate iocunda praecellunt. M. nec suauit. iocunda. Ceteris. V. 3. tenera, in M. d.

g. Arbor ipsa) Theophr. Μεγέθει μέγα τὸ δένδρον, καὶ περίκομον. De amplissimis dicitur, quoniam est περίκομος, *in orbem ramosa*, late ramis in orbem expansis. H.

h. Folia) Theophr. l. c. Πρὸ τοῦ φυλλοῤῥοεῖν, ἐρυθραίνεται σφόδρα· πολύῤῥιζον δὲ τὸ δένδρον, καὶ βαθύῤῥιζον, διὸ καὶ χρόνιον, καὶ δυσώλεθρον. H.

i. Sorbis) Arboris sorbi pomis. Arborem Graeci ὄαν *vn cormier:* pomum ὄον dixere, *vne corme.* Arboris genus agnoscit duplex Theophrast. hist. L. III. c. 12. pomorum multiplex, fere vt Plinius. H.

k. Aliis enim eorum) Theophr. c. 20. lib. III. histor. *Dalec.*

l. Haec obnoxia) Ouata, inquit, saepenumero acida, minusque odorata: Τὰ ὠοειδῆ πολλάκις ὀξέα, καὶ ἧττον εὐώδη. Theophr. de potione genere et succo ex iis expresso, Virgil. Georg. L. III. v. 379. *Hic noctem ludo ducunt, et pocula laeti Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.* H.

m. Odore etc.) Theophr. l. c. H.

n. Ceteris) Ouatis scilicet, ac turbinatis. H.

o. Quartum genus torminale) Plinius Sorbi Siluestris, quam Aucupariam herbarii vocant, Sequani vero lignatores *Tormigne*, et quae vera Torminalis est, nusquam meminit: Crataegi vero folia quum forte vidisset, ea strictim et negligenter descripsit, Torminalisque sorbi esse credidit, nusquam alibi

tantum probabile, assiduum prouentu, minimumque pomo, arbore [1] dissimile, foliis [2] paene platani. Non ferunt *p.* ante trimatum ex vllo genere. Cato *q.* et sorba [3] condi sapa tradit.

XXIV. (XXII.) Ab his locum amplitudine [4] vindicauerunt, quae cessere auctoritati, nuces *r.* iuglandes:

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. dissimili Gr. et Al.* 2. *plane Gr. et Al.* 3. *sic ex MSS. emend. Hard. conf. Ch. sapa condiri iubet. Dal. sapa condi iubet. Gr. et Al.* 4. *vindicauerint, quae cess. auctoritate. Ch.*

alibi facta Crataegi mentione, praeterquam cap. 8. lib. XXVII. vbi Crataegum, quem Crataegonon, seu Crataeogona vocat, inconsiderate Aquifoliam (τὴν ἀγρίαν) Italorum esse tradit. Genus id sorborum Andromacho dictum volunt ἐφεκτικὸν, quamuis nonnulli legant ἐφεσινὸν, lib. IX. κατὰ τόπȣς Galeni in curatione dysentericorum. Idque a Plauto significatum volunt in Poenulo: *Hem mihi iam video propter te victitandum sorbilo.* Nempe Torminali: tormenta scilicet multa, et cruciatus esse perferendos. Quo etiamnum significatu vulgo dicimus, *Poires d' angoisse.* Dal.

Torminale) Haec siluestris sorbus est, torminalis dicta, quod dysenteriae, ventrisque inde enatis torminibus medetur. Ad ventris fluxum sedandum sorba torminalia commendat inprimis Celsus L. IV. c. 19. Sunt qui velint sorbum torminalem esse crataegum Theophr. hist. L. III. 15. ab Italis olim aquifoliam appellatam, vt dicetur L. XXVII. s. 40. quibus haud aegre assentimur. H.

p. Non ferunt) Theophr. hist. L. III. c. 12. H.

q. Cato) Cap. 7. *Dal.*

Cato) Ita nunc legitur in L. de R. R. c. 7. p. 13. *Sorba in sapa quum vis condere, belle sicca et arida facias.* Item c. 145. p. 75. *Sorba in sapa, et pira, et vuas in doliis.* Palladius quoque, L. II. in Ian. tit. 15. p. 45. *Alii sorba,* inquit, *in sapa asserunt diu posse seruari.* H.

r. Nuces iuglandes) Varro lib. IV. de ling. Lat. *Nux,* inquit, *iuglans, quod haec nux antequam purgetur, similis glandi. Haec glans optima et maxima, ab Ioue et glande Iuglans est appellata. Eadem nux, quod vt nox aëreni, ita huius succus facit corpus atrum.* Haec ille: ad

glandes: quamquam et ipſae nuptialium Feſcenninorum comites *s.*, multum pineis minores vniuerſitate *t.*, eaedemque portione ampliores nucleo. Nec non et [1] honor his naturae peculiaris *u.*, gemino

1. *Honoris naturae. M.*

ad quae poſtrema Scaliger: *Alii*, inquit, *a nocendo Nucem dictam volunt,* quomodo et Graece quoque *κάρυον παρὰ τὸ καρῆν.* Eſt autem vox Syriaca *Luz.* Sed L in N. abiit: vt Lympha, Nympha. Vide infra c. 8. lib. XXIII. *Dal.*

Nuces iuglandes) Arbor, *ἡ καρύα*, *le noyer:* nux, ſeu fructus, vel, vt Plinius loquitur, pomum, *τὸ κάρυον*, *la noix.* H.

s. Nuptialium Feſcenninorum comites) Feſcennina carmina a Feſcennio vrbe Campaniae, vel Sabinorum dicta, vbi primum reperta ſunt, laſciua et procacia inter nuptiales iocos et luſus canebantur cum ſacro hymno, ſiue epithalamio, quo praeſides coniugiorum Deos quinque, Iouem adulterum, Iunonem adulteram, Venerem, Dianam, Suadelam inuocabant, rogantes, vt adeſſent propitii, ac prolem ſecundarent. Alex. ab Alexand. c. 5. lib. III. *Dal.*

Feſcenninorum) Carminum id genus fuit, inter nuptiales iocos cantari ſolitum. Feſtus: *Feſcennini verſus, qui canebantur in nuptiis, ex vrbe Feſcennina* (Etruriae) *dicuntur allati: ſiue ideo dicti, quia faſcinum putabantur arcere.* H.

t. Vniuerſitate) Totius corporis mole nux iuglans multo minor quam pinea eſt: nucleo, haud paulo maior. H.

u. Nec non et honor his naturae peculiaris, gemino protectis operimento, pulvinati primum calycis, mox lignei putaminis. Quae cauſa eas nuptiis fecit religioſas, tot modis fetu munito: quod eſt veriſimilius quam quia cadendo tripudium ſonumue faciant) Particulum *ve* neutrum exemplar agnoſcit, et Toletanum *ſummum* legit non *ſonum:* vt forte legendum ſit *tripudium ſoliſtimum*, non *tripudium ſonum.* Erat autem tripudium ſoliſtimum fauſtum felixque auſpicantibus: de quo Cicero libro ſecundo de diuinatione: *Sed quia quum paſcuntur, neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, et terram pauire, terripauium primo, poſt tripudium dictum eſt, hoc quidem iam tripudium. Cum igitur offa iam cecidit ex ore pulli, tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nuntiant.* Et in eodem lib.

mino [1] protectis operimento, puluinati *x.* primum calycis, mox lignei putaminis. Quae causa *y.* eas nuptiis fecit religiosas, tot modis fetu munito: quod est verisimilius, quam quia cadendo *z.* tripudium

1. Protectae. M.

Si enim fatum fuit classes populi Romani bello Punico primo, alteram naufragio, alteram Poenis depressam interire, etiamsi tripudium solistimum pulli fecissent, L. Iunio et P. Clodio consulibus, classes tamen interissent. Ex RETRACTAT. IN HVNC IPSVM LOCVM. Dixi legendum videri *tripudium solistimum*, non *tripudium sonumue*, quod *ve* particulam neuter scriptorum codicum haberet, et Toletanus *summum* praeferret, non *sonum* Nunc cogunt me nonnihil addubitare verba Servii grammatici exponentis carmen illud octaui Bucolici summi poëtae: *Sparge marite nuces, tibi deserit Hesperus Oetam.* ea sunt: *Varro spargendarum nucum hanc dicit esse rationem, vt Iouis nomine matrimonium celebretur, vt nupta matrona sit sicut Iuno: nam nuces in tutela sunt Iouis, vnde iuglandes vocantur: quasi Iouis glandes.* Nam *illud vulgare est, ideo spargi nuces vt a rapientibus pueris fiat strepitus, ne puellae vox virginitatem deponentis possit audiri.* Pint.

x. Puluinati) In circulum subtumescentis, sed delumbata circinatione rotundi. *Dalec.*

Puluinati) Ad puluini similitudinem mollis, atque conuexi. H.

y. Quae causa) Tot operimentis nucleo, quia intra nucem est, munito, voluere veteres id argumento esse, quanta sit cautio adhibenda, vt illibatus sit coniugum torus. H.

z. Quam quia cadendo tripudium, etc.) Patresfamilias sponsi quum domesticos pueros meritorios ab officio turpi dimitterent, nuces dabant, quas spargerent nuptialia Fescennina cantantes Apud Graecos, eodem instituto nouus sponsus τὰ καταχύσματα, iuglandes, amygdala, et nuces id genus alias spargebat, vt putant Grammatici, nuptae clamor ne audiretur. Scribunt enim, τα κτύπια εἶναι ἐπικρέματα τῆ θαλάμε ἐπικτυπῆσιν ἔξωθεν, ὅταν συγκατακλίνηται τῷ νυμφίῳ ἠγημαμένη. *Scalig. in Catul.* Dal.

dium [1] soniuium *a.* faciant. Et has [2] e Perside a regibus translatas, indicio sunt Graeca nomina. Optimum quippe earum Persicon atque Basilicon *b.* vocant. Et haec fuere prima nomina. Caryon a capitis grauedine, propter odoris grauitatem *c.*, convenit

P 2

1. *Hoc soniuium, ex Festo. Turn. et Scalig. Nec aliter. Ch. Tripudium sonumue. Gr. et Al.* 2. *e Persidis regionibus. M. e Persidis regibus. Ch.*

a. Tripudium soniuium) Habet hanc vocem Festus, pro sono qua terra pauitur, hoc est, pulsatur: vnde terripauium, mox terripudium, tripudiumque demum olim dixere. In MSS. R. Colb. etc. *Somnium* pro *soniuium.* In Chiffl. *soniuium.* In editis male *sonumue.* De hoc nucum in cadendo strepitu, vide Seruium in illud poetae, *sparge marite nuces.* Et hanc nucum sparsionem in aliis quoque epulis de more receptam vetus lapis indicat apud Grut. p. 461. SI. PVER. PLEBEIS. SINE. DISTINCTIONE. LIBERTATIS. NVCVM. SPARSION. MOD. XXX. *Nucum sparsioni modios XXX* H.

b. Persicon atque Basilicon, etc.) Ocellatas, vocat Tranquillus in Augusto, quod ea parte qua barbatae suae cuti adhaerent, quum auelluntur oculi figura delineata conspiciatur, nec id in alia vlla nuce appareat. Alex. ab Alex. cap. 21. lib. III. Quo loco plurima ludorum genera veteribus vsitata commemorat; ocellatas nuces dici putat Persicorum nucleos, quod crebris velut ocellorum foraminibus pertusi sint: sed confidenter magis, quam recte: ἄρυα, Hesychio, τὰ ἡρακλεωτικὰ κάρυα. *Dalec.*

Persicon) Diosc. L. I. c. 178. Κάρυα βασιλικά, ἃ ἔνιοι Περσικὰ καλοῦσιν, etc. H.

c. Caryon a capitis grauedine propter odoris grauitatem, conuenit dictum) Nucem capitis dolorem gignere medici omnes proclamant: vnde nomen ei inditum sit *caryon:* fieri tamen id propter odoris grauitatem nullus quod meminerim prodit: quapropter tria illa verba *propter odoris grauitatem*, commentitia esse existimo, et falsae Plinianae lectioni inserta. *Pint. Caryon a capitis grauedine)* Galen. Comm. I. in III. Epidem. tradit vicinia Buxi, Nucis, Brassicae propter δυσωδίαν, vicinum et circumiectum

venit dictum. Tinguntur cortice earum lanae *d.*, et rufatur capillus primum prodeuntibus nuculis: id compertum *e.* infectis tractatu manibus. Pinguescunt vetustate. Sola differentia generum in putamine duro fragiliue *f.*, et tenui ac crasso, loculoso *g.* et simplici. Solum hoc pomum *h.* natura compactili *i.* operimento clausit. Namque sunt bifidae putaminum carinae, nucleorumque *k.* [1] alia quadripartita distinctio, lignea intercursante membrana.

1. Sic ex MSS. em. Hard. alia quadripertita. Ch. nucleorumque illis quadripartita Gr. et Al.

iectum aërem fieri semper μοχθηρὸν, vitiosum. *Dal.*

Caryon a capitis) Κάρος Graecis soporem, veternumque significat: κάρη caput. Hinc fortassis etiam nux Latinis a nocendo dicta, quod capiti noceat. Diphilus apud Athen. L. II. p. 54. τὰ κάρυα τὰ βασιλικὰ κεφαλαλγῆ ἐστιν, καὶ ἐπιπολαστικά, etc. H.

d. Tinguntur cortice earum lanae) Puluinato calyce, quem Festus vocat Culeolum, quasi exiguum Culeum. *Dal.*

e. Id compertum) Quod querula Nux Ouidii testatur. *Nostra notat fuco digitos iniuria succo, Cortice contactas inficiente manus.* H.

f. Duro fragiliue) Duras apud Festum Titinnius Moracias vocat, vnde diminutiuum Moracillum. *Dal.*

g. Loculoso) Loculis intus pleno. Sex nucum iuglandium genera carptim attingit: durum, fragile, tenue, crassum, loculosum, simplex. H.

h. Solum hoc pomum) Et pomum etiam de nuce dici alias monuimus. Nunc quoque suffragatur Ouidius carmine de Nuce, quum ait: *Annua cultori poma referre suo.* Nec minus late patet apud Graecos vox μῆλον pro fructu omni accepta, qui sit edulis. Hesychius: Μῆλον, πᾶς καρπός. H.

i. Compactili) Testa seu putamine gemino coeunte, atque connexo. Sic trabes compactiles, postesque, Vitruuius dixit, L. IV. et X. H.

k. Nucleorumque) Rursum nuclei, inquit, intus inclusi, qui sunt edules, et ipsi quoque lignea intercursante membrana, quatuor veluti in partes diuiduntur. H.

brana. Ceteris *l.* quidquid eſt, ſolidum eſt, vt in [1] auellanis *m.*, [2] et ipſo *n.* nucum genere, quas antea Abellinas patrio nomine [3] appellabant. *o.* In Aſiam Graeciamque e Ponto venêre, et ideo Ponticae nuces *p.* vocantur. Has quoque mollis protegit barba. Sed putamini nucleiſque ſolida rotunditas ineſt. Eae et torrentur. Vmbilicus illis intus in ventre medio. *q.* Tertia ab his natura amygdalis *r.*, tenuiore, ſed ſimili iuglandium ſummo operi-

1. *Abellanis. Ch.* 2. *ex ipſo. Dal.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. vocabant Gr. et Al.*

l. Ceteris) In auellanis, inquit, et putamini, et nucleo intus incluſo ſolida rotunditas eſt: non, vti iuglandibus, bifidus cortex, quadripartituſue nucleus. H.

m. In auellanis) MSS. omnes *abellanis.* Gallis *Avelines, ou groſſes noiſettes.* Caue cum corylo auellanam miſceas, vt plerique faciunt: eſt enim auellanae, quam coryli, ſpecialius nomen: etſi Macrobius, Sat. L. II. c. 14. p. 371. nucem et auellanam ex ea arbore eſſe ait, quae dicitur corylos, de qua Virgilius dixit: *corylum ſere.* H.

n. Et ipſo) Quod ipſum quoque, ait, nunc genus eſt aliquod. H.

o. Abellinas patrio nomine vocabant) Theoph. c. 15. lib. III. hiſt. *Dal.*

Abellinas patrio) Seruius ad Georg. II. *Auellanae*, inquit, *ab Auellano Campaniae oppido*, *vbi abundant*, *nominatae ſunt.* Malim ego ab Abellino eiuſdem Campaniae oppido, de quo L. III. ſ. 9. traxiſſe nomen abellinas. H.

p. Ponticae nuces) Κάρυα Ποντικὰ, et λεπτοκάρυα, Dioſc. L. I. c. 179. Philoxenus in Gloſſis: Ποντικὸν, *nux auellana.* Caue tamen cum Heracleotica nuce confundas, quae caſtanea eſt, vt recte Opilius animaduertit, L. de ſilu. arboribus, apud Macrob. l. c. p. 373. quamquam ei ab oppido Ponti Heraclea nomen. H.

q. In ventre medio) In medio nucleo germen ceu vmbilicus ineſt. H.

r. Amygdalis) Columella cap. 10. lib. V. *Dal.*

Amygdalis) *Des amandes.* H.

operimento *s*.: item secundo *t*. putaminis. Nucleus dissimilis latitudine, et acriore callo. *u*. Haec arbor an fuerit in Italia Catonis aetate, dubitatur: quoniam Graecas nominat *x*., quas quidam et in iuglandium genere seruant. Adiicit praeterea auellanas et galbas Praenestinas *y*., quas maxime laudat, et conditas ollis *z*., in terra seruari virides tradit. Nunc Thasiae, et Albenses celebrantur *a*., et Tarenti-

s. Summo operimento) Extimo, puluinato, vt dictum est antea de iuglande, calyce. H.

t. Item secundo) Interiore ligneo putamine. H.

u. Acriore callo) De amaris id verum est, non de dulcibus. *Dal.*

Acriore callo) Carne, seu corpore ad morsum duriore. H.

x. Graecas nominat) Cap. 4. Ita et Varro cap. 9. lib. II. et c. 16. lib. III. Vide infra cap. 8. lib. XXIII. *Dalec.*

Quoniam Graecas) Incertum ait, an Graecas nuces appellando, amygdalas intellexerit. Macrobius affirmat mox a nobis laudandus. Cato de R. R. cap. 8. p. 14. *Nuces caluas, auellanas, Praenestinas, et Graecas, haec facito, vti serantur.* H.

y. Adiicit praeterea auellanas et galbas, Praenestinas) Leg. *Adiicit praeterea Auellanas et Caluas Praenestinas.* In veteri glossario Calua nux, κάρυον βασιλικόν. In eodem Albanae nuces, Praenestinae. In Priapeis, Longae nuces, auellanae: Nucemue longam, quam vocant Abellinam. Turnebo cap. 19. XXV. Calua nux quae fructum caluum fert, id est, summo apice nudum, nec vndique putamine corticis obductum, qualis est auellana. Turn. cap. 17. XXVII. e Vet. Cod. legendum putat *Abellanas.* Dal.

Et galbas) Ita MSS. omnes. Cato, *caluas.* De Praenestinis nucibus, egregius est hic Festi et Pauli locus: *Nuculas Praenestinas appellabant: quod inclusi a Poenis Casilini famem nucibus sustentarunt: vel quod in eorum regione plurima nux minuta nascitur.* De Praenestinis, qui cum paucis Romanorum obsessi ab Hannibale in Campania Casilini fuere, famemque sustentauere nucibus, vide Liuium, L. XXIII. H.

z. Et conditas ollis) Cato, c. 145. p. 75. *Et nuces Praenestinas recentes in vrceo in terra obrutas habent.* H.

a. Nunc Thasiae et Albenses celebrantur) Exemplar Salman-

rentinarum duo genera: fragili putamine *b.*: ac duro, quae funt et ampliffimae, [1]et minime rotundae. Praeterea mollufcae *c.* putamen rumpentes. Sunt qui *d.* honoris nomen [2]interpretantur,

P 4 et

1. *Ac. Cb.* 2. *fic et Io. gl. ef. dicunt. M. interpretentur Gr.*

Salmanticenfe *Albefes* legit, non *Albenfes*: quod non magno opere difplicet: nam Feftus *albefia* appellat fcuta, quibus Albenfes vfi funt, qui fuerunt Marfi generis. *Pint.*

Nunc Thafiae) Nempe nuces, quas laudat et Gellius, L. VII. c. 16. p. 435. Et amygdalas quoque Thafias commendat Florentinus in Geop. L. X. c. 57. p. 282. Θασίας τὰς ἀμυγδαλὰς, etc. Macrob. Sat. L. II. c. 14. p. 373. Thafiam, Graecamque nucem, amygdalam effe cenfet. *Nunc dicendum eft*, inquit, *quae fit Graeca nux: ac fimul hoc dicens, amygdalam de lance tulit, et oftendit: Nux Graeca haec eft, quae et amygdale dicitur: fed et Thafia eadem nux vocatur. Teftis eft Cloatius in ordinatorum Graecorum libro quarto, quum fic ait, Nux Graeca amygdale.* Genus ab Alba Albenfe nomen traxit, de qua L. III. f. 9. H.

b Fragili putamine) De hoc Tarentino genere Palladius, L. I. in Ian. Tit 16. p. 48. H.

c. *Mollufcae)* De iis Plautus in Calceolo, Mollufcam nucem fuper eius dixit impendere tegulas. *Dal.*

Mollufcae) Quae fine ftrepitu franguntur, quia fragile putamen eft. Harum maximus in Italia prouentus effe dicitur. Mollufcam nucem Sueuius in Moreto Perficum interpretatus olim eft, *vne Pefche*, tefte Macrobio, Sat. L. II. c. 14. p. 373. Verum vt idem recte animaduertit, c. 15. p. 375. quum omnes *de agricultura fcriptores, nuces et mala fic diuidant, vt nuces dicant omne pomum, quod foris duro tegatur, et intus habeat, quod efui eft: malum vero quod foris habeat quod efui, et durum intus includat: fecundum hanc definitionem, Perficum, quod Sueuius poeta fuperius, inter nuces numerat, eft inter mala numerandum.* Veriffime id fane. H.

d. *Sunt qui etc.)* Sunt qui honoris caufa iuglandem appellatam velint. Varro de L. L. Lib. IV. p. 26. *Nux iuglans, quod haec antequam purgetur, fimilis glandi. Haec glans optima et maxima, ab Ioue et glande iuglans eft appellata.* Haec multo vberius a Macrobio difputantur,

et Iouis glandem esse [1] dicunt. Nuper consularem virum audiui, biferas et iuglandes nuces habere se profitentem. De pistaciis *e.* et ipsi retulimus. *f.* Et haec autem idem Vitellius *g.* in Italiam primus intulit eodem tempore: simulque in Hispaniam Flaccus Pompeius eques Romanus, qui cum eo militabat.

XXV. (XXIII.) Nuces vocamus et castaneas *h.*, quamquam accommodatiores *i.* glandium generi. Armatum iis echinato *k.* calyce vallum, quod inchoatum glandibus. Mirumque, vilissima esse [2] quae tanta occultauerit cura naturae. Trini quibusdam partus ex vno calyce, cortexque lentus. Proxima vero corpori membrana, et in his, et in nucibus saporem, ni detrahatur, infestat. Torrere has in cibis [3] gratius. Moluntur etiam *l.*, et prae-

1. *Dicant Gr.* 2. *quae natura tan. occul. cura. Dal.* 3. *gratius etiam. Vet.*

tur, Sat. L. II. c. 14. pag. 371. Cloatius apud eumdem *iuglans*, *di* praetermisso, quasi *diiuglans*, Διὸς βάλανος, dici arbitratur. H.

e. De pistaciis) L. XIII. f. 10. H.

f. Retulimus) Cap. 5. lib. XIII. Vide infra cap. 8. lib. XXIII. circa medium. *Dal.*

g. Idem Vitellius) De quo libri huius f. 21. H.

h. Nuces vocamus et castaneas) Virgil. *Castaneasque nuces.* Castaneae dictae a Castano oppido Magnesiae, aut, si Stephano credimus, Apuliae, non procul Tarento. Eaedem Sardianae glandes a Sardibus, vt mox et λέπιμοι ἀπὸ τȢ λέπȢς, corticoso integumento. Columel. cap. 43. lib. IV. *Dal.*

Nuces vocamus) Virgilius sane, Eclog. 2. v. 52. *Castaneas nuces* appellat. H.

i. Accommodatiores) Propiores, *similiores*, *magis affines.* H.

k. Echinato) Echinorum more tegmine spinoso, et aculeato. H.

l. Moluntur etiam) Vide N. et Em. N. XII. (hic coll.) *Torrere)* Pro his vocibus, *Moluntur etiam* in MS. R. 1. legitur *modolatum.* In R. 2. *modulantum.* In editionibus vetustis, Parm. Ven. Brix. quam Hermolaus accurauit, ceterisque, *modulantum laturas.*

praestant ieiunio *m.* feminarum quamdam imaginem panis. Sardibus eae prouenere primum. Ideo apud Graecos [1] Sardianos balanos appellant *n.*: [1] nam

P 5

1. Sardinianos. Turn.

turas. Frobenius primum, *Molitura etiam* edidit; mox alii, *moluntur etiam.* Pellicerius in Nott. MSS. sic augurabatur legi commode posse, *Modo flatum ne ciat:* quod sane nobis haud admodum placet. Magis enim istud arriserit, quod ad veteris scripturae vestigia accedit quam proxime, *Torrere has in cibis gratias modulantum, et praestant,* etc. Vt sit sententia prodesse sic imprimis ad vocem canoram: quod eo similius veri videtur, quod et fabarum naturae affines castaneae iure merito existimari possint, quas voci prodesse M. Varro prodidit, Plinio teste, L. XXII. s. 67. nec pani sicco esse absimiles, quem vocis studiosis vtilissimum esse Plinius ipse asseuerat, eiusdem libri s. 68. Hanc tamen coniecturam nostram inserere textui religio est, ante quam eruditis viris probari eam intelligamus. H.

m. Ieiunio) Has, inquit, in ieiunio feminae religiosiores vice panis adhibent. Ita MSS. omnes. Nugantur qui *ingenio feminarum* legunt. H.

n. Ideo apud Graecos, etc. Nam diuus Tiberius postea, etc.) Nomen *Tiberius* in neutro exemplari habetur. Alioqui a nullo, quod sciam, nisi impudenti adulatore *diuus* appellatus est Tiberius, homo impurus et omni flagitiorum genere inquinatus, tanto minus a Plinio, qui omnes adulandi Tiberio caussas procul habuit. Item paulo post *imposuere* legit, non *imposuit*, apographum Toletanum. *Pintian. Ideo apud Graecos Sardianos balanos appellant: nam Dius balanum postea imposuere, etc.* hoc est, Διὸς βάλανον. *Salm.* pag. 601. b. Sequitur, quod sit legend. *Tarentinae faciles nec operosae cibo, figura rotundior. Quae balanitis vocatur, purgabilis maxime et sponte prosiliens pura. Plana est et Salariana, Tarentina minus tractabilis.* Salmas. 603. a.

Sardianos balanos) Sic Diphilus apud Athen. L. II. p. 54. Τὰ κάστανα Σαρδιανὰς βαλάνους appellat Diosc. L. I. c. 145. Σαρδιανὰς βαλάνους, femineo genere, et Διὸς βαλάνους. H.

[1] nam Dios balanum *o.* postea imposuere excellentioribus satu factis. Nunc plura earum genera. Tarentinae faciles, nec [2] operosae *p.* cibo, [3] planae figura. Rotundior, quae balanitis *q.* vocatur, purgabilis *r.* maxime, et sponte prosiliens. Pura et plana *s.* est ex eis et Salariana: Tarentina minus tractabilis: laudatior [4] Corelliana, et ex ea facta *t.*, quo

1. *Nam* Διὸς βαλάνα *postea nomen imposuere. Dal. Reginaldus ex iudicio Turnebi, diuus balanum postea imposuere. Ch. Nam diuus Tiberius postea balanum nomen imposuit Gr. et vulgg.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et Ch. nec operoso sunt cibo Gr. et Al.* 3. *planae figura rotundior. Quae. Ch.* 4. *Corellina. Ch.*

o. Nam Dios balanum) Διὸς βάλανον. Eiusmodi satiuas castaneas *Marrons* vulgo vocamus: vulgaribus reliquis castanearum nomen mansit. Vide N. et Em. N. XIII. (hic pos.) *Nam)* Sic MSS. R. Colb. Chiffl. Thuan. id quod ante Turnebus in suis vidit, Aduu. L. XXVII. c. 17. p. 961. In libris vulgatis inepte ab interpolatoribus insertum Tiberii nomen, et vox ipsa *nomen*, nullo suffragante codice, hoc modo: *Nam Diuus Tiberius postea balanum nomen imposuit.* Similiter castaneam Theophrastus Διὸς βάλανον appellauit: ex quo Hesychius Διὸς βάλανοι — τὰ κάστάνια. H.

p. Nec operosae) Nec difficilis *ad coquendum* cibi. H.

q. Balanitis) A figura glandis nomen traxit, quae βάλανος Graecis. Hanc omnium deterrimam, et suum potius, quam hominum escae natam, scribit Galenus, L. de cibis boni et mali succi, c. 4. p. 426. vbi πρoμήκη oblongam vocat. H.

r. Purgabilis) Quae purgari facile, et exui echino suo seu calyce poteſt. Hunc locum praepostere Salmasius interpungit, in Solin. p. 603. H.

s. Pura et plana) E castanearum genere, inquit, pura, seu maxime purgabilis, est Salariana, aeque ac Tarentina: quare geminam vtriusque dotem vna colligit. An a Salaria porro via, quae Romae fuit, id nomen ei generi inditum sit, adhuc obscurum est. H.

t. Et ex ea facta) Et altera, inquit, Corellianae insita, vt dicetur L. XVII. s. 26. vbi et de Etereiana, (sic

quo dicemus in insitis modo, [1] Etereiana, quam [2] rubens *u.* cortex praefert triangulis, et popularibus nigris, quae coctiuae vocantur. Patria laudatissimis Tarentum, et in Campania Neapolis. *x.* Ceterae suum pabulo gignuntur, scrupulosa *y.* corticis intra nucleos quoque ruminatione. *z.*

XXVI. (XXIV.) Haud procul abesse videantur et praedulces siliquae *a.*, nisi quod in iis cortex ipse mandi-

1. *Meteranae Gr. et Al.* 2. *rubenti cortice, quam vulgus praefert, vel, quam praeferunt.*

(sic enim legendum, non *Meterana*, vt hactenus,) dicturi sumus. H.

u. Quam rubens) Quae ob rubentem corticem ceteris anteponitur. Coctiuae a coctura nomen habent. H.

x. Neapolis) Martialis, L. V. ep. 79. *Et quas docta Neapolis creauit, Lento castaneae vapore tostae.* H.

y. Scrupulosa) Scrupuloso, inquit, scabroque cortice intra nucleos quoque ipsos se insinuante atque intercursante. Ita MSS. omnes, vt plane nugas agere videantur, qui pro *ruminatione*, hoc loco *ferruminatione* scribunt. Ruminatio Plinio replicatio esse videtur, et quasi iteratio. Sic L. XVII. s. 35. *Ruminatio quaedam hiemis.* H.

z. Intra nucleos quoque ruminatione) Lego: *Scrupulosa corticis interioris circa nucleos quoque ferruminatione.* Ferruminatione, tanto adhaesu, et tam arcto, vt interior cortex glutinatus cum nucleo, solidatus, ferruminatus videatur, ideoque ab eo separari et diuelli nequeat, quod vitium est. Potest et omitti vox, *quoque.* Dal.

a. Praedulces siliquae) Gellius Flaminicas Diales in sacris venenato operiri scribit, quoniam in rica, id est, palliolo purpureo surculum haberent arboris Siliquae. Seruius vetere cerimoniarum iure praeceptum ait, vt Flaminica habeat inarculum, ricam, venenatum, fibulam, quibus in locis non hanc siliquam interpretor, sed Rhododendron siliquatum, quod multis quadrupedibus venenatum est. *Dalecamp.*

Siliquae) Κεράτια, *carobes*, vel *carouges*, vt diximus L. XIII. s. 16. vbi de arbore, quae ficus Aegyptia, egimus. Hesychius, Κερατωνία, συκῆ Αἰγύπτε, id est, κερωνία, vel κερατία. Nam alibi idem p. 873. Συκῆ Αἰγυ-

manditur. Digitorum [1] omnis longitudo [2] illis, et interim *b.* falcata, pollicari latitudine. Glandes *c.* inter poma numerari non possunt: quamobrem in sua *d.* natura dicentur.

XXVII. Reliqua carnosi sunt generis: [3] eaque baccis *e.* atque carnibus distant. Alia acinis *f.* caro, alia moris, alia vnedonibus *g.*: et alia [4] acinis inter cutem succumque, alia myxis, alia baccis, vt olivis. Moris succus *h.*, in carne vinosus: trini colores *i.*, candidus primo, mox rubens, maturis niger.

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. digitorum hominis longitudo illis Gr. et Al.* 2. *illis interim falcatis.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. ea baccis Gr. et Al.* 4. *acinorum cuti succoque. Dal.*

Αἰγυπτία, ἡ λεγομένη κερατία τὸ δένδρον. Caue enimuero putes leguminum siliquas hic describi (Gallis, *siliqua, des gousses*) quales habent pisa, fabae, lupini, phaseoli: nam hae leguminum siliquae non sunt Graecis κεράτια, sed λοβοί. Glossae: *Siliqua*, κεράτιον, et ξυλόγλυκον, a suauitate fructus: Columella, L. V. c. 10. p. 202. *Siliquam Graecam, quam quidam κεράτιον vocant*, etc. Hae sunt siliquae, quibus prodigus adolescens repleri cupiebat, Luc. XV. v. 16. ἀπὸ τῶν κερατίων, ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι. H.

b. Interim) Interdum. H.

c. Glandes) De his dicetur L. XVI. s. 6. H.

d. In sua) Vbi de natura glandiferarum arborum dicetur. H.

e. Eaque baccis) Baccae sunt minutiores quiuis arborum fructus, vt lauri, olivae, etc. H.

f. Alia acinis) Vuarum granis, ederae, sambuci, Punici mali, aliorumque. H.

g. Vnedonibus) De his sect. sq. De myxis dictum est, s. 12. H.

h. Moris succus) Theoph. c. 21. lib. V. Caus. Colum. c. 10. lib. V. *Dal.*

Moris succus) Theophr. hist. L. I. c. 19. Τῶν δὲ χυλῶν, οἱ μέν εἰσιν οἰνώδεις, ὥσπερ συκαμίνε, etc. *Des mûres*: Morus arbos, *le mûrier.* H.

i. Trini colores) Praeter viridem, qui primo aduenit: sed is negligitur, quoniam cum

ger. In nouiſſimis *k.* florent, inter prima matureſcunt. Tingunt manus ſucco matura, eluunt acerba. Minimum in hac arbore ingenia profecerunt, nec nominibus, nec [1] inſitis, nec alio modo, quam pomi magnitudine. Differunt mora Oſtienſia, et [2] Tuſculana Romae. Naſcuntur et in rubis *l.*, multum differente callo. *m.*

XXVIII. Aliud corpus eſt terreſtribus fragis *n.*, aliud congeneri eorum vnedoni *o.*: quod ſolum pomum *p.* [3] ſimile frutici *q.*, terraeque *r.* gignitur. Arbor

1. *Inſitu. Dal.* 2. *Tuſculana Mora naſcuntur. etc. Philander.* 3. *ſimile fructui, terrae gignitur Gr. et Al.*

cum aliis omnibus communis eſt moro. H.

k. In nouiſſimis) Ob dicta ſapientiſſima arborum, vt Plinius ait L. XVI. ſ. 41. H.

l. Naſcuntur et in rubis) Ouid. *Cornaque et in duris naſcentia mora rubetis.* Dal. *Naſcuntur*) Eumdem locum laudat Hard.

m. Differente callo) Carne, corpore, quae vox alibi haud ſemel vſurpata. De his rubis, moriſque dicetur L. XXV. ſ. 73. Deſcribit ea eleganter Phanias apud Athen. L. II. p. 51. H.

n. Fragis) *Des Fraizes.* Ad vnedonis ſiue arbuti affinitatem cum fragis alluſiſſe Naſo videtur, quum ea copulat, Metam. L. I. v. 104. *Arbuteos fetus, montanaque fraga legebant.* H.

o. Vnedoni) *L'arbouſier.* Pingitur a Dalecampio Hiſt. Pl. L. II. c. 36. p. 195. H.

p. Quod ſolum pomum ſimile fructui terrae gignitur) Locus hic reſtituitur (ni fallor) ſi ad hunc modum ſcribatur: *quod ſolum pomum ſimile fartum aceri gigni*, ex Dioſcoride libro I. his verbis: *Is quum manditur, veluti palearum acus linguae et dentibus repraeſentat.* Pint. *Quod ſolum pomum, etc.*) Lege: *Quod ſolum pomum ſimile frutici terraeque gignitur*: fruticum et arborum fructus in alto, non humi gignuntur, vt herbarum, quarum fructus in terra fuſi, ideo terrae et frutici ſimile pomum gigni dicit, fraga et vnedones, conſimiles igitur fructus fraga et vnedo. Vide Salmaſ. p. 511. a. *Quod ſolum pomum, etc.*) Non recordabatur Plin. quum haec ſcriberet, Adrachnes fructum, quem ſimilem Memaecylo Theophraſtus eſſe tradit c. 16. lib. III. hiſt. fructui quoque terrae, nempe ſfrago, ſimilem

Arbor ipsa fruticosa. Fructus anno maturescit *s.*: pariterque floret subnascens, et prior [1] coquitur. *t.* Mas sit, an femina sterilis, inter auctores non constat. Pomum inhonorum, vt cui nomen *u.* ex argumento sit vnum tantum edendi. Duobus tamen hoc nominibus appellant Graeci *x.*, comaron *y.* et meme-

1. *Sic et Ch. colligitur. V. cogitur Gr.*

similem esse. Apud Pausaniam lib. IX. interpres vertit *Portulacam.* Dalec.

q. Simile frutici) Vide N. et Em. N. XIV. (hic adi.) *Quod* etc.) Ita reposuimus, tum MSS. codicum, quos proxime laudauimus, tum Parm. ceterarumque vetustiorum admonitu, quas Barbarus neglexit, vt sic reponeret, *simile fructus terrae gignitur*, fructumque terrae fraga interpretaretur. H.

r. Terraeque) Humique, ceu fraga, fusum nascitur. H.

s. Fructus anno maturescit.) Theophr. lib. IX. hist. *Dal.*

Fructus anno) Sic Theophrast. Hist. L. III. c. 16. H.

t. Et prior coquitur) Hoc est, simul et floret fructus subnascens, et prior maturescit. Theophr. l. c. Ὁ δὲ καρπὸς ἐνιαυτῷ πεπαίνεται· ὥσθ' ἅμα συμβαίνει τοῦτον τ' ἔχειν, καὶ τὸν ἕτερον ἀνθεῖν. H.

u. Vt cui nomen) Vnedonis inditum ei pomo nomen affirmat, quod quum vnum esitaueris, edere prae fastidio plura nolis: et idcirco minime sit in honore mensarum. H.

x. Duobus tamen hoc nominibus appellant Graeci, comaron et memaecylon) Si lectio haec errore vacat, quod non puto, mirandum est tam diuersum abiisse Plinium in hac traditione ab aliis auctoribus: nam Theophrastus lib. III. capite 16. arborem comarum vocat, fructum memaecylon. *Comaros*, inquit, *quae fructum esui habilem memaecylon fert, magnitudine non nimium praestat.* Et Dioscorides libro I. *Comaron*, ait, *Romani arbutum dicunt, Cotoneae malo similis arbutus est, tenui folio, fructu prunorum magnitudine, sine nucleis, quem memaecylon vocant.* Hesychius glossographos: *Comaros*, inquit, *planta quaedam est quae memaecylon fert.* Confirmat id quoque Athenaeus lib. II. consentiuntque ceteri omnes. Illud non praeterierim, a Theophrasto praeallegato loco cum *e* in prima syllaba, et *ae* diphthongo in secunda, *memaecylon* scribi ab

memecylon: quo apparet totidem esse [1] genera. Et apud nos alio nomine arbutus vocatur. Iuba auctor est, quinquagenûm cubitorum altitudine in Arabia esse eas.

XXIX. Acinorum quoque magna est differentia. Primum inter vuas ipsas callo, teneritate, crassitudine, interiore ligno, aliis paruo, et aliis etiam gemino, qui minime feraces musti. Plurimum vero differunt ederae sambucique acini *z*.: et figura etiam Punici *a*., angulosi quippe soli. Nec cutis *b*. vlla singulis, praeter communem, quae est candida. [2] Totisque *c*. succus et caro est, iis praecipue *d*., quibus paruulum inest [3] ligni. Magna et baccis differentia. Aliae namque sunt oliuis, lauris: et alio modo loto, cornis: alio myrtis, lentisco. Aqui-

1. *Sic et M. totidem esse genera et apud nos, Alio nom. Gr. et Al.* 2. *Totusque (sub. acinus) V. M.* 3. *lignum. Dal.*

ab Athenaeo autem et Hesychio cum *i*, in prima, et eadem diphthongo in secunda, *mimaecylon*. Pintian.

y. Comaron, etc.) Scriptores alii a Plinio diffident, Galen. de fac. simpl. med. L. VII. p. 193. arborem κόμαρον, fructum μημέκυλον vocat. Theophrastus quoque μιμαίκυλον fructum appellat. Hesychius. Μιμαίκυλον, ὁ καρπὸς τȣ̃ κομάρȣ. Tamen Glossaria et pro ipso pomo κόμαρον accipiunt. H.

z. Sambucique acini) Lucilius lib. XXVII. apud Nonium, Ardum: miserrimum, atque infelix lignum Sambucum vocat. *Dalec.*

a. Punici) Punicorum malorum acini, siue grana, ea re a ceteris distant, quod soli omnium plurimos habent angulos. H.

b. Nec cutis) Sic tenuem vocat, qua vestiuntur grana, membranam. H.

c. Totisque) Succo, inquit, et carne acini toti constant: in iis praecipue quae lignum, hoc est, nucleum, aut nullum omnino, aut exiguum, aut tenerum habent: vt sunt ederae et vuarum acini. H.

d. Iis praecipue) Apyrenis *Dalec.*

Aquifolio enim ac spinae sine succo: medioque etiamnum genere inter baccas acinosque cerasis: Pomum his primo candidum, [1] et fere omnibus baccis. Mox aliis virescit, vt [2] oliuis, lauris: rubet vero moris, cerasis, cornis. Deinde nigrescit moris, cerasis *e.*, oliuis.

XXX. (XXV.) Cerasi ante *f.* victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia. [3] Ad Vrbis annum DCLXXX. *g.* is primum vexit e Ponto: annisque CXX. trans Oceanum in Britanniam vsque peruenere. Eadem, vt diximus *h.*, in Aegypto nulla cura potuere gigni. Cerasorum *i.* Aproniana maxime

1. *Vt fere. Dal.* 2. *oliua. Ch.* 3. *At vrbis anno. M.*

e. Cerasis) Siluestribus, quorum fructus maturitate summa eum colorem accipit, et satiuarum vni generi. *Dalecampius.*

f. Cerasi ante) Sic Athen. L. II. p. 51. Tertullian. in Apolog. c. 11. p. 12. *Ceterum si propterea Liber Deus, quod vitem demonstrauit, male cum Lucullo actum est, qui primus cerasa ex Ponto Italiae promulgauit, quod non est propterea consecratus, vt nouae frugis auctor, quia inventor et ostensor.* H.

g. Annum DCLXXX.) Quo anno Mithridaticum bellum suscepit Lucullus, Mithridatemque anno post tertio fugere in Armeniam et ad Tigranem compulit. Vide Velleium L. II. n. 33. H.

h. Eadem, vt diximus) Lego, *Eadem vt diximus, peregrinae, Aegypto, etc.* Peregrinas quidem vt et Persicas dixit cap. 3. lib. XII. sed nusquam Aegypti solum dedignatas, praeterquam hic. *Dalec.*

Eadem vt diximus) Eadem vero quasi *cerasa* ante, non *cerasi* dixisset. *Cerasi* tamen in omnibus MSS. legitur. Quem nunc locum signat, is est e L. XIII. s. 21. vbi in Aegypto, seu Delta, saltem vbi Sebennyticus nomus est, nihil nasci omnino ait, praeter papyrum. H.

i. Cerasorum) Insignis in Gallia horum differentia est, quae quotidie insitione et cultura augetur. De his Ruellium vide de nat. stirp. L. I. p. 138. H.

maxime rubent *k.*: nigerrima *l.* sunt [1] Lutatia: Caeciliana vero et rotunda. *m.* [2] Iunianis *n.* gratus sapor, sed paene tantum sub arbore sua, adeo teneris, vt gestatum non tolerent. Principatus duracinis *o.*, quae Pliniana *p.* Campania appellat: in Belgica vero Lusitanis. *q.* In ripis etiam [3] Rheni, tertius iis colos e nigro ac rubenti viridique, similis maturescentibus semper. Minus [4] quinquennium est, quod prodiere, quae vocant laurea *r.*, non ingratae amaritudinis, insitae in lauro. Sunt et Macedonica paruae arboris, raroque tria cubita excedentis; et minore etiamnum frutice, chamaecerasi. *s.* Inter

1. *sic ex MSS. em. Hard. sunt Actia, vt et Caeciliana, rotunda. Vide Theophr. c. 21. lib. III. hist. Nigerrima sunt vt Actia Gr. et Al.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. Vinianus. Ch. Iulianis Gr. et Al.* 3. *Rheni rubent. Tertius. M. Rheni terni. Tertius. Ch.* 4. *quinquennio est. M.*

k. Aproniana maxime rubent) Vide Theophr. c. 21. lib. III. histor. *Dalec.*

Maxime rubent) Et idcirco ceteris ea anteponit Diphilus Medicus apud Athen. L. II. p. 5. E ceraso ea sunt racemosa rubra: pendentque ex vno pediculo plura, *Cerisier à trochets.* H.

l. Nigerrima) E siluestri ac maiori ceraso: quae nigro succo manus et ora inficiunt. Lutatia, ceteraque, ab auctoribus nomen habent. Prius, *vt Actia,* male. H.

m. Et rotunda) Quae proprie cerasa vocamus, *Cerises.* H.

n. Iunianis) Cerasa sunt carne tenera et aquosa: *Guignes.* H.

o. Duracinis) Quae callo praestant, seu pulpula duriore: *Bigarots.* H.

p. Pliniana) Vulgo, *Duraines.* Dal.

q. Lusitanis) Nunc Hispanica herbarii vocant, et ea sunt maiora satiuis vulgaribus: *Griottes.* H.

r. Vocant laurea) *Amarasia* dici vulgo, quod amarorem non iniucundum resipiant, Ruellius est auctor, l. c. H.

s. Chamaecerasi) Cerasi pumilae, *Cerisiers nains.* Odoratum harum fructum esse instar moschi, εὐώδη λίαν

Inter prima hoc e pomis colono gratiam annuam *t.* refert. Septemtrione *u.* frigidisque gaudet: siccatur etiam Sole, conditurque, vt oliua, cadis.

XXXI. (XXVI.) Quae cura *x.* et cornis *y.*, atque etiam lentisco adhibetur, ne quid non hominis ventri natum esse videatur. Miscentur sapores, et alio alius placere cogitur. Miscentur vero et terrae caelique tractus. In alio cibi genere India aduocatur, in alio Aegyptus, Creta, Cyrene, singulaeque terrae. Nec cessat in veneficiis *z.* vita, dummodo omnia deuoret. Planius hoc fiet in herbarum natura.

XXXII. (XXVII.) Interim quae sunt communia et pomis omnibusque succis, saporum genera XIII. reperiuntur *a.*: dulcis, suauis, pinguis, amarus, austerus, acer *b.*, acutus, acerbus, acidus, salsus.

λίαν ὥσπερ μόσχος, ait Diosc. Εὐπορ. L. I. c. 154. H.

t. Gratiam annuam) Laborem coloni annuo prouentu compensat. H.

u. Septemtrione) Ita Palladius, Lib. XI. in Octobr. tit. 12. p. 152. H.

x. Quae cura) Adhibetur, inquit, eadem cura cornis, atque lentisco: vt nempe Sole siccentur, et condantur cadis. H.

y. Et cornis) Arbos ἡ κρανεία cornus, *vn cornouiller:* pomum vero cornum dicitur, *vne cornoille.* Lentiscus nomen etiam in Gallica lingua tenet: *Lentisque.* H.

z. In veneficiis) Vt fungis. *Dalec.*

In veneficiis) Nec venenis quoque parcunt, aut abstinent homines, cuiusmodi venena fungi sunt, boleti, tubera, aliaque, de quibus inferius. H.

a. Saporum genera XIII. reperiuntur) Theophrastus simplices recenset c. 19. lib. I. histor. vinosum, pinguem, dulcem, acrem, amarum, aquosum, acidum. At c. 4. lib. VI. Causs. dulcem, pinguem, amarum, austerum, acrem, acidum, acerbum, et ex quorumdam sententia vinosum, ac salsum. *Dalec.*

b. Acer) Acer, linguam vrens, vt pyrethri: acutus, linguam pungens, vt cinamomi. *Dal.*

falfus. Praeter haec, tria funt genera mirabili maxime natura. Vnum, in quo plures pariter fentiuntur fapores, vt vinis. Namque in his et aufterus, et acutus, et dulcis, et fuauis: omnes alieni. *c.* Alterum eft genus, in quo fit et alienus quidem, fed et fuus quidam ac peculiaris, vt in lacte. Siquidem ineft ei, [1] quod tamen iure dici dulce, et pingue, et fuaue non poffet *d.*, obtinente *e.* lenitate, quae ipfa fuccedit in faporis vicem. Nullus hic *f.* aquis, ne fuccus quidem, vt tamen eo ipfo fiat aliquis, ac fuum *g.* genus faciat. Sentiri quidem aquae faporem vllum fuccumue, vitium eft. Magnum his omnibus in odore momentum, et magna cognatio, [2] qui ipfe nullus eft aquis: aut fi fentitur, omnino vitium eft. Mirum, tria naturae

1. *Quod iure dicitur dulce et pin. et fuaue, obtin. tamen lenit. M.* 2. *qui et ipfe Gr.*

c. Omnes alieni) Praeter proprium accedentes, praeter τὸν οἰνώδη, praeter vuae faporem genuinum aduentitii, quia in omni vino neceffario non infunt. *Dal.*

Omnes alieni) Trahit ad fe vinum omnes alienos odores ex rebus vicinis, vt dictum eft Lib. fup. f. 27. H.

d. Siquidem ineft ei quod tamen iure dici dulce, et pingue, et fuaue non poffet) Vetus lectio: *Siquidem ineft ei quod tamen iure dicitur poteft dulce et pingue, etc.* legendum puto: *Siquidem ineft ei (quod tamen iure dici fuum non poteft) dulce et pingue et fuaue, obtinenti tamen lenitatem, quae ipfa fuccedit in faporis vicem.* vt illud verbum *tamen,* quod paulo poft redundare videtur, huc transferatur, ita fenfus erit dilucidus. *Pint.*

e. Obtinente) Vincente. H.

f. Nullus hic) Nullus fapor. De hoc argumento vberius multo dicetur, L. XXXI. f. 22. Tertium illud eft, quod ante propofuit genus: eorum nempe, quae per fe nullum faporem, aut fuccum habent: etfi peculiare quoddam aquofi fucci in ceteris faepe deprehendimus, vt in prunis, ex humore fane, vt apparet, ipfo aqueo natum. H.

g. Suum) Fatuum, ὑδατῶδες. *Dal.*

naturae praecipua elementa ſine ſapore [1] eſſe, ſine odore, ſine ſucco: [2] aquas, aëra, ignes. *h.*

XXXIII. (XXVIII. *i.*) Ergo ſuccorum [3] vinoſi piro *k.*, moro, myrto: [4] minime (quod miremur *l.*) vuis. [5] At pingues *m.*, oliuae, lauro, nuci iuglandi, amygdalis: [6] dulces vuis *n.*, ficis, palmis: aquoſus prunis. Magna differentia et in colore ſucci. Sanguineus *o.* moris, ceraſis, cornis, vuis nigris. Idem albis candidus. [7] Lacteus in capite ficis, in corpore non item: ſpumeus malis: nullus Perſicis, quum praeſertim duracina ſucco adundent: ſed quis

1. *Eſſe, in M. d.* 2. *aqua, aër, ignis. M.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. vinoſus Gr. et Al.* 4. *non. M.* 5. *ſic ex MSS. em. Hard. pinguis Gr. et Al.* 6. *ſic ex MSS. em. Hard. dulcis Gr. et Al.* 7. *Lactens. M.*

h. Aquas, aera, ignes) MSS. omnes: *aqua, aer, ignis.* H.

i. Ad inſcript. cap. *De ſuccis fructuum*) Theoph. c. 19. lib. I. hiſt. et cap. I. lib. IX. eiuſdem, et c. 18 lib. I. Cauſ. *Dalec.*

k. Ergo ſuccorum vinoſus piro, etc.) Scribo, *vinoſi* non *vinoſus*, tum ex exemplari Salmanticenſi, tum ex Theophraſto lib. I. cap. 19. *Succorum vero alii vinoſi, ſeu vitis, mori, myrti.* Pint.

Ergo ſuccorum) Theophr. Hiſt. L. I. c. 19. Τῶν δὲ χυλῶν, οἱ μέν εἰσιν οἰνώδεις· ὥσπερ ἀμπέλȣ, συκαμίνȣ, μύρτȣ. H.

l. Quod miremur) Quum ex iis vinum ipſum exprimatur. Habent tamen vinoſo ſuccum affinem vuae, vt Theophraſtus vidit l. c. H.

m. At pinguis) In eodem exemplari *pingues*, non *pinguis* legas et eodem iure ſtatim, *dulcis* et *aquoſus*: legendum, *dulces* et *aquoſi*: ſicque praefert idem exemplar. *Pint.*

At pingues) Ἐλαιώδεις, *oleoſi.* Theophr. l. c. Λιπαροὶ *pingues*, auctori operis de plantis Lib. I. c. 5. Τῶν χυλῶν οἱ μέν εἰσι λιπαροὶ, ὡς οἱ τῆς ἐλαίας, τῆς πεύκης, καὶ τῆς καρύας. H.

n. Dulces vuis) Rectius quam μελιτώδεις, *mellei*, vt Theophr. dixit. H.

o. Sanguineus) Vnde αἱμόῤῥοα μόρα Athenaeus vocat, L. II. p. 51. H.

quis eius vllum dixerit colorem? Sua et in odore miracula. *p.* Malis acutus *q.*; Perficis dilutus, dulcibus nullus. Nam et vinum tale fine odore, tenue odoratius: multoque celerius talia ad [1] vfum *r.* veniunt, quam pinguia. Quae odorata, non eadem in gustu tenera: quia non funt pariter *s.* odor et fapor. *t.* Quamobrem citreis odor acerrimus, fapor [2] afperrimus: quadamtenus et cotoneis: nullusque odor ficis. *u.*

XXXIV. Et hactenus fint fpecies ac genera pomorum, naturas arctius colligi par eft. Alia filiquis gignuntur *x.*, ipfis dulcibus, femenque complexis amarum *y.*: quum in pluribus femina placeant,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Cb. ad nafum Gr. et Al.* 2. *afperrimus quidam, tenuis. M.*

p. Sua et in odore miracula) Theoph. toto lib. VI. Cauf. *Dalec.*

q. Malis acutus) Suauis tamen, et adeo iucundus, vt vel animo defectos reuocet: Plaut. in Amphit. *Enimuero praegnanti oportet et malum dari, Vt quod abrodat fit, animo fi male effe coeperit.* Dalec.

r. Talia ad vfum) Tenuia vina fcilicet, in vfu frequentiora, quam pinguia. H.

s. Non funt pariter) Non funt pari modo: odor et fapor in eodem fructu non eumdem modum habent. H.

t. Pariter odor et fapor) Pariter, non fimul, alioqui id falfum foret, fed pari modo. Theophraft. lib. de odoribus, ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πᾶν, ἐδεὶς ἔτε χυλὸς ἄοσμος, ἔτε ὀσμὴ ἄχυλος. *Dal.*

u. Nullusque odor ficis) Ficis, etiam ficcis odor eft, fed tenuis. Vide Scalig. in cap. 19. lib. I. hift. Theophr. *Dalec.*

x. Alia filiquis gignuntur) Verbum *gignuntur* Plinianum non putamus, conftante fine illo fenfu, immo cum illo non conftante. *Pint.*

Alia filiquis) Λοβοῖς, *des gouffes.* Haec Plinius multo explanatius, quam Theophraftus, qui in eodem habitat argumento, Hift. Pl. L. I. c. 18. H.

y. Semenque complexis amarum) Apud Diofcoridem cap. de Siliqua, non, vt vulgo legitur, τὰ ἐκ τῶν ςεμφύλων σύντιθέμενα, fed legendum: τὰ ἐπὶ τῶν, etc. *Dal.*

ceant, [1] in siliqua damnentur. Alia baccis, quarum intus lignum, et extra caro, vt oliuis, cerasis. [2] Aliquorum intus baccae *z.*, foris lignum, vt his quae in Aegypto diximus *a.* gigni. Quae baccis natura, eadem et pomis. Aliorum intus corpus, et foris lignum, vt nucum. Aliis foris corpus, intus lignum, vt Persicis et prunis: vitiumque *b.* cinctum fructu, quum fructus alibi muniatur vitio. Putamine clauduntur nuces, corio castaneae. Detrahitur hoc iis: at in mespilis manditur. Crusta teguntur glandes, cute vuae, corio et membrana Punica. Carne et succo mora constant *c.*, cute et succo cerasi. Quaedam *d.* statim a ligno recedunt, vt nuces, et palmae. Quaedam adhaerent, vt oliuae laurique. Quorumdam generi vtraque est natura, vt Persicis. Etenim duracinis *e.* adhaeret corpus, e lignoque auelli [3] nequit: quum in ceteris facile separetur. Quibusdam nec intus, nec extra lignum, vt in palmarum genere. *f.* Aliquo-

1. *et siliquae. Dal.* 2. *Ali. intus lignum, foris bacca, vt Persicis, quae. Vet. Alia baccis, quarum intus lignum, etc. M. Alii nihil mutant, Aegyptiam myrobalanum intelligentes.* 3. *non quit. Ch.*

z. Aliquorum intus baccae) Lege: *Aliquarum intus baccae, foris lignum*, id est, aliquarum baccarum, non pomorum. *Salmas.* 609. a. *Baccae)* Abutitur hac voce ad nucleum significandum, vt in Perseae fructu, quam et Persicam vocat c. 9. lib. XIII. *Dalec.*

a. In Aegypto diximus) L. XIII. f. 17. Baccam vocat, edulem Persici Aegyptii nucleum. H.

b. Vitium) Id quod proiici necesse est, quod mandi non potest. H.

c. Carne et succo mora constant) Confer Theophr. cap. 18. lib. I. histor. quem hic superauit. *Dal.*

d. Quaedam) Fructuum genera. Vide c. 9. lib. XIII. *Dalec.*

e. Etenim duracinis) Les presses, de quibus dictum est f. 11. H.

f. In palmarum genere) Supra

Aliquorum lignum ipsum [1]in vsu et pomi vice, vt generi amygdalae, quam in Aegypto *g.* gigni diximus. *h.* Quorumdam extra, gemina geminantur vitia *i.*, vt in castaneis, amygdalis, nucibusque iuglandibus. Quorumdam natura trigemina est? corpus, deinde lignum, rursusque semen in ligno, vt Persicis. Quaedam inter se densa, vt vuae, sorba: quae ramos circumdata ex omni parte vuarum modo degrauant. Alia rara, vt in Persicis. Quaedam aluo continentur, vt granata. Dependent alia pediculis, vt pira. Alia racemis, vt vuae, palmae. Alia et pediculis et racemis, vt ederae, sambuci. Alia ramo adhaerent, vt in lauro. Quaedam vtroque modo, vt oliuae. Nam et breues pediculi et longi. Quaedam vasculis *k.* constant, vt Punica et mespila, lotosque in Aegypto et Euphrate. Iam vero diuersa gratia et commendatio. Carne palmae placent, crusta Thebaicae, succo vuae,

 et ca-

1. *In vsum.* *Ch.*

Supra cap. 22. lib. XII. Spadonas eas vocat cap. 4. lib. XIII. *Dalec.*

In palmarum genere) Quas spadones idcirco nuncupauit, L. XIII. f. 8. H.

g. Et pomi vice, vt generi amygdalae, quam in Aegypto, etc.) His verbis indicat, Pomum longius piro, inclusum amygdalae putamine et corio, colore herbido. *Gelen.*

h. Gigni diximus) Libro XIII. f. 17. H.

i. Geminantur vitia) Crustae, seu cortices, quae detrahi oportet ac proiici, in quibusdam geminae sunt: quibus nucleus seu bacca obuoluitur. H.

k. Vasculis) Vel *flosculis*, vt apud Columel. cap. 45. lib. XII. id est, vmbilicatis, in summo fructu cauis: vel, vt quidam legendum apud Colum. censent, *oculis.* Dal.

Quaedam vasculis) Vasculum hoc loco Plinius vocat, quod in summo fructu cauum, et quasi vmbilicatum est. Flosculum nominat Columella, L. XII. c. 45. *Deinde*, inquit, *poma sic componi, vt flosculi sursum, pediculi deorsum spectent.* H.

et caryotae: callo pira ac mala, corpore melimela, mora cartilagine, nuclei grano. Quaedam in Aegypto [1] cute, vt caricae. Detrahitur haec ficis virentibus, vt putamen: [2] eadem in ficcis maxime placet. In papyris et ferulis *l.*, [3] fpinaque alba, [4] caulis ipfe pomum eft, *m.* [5] Sunt et ficulni caules. In fruticofo genere, cum caule capparis: in filiquis vero quod manditur *n.*, quid nifi lignum eft? non omittenda feminis earum proprietate: nam neque corpus, nec lignum, nec cartilago dici poteft, neque aliud nomen [6] inueniet.

XXXV. (XXIX.) Succorum natura praecipuam admirationem in myrto habet, quando ex vna omnium olei vinique bina genera fiunt. *o.* Item myrti-

1. *Cute caricae. V.* 2. *eifdemque. Ch.* 3. *fpinaque Cacto, caulis. Ex Theoph. cap. 4. lib. VI.* 4. *caulis ipfe feu pomum eftur. Chiffletius. Sic infra lib. XXV. cap. 13. 14.* 5. *eduntur et ficulnei caules. Vet. Lego, funt et in vfu medicinae ficulnei caules. vt infra c. 4. lib. XXVI.* 6. *fic et M. inueniat Gr.*

l. In papyris et ferulis) Nam Aegyptii papyri caulem crudum coctumque mandunt, fuccum tantum deuorantes. c. 11. XIII. Hac ratione caulem, fiue thyrfum, καρπὸν Aefchylus vocat, βίβλȣ δὲ καρπὸς ȣ̓ κρατεῖ ςάχυν μέγαν. *Guilland.* De papyro vide fupra c. 11. L. XIII. ex Theoph. c. 9. L. IV. hift. De ferula infra c. 9. et 23. L. XX. ex Theoph. c. 2. L. VI. hift. Vide et Diofcor. cap. 90. lib. III. *Dalec.*

m. Pomum eft) Hoc eft, pomi inftar manditur, vt dictum eft L. XIII. f. 22. Sic et teneri ficuum caules. H,

n. In filiquis vero quod manditur, etc.) Falluntur doctiffimi viri, qui de filiquis leguminum haec dici putarunt: de filiquis arboris, quae κεράτια Graecis, omnino funt accipienda. *Salmaf.* pag. 459. b.

In filiquis) Κερατίοις. de quibus f. 26. diximus. H

o. Bina genera fiunt) Vnum genus vini myrtei docet Cato cap. 125. Palladius in Ianuario cap. 19. Diofcor. lib. V. At duo huius vini genera defcribit, nempe album et nigrum, Colum. cap. 38. lib. XII. Olei genera duo tradit Diofcorides Pallad. vnum in Ianuario c. 18. *Dal.*

Bina

myrtidanum, vt diximus. *p.* Et alius vsus baccae *q.* fuit apud antiquos, antequam piper *r.* reperiretur, illius obtinens vicem; quodam etiam generosi obsonii nomine inde tracto, quod etiam nunc myrtatum vocatur. *s.* Eademque origine aprorum sapor commendatur, plerumque ad intinctus *t.* additis myrtis.

Q 5 XXXVI.

Bina genera) De vtroque vini genere, quod e myrto satiua fit; tertioque, quod e siluestris myrti baccis myrtidanum appellarunt, diximus L. XIV. f. 19. De oleo vtroque, f. 7. libri huius. Sed illud iterum in memoriam reuocandum, quod ante monuimus, aliam esse apud scriptores Graecos, quos quidem nunc terimus, acceptionem huius vocis Μυρτίδανον, de qua vide Glossas, et Galen. in Expl. Voc. Hipp. T. II. p. 92. et 97. ex Dioscoride Anazarbeo, et altero cognomine Lexicographo iuniore: ipsumque Hippocratem, de morbis mulierum L. II. f. 84. p. 608. H.

p. Vt diximus) Supra c. 16. l. XIV. Dal.

q. Vsus baccae) Pomi, seu fructus myrtei. H.

r. Antequam piper) Abhorruisse veteres a pipere in obsoniis adhibendo auctor est Plutarch. Symp. L. IX. qu. 9. p. 733. Dryophoni, seu myrti nemoralis baccae, hodieque piperis loco condiunt rusticorum cibos, vt dicemus L. XXVII. f. 49. H.

s. Nunc myrtatum vocatur) Etiamnum *murtatum.* Varro IV. de ling. Latin. *Quod in extis dicitur nunc profectum, murtatum a murta* (sic et Cato pro myrto) *quod eo large fartum intestinum crassum.* Dalec.

Myrtatum vocatur) Varro, L. IV. de L. L. p. 28. *Myrtatum*, inquit, *a myrto*, (vel vt alii legunt, eadem plane sententia, *Murtatum a murta*) *quod eo large fartum intestinum crassum.* H.

t. Ad intinctus) Τὰ ἐμβάμματα, liquores nimirum vel liquamina, quibus aut panem aut carnem intingimus ad saporis gratiam, et gulae irritamentum: ἀρτύσματα odorata et aromata quae liquoribus induntur, vt eos condiant. Saepius alterum pro altero vsurpatur. *Dal.*

Ad intinctus) Hic intinctus ἔμβαμμα est, quod vel ex aceto, oleoue, aut alio liquore vel liquamine fit, quo panem carnemue intingimus, ad saporis gratiam. Galli dicunt, *la sausse.* H.

XXXVI. Arbor ipsa in Europae *u.* [1] citeriore [2] caelo, quod a Cerauniis montibus incipit, primum Circeiis in Elpenoris tumulo *x.* visa traditur: Graecumque ei nomen remanet, quo peregrinam esse apparet. Fuit vbi nunc Roma est, iam tum quum conderetur: quippe ita traditur, myrtea verbena *y.* Romanos Sabinosque, quum propter raptas virgines *z.* dimicare voluissent, depositis armis

1. *Tetritiore.* *Ch.* 2. *Solo.* *Dal.*

u. *Arbor ipsa in Europae, etc.*) Virgil. in Culice *Parthicam* vocat: *Et rosa purpureo crescit rubicunda colore Et violae omne genus: hic est et Parthica myrtus.* Apud Athenaeum quoque lib. XV. Apollodorus lib. IV. τῶν Παρθικῶν scribit in Parthia μυρσίνης εἶναι ποικίλα γένη, μίκακά τε, καὶ καλεμένην Φυλάδελφον. *Dal.* *Arbor ipsa in Europae citeriore caelo*) Lego: *Arbor ipsa in Europae tetriciore caelo*, ex exemplari Toletano, rectissime. *Pint.*

Arbor ipsa) *Le mirte.* Cerau nios montes dici hoc loco palam est, pro Acrocerauniis, de quibus L. III. statim initio egimus. H.

x. *Elpenoris tumulo*) Hic est Elpenor vnus ex Vlyssis sociis, quos a Circe in porcos mutatos fabulatus Homerus Odyss. X. *Dalec.*

In Elpenoris) Vnius ex Vlyssis sociis, quos in porcorum faciem a Circe mutatos finxit Homerus. De Circeiis L. III. f. 9. Tradit haec etiam Theophr. hist. L. V. c. 9. H.

y. *Myrtea verbena*) *Verbena proprie*, (inquit Seruius ad illud Aen. XII. *Verbena tempora vincti*) *est herba sacra, ros marinus, vt multi volunt, id est* λιβανωτίς, *sumpta de loco sacro Capitolii, qua coronabantur Feciales, et Pater patratus, foedera facturi, vel bella indicturi. Abusiue tamen verbenas iam vocamus omnes frondes sacratas, vt est laurus, oliua, vel myrtus.* *Terent. ex ara sume hinc verbenas: Nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transtulit.* Vnde intelligis frustra esse eos, qui *myrto et verbena* hic malunt, inuitis omnibus libris. H.

z. *Quum propter raptas virgines, etc.*) Liuius lib. I. *Dalec.*

Raptas virgines) Vide Liuium, L. I. Est in Cimelio Serenissimi Ducis Parmensis nummus Neronis inscriptus: NERO. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GERM. P. M. TR.

mis [1] purgatos in eo loco, qui nunc ſigna Veneris Cluacinae *a.* habet. Cluere enim *b.* antiqui [2] purgare

1. *Pacificatos. Lil. Gyral.*

2. *pugnare. Idem.*

TR. P. IMP. P. P. caput laureatum .)(. SABINAE. *Raptus Sabinarum pulcherrimus, apud Albertum Principem,* inquit Occo p. 134. *Figurae pulcherrimae, in quarum medio tres obeliſci.* Depictus etiam hic nummus eſt ab Oyſelio, Tab. XCVII. n. 9. ſed prius ab Erizzo, p. 109. vbi negat hunc nummum Romae cuſum fuiſſe; et recte negat. Cuſus eſt Arelate. Et litteris illis ſeptem haec ſubeſt ſententia: *Scenicis Arelate Baſilicam Imperator Nero Auguſtus Exſtruxit.* Nam alioquin quid ad Neronem pertinent raptae quondam Sabinae virgines? Scenicas mulieres a militibus coactas eſſe, non in ciuitate vagari per diuerſas aedes, ſed intra vnam ſe baſilicam, a Nerone eo fine aedificatam, continere, pictura cum titulo eo declarat. Eſt et alius in Gaza Medicea nummus ex aere maximo: D. N. CONSTANTIVS. P. F. AVG. nempe qui Flauii Iulii Conſtantis frater. Caput cinctum gemmis .)(. Infra SABINAE, vt in nummo Neronis: et raptum Sabinarum ſimiliter pingi hic aiunt, cum obeliſco vno tantum. Sed quid, amabo, ad Principem Chriſtianum raptus pertinet Sabinarum? Nihil cum imagine talis ac tanti Principis iungi poſſet ineptius. Contraria ſub his litteris ſubeſt ſententia, quam in priore numiſmate; haec nimirum, *Scenicas Arelate Bono Imperii Natus Auguſtus Eiecit:* id quod pictura quoque loquitur. Ita litteris iiſdem geminum facinus, alterum Nerone, alterum Chriſtiano Principe dignum exprimitur. H.

a. Veneris Cluacinae) Luere, purgare: Lua mater, dea quae purgabat: ei nonnumquam ad luſtrandam hoſtium caedem arma et ſpolia incendebantur. Cluacina Venus, quaſi luacina, a purgatione eſt dicta, quamuis Tertullian. a cloaca, Cloacinam dictam contendat. *Dalec.*

Cluacinae) In nummis legitur Muſſidiae gentis apud Patin. p. 182. et in Muſeo noſtro CLOACIN. Sed caue huc referas. Sententia enim eſt primis ſingularum vocum litteris expreſſa, quae nihil huc attinet. *Cymbam Lubentes Obtulerunt Auguſto Caeſari Imperatori Narbonenſes.* In altera nummi parte caput eſt Solis iuuenis radiatum, ſymbolum Orientis ab Auguſto pacati ſine inſcri-

gare dicebant. Et in ea quoque arbore suffimenti *c.* genus habetur. Ideo tum electa, quoniam coniunctioni *d.*, et huic arbori Venus praeest. Haud scio, [1] an prima omnium *e.* in locis publicis Romae [2] sata, fatidico quidem et memorabili augurio. Inter antiquissima namque *f.* delubra habetur Quirini, hoc est, ipsius Romuli: in eo sacrae fuere myrti duae ante aedem ipsam per longum tempus, altera patricia appellata, altera plebeia. Patritia multis annis [3] praeualuit *g.*, exuberans ac laeta, quamdiu Senatus quoque floruit, illa ingens *h.*: plebeia

1. *An primaeua omnium. M. an prima etiam omnium Gr.* 2. *sic, et M. sata sit Gr.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. praeualuit flaccescente plebeia, exuberans Gr. et Al.*

inscriptione. Lactantius, L. I. c. 20. a cloaca maxima, vbi id simulacrum repertum est, appellatum putat. Plinio, Cluacina Venus, quasi purgatrix dicta, et expiatrix. *Cluacinae sacrum* Romae fuisse Plautus commemorat, in Curculione, act. IV. sc. I. v. 10. De purgationibus veterum, suffitibusque, L. XXV. s. 59. H.

b. Cluere enim) Quasi contractum ex verbo *colluere*. Sed et alios praeterea significatus habet; de quibus Lexica consule. H.

c. Suffimenti) In suffitus ipsa quoque assumitur. H.

d. Coniunctioni) Foederi et coniugiis. Supra L. XII. s. 2. Veneri dicata myrtus. Et Nasoni Fastor. L. IV. v. 15. *Cytherea myrtus.* H.

e. An prima etiam omnium) MSS. omnes, *an primaeua omnium.* H.

f. Inter antiquissima namque, etc.) Semper id clausum fuit, nec aperire licebat, quasi arcanum haberi vellent, an humo tectus, an inter Deos Romulus relatus fuisset, tametsi Varro post rostra Romuli sepulchrum fuisse scribat. Alex ab Alexandro cap. 14. lib. II. *Dal.*

g. Patritia multis annis praeualuit, etc.) Lege, *Patricia multis annis praeualuit exuberans ac laeta, quamdiu senatus quoque floruit, illa ingens, plebeia, retorrida ac squalida: quae postquam euaiuit flaccescente patricia Marsico bello, etc.* Salmas. 442.

b. *Patricia multis annis praeualuit flaccescente plebeia*) Duo vltima verba delenda, si codici Toletano credimus. *Pint.*

h. Illa vigens) Verba haec falso adiecta putamus. *Pint.* *Illa*

plebeia [1] retorrida ac squalida. Quae posteaquam eualuit, [2] flauescente patritia *i.*, Marsico *k.* bello, languida auctoritas patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit maiestas. Quin et ara vetus fuit Veneri Myrteae, quam nunc [3] Murtiam vocant. *l.*

XXXVII. Cato *m.* tria genera myrti prodidit, nigram,

4. torrida. M. 5. flaccescente patricia Gr. et Al. 3. myrciam. Ch.

Illa ingens) Sic MSS. R. etc. In editis, *vigent.* H.

i. Flaccescente patricia) *Flauescente patricia*, in vtroque codice, non *flaccescente.* Pint.

Flauescente) Sic MSS. non *flaccescente.* Sic L. XVI. s. 7. de fagi foliis, et aliarum glandiferarum, *celerrime flauescentibus.* Et L. XIX. s. 47. de menta: *Aestate viret, hieme flauescit.* Et eiusdem libri, s. 47. de morbis hortensium: *Omnia accessu mulieris menstrualis flauescunt.* Supraque L. XIII. s. 16. *Et ideo superficie flauescens*, etc. H.

k. Marsico) Siue sociali, de quo diximus, L. II. s. 85. H.

l. Murtiam vocant) Idem Plutarchus in caussis Rom. Alia fuit Murcea desidiae ignauiaeque Dea, de qua vide Gyraldum. De Venere Murtia, quae aedem habuit ad metas primas Circi, prope Consi aram defossam, Tertull. lib. de spectacul. Vide Murcia apud Festum. Porro vt Veneri Myrtus sacra est, sic Ioui aesculus, Apollini laurus, Mineruae olea, Herculi populus, Baccho hedera, Pani pinus; Diti cupressus. Itaque quum iis diuis sacrum fieret, sua fronde templum araque ornabatur. Alex. ab Alex. c. 17. lib. IV. *Dalec.*

Murciam) In MSS. *Murciam* et *Murtiam* legas, Plutarch. in Quu. Rom. p. 268. Καὶ γὰρ ἣν νῦν Μαρκίαν Ἀφροδίτην καλοῦσιν, μυρτίον τὸ παλαιὸν, ὡς ἔοικεν ὠνόμαζον. Varro lib. IV. de L. L. *Intimus Circus ad Murtium vocatus, vt Procilius aiebat, ab vrceis, quod is locus esset inter figulos. Alii esse dicunt a Murteto declinatum, quod ibi id fuerit: cuius vestigium manet, quod ibi sacellum etiam nunc Murtiae Veneris.* Fuit aedes Murciae, teste P. Victore, in vndecima regione Vrbis: Romuli, in octaua. H.

m. Cato) Cap. 8. *Dalec.*

Cato tria) Cato de R. R. c. 8. p. 14. *Sub vrbe hortum omne*

nigram, candidam, coniugulam, fortassis *n.* a coniugiis, [1]et illo Cluacinae genere. Nunc et alia distinctio, satiuae, aut siluestris: et in vtraque latifoliae. *o.* In siluestri *p.*, propria oxymyrsine. Satiuarum genera topiarii *q.* faciunt: Tarentinam *r.* folio minuto: nostratem *s.*, patulo: [2]hexasticham densissimo *t.*, senis foliorum versibus. Haec non est in

1. *Ex. Gr.* 2. *sic et Turn. exoticam Gr. et Al.*

omne genus. — Myrtum coniugulum, et album et nigrum. etc. Idem repetit, c. 133. p. 69. *Myrtum coniugulum, et myrtum album, et nigrum, etc.* H.

n. Fortassis) Haud sane videtur generis id nomen esse, sed consilii institutique hominum, nempe a coniugiis, quibus Venus praeest, et expiationibus, purgationibusue, quibus olim myrtus adhibita in eo loco, qui deinde factus ex ea re Veneri Cluacinae sacer. Sunt tamen qui coniugulam dictam malint, quod opere topiario cum pergulis parietibusque hortorum eleganti spectaculo apte coniugatur. H.

o. Et in vtraque latifoliae) In vtroque, inquit, genere latifolia myrtus est, in silvestri scilicet et satiuo. Sic quadruplex iam myrti genus, satiuum angustifolium, latifoliumque, siluestre item geminum. H.

p. In siluestri) In siluestri genere peculiaris differentia ac ratio est oxymyrsines, inquit, Nos de ea dicemus L. XXIII. s. 83. H.

q. Topiarii) Qui topiaria faciunt: sicut coronarii, qui coronas. Vetus inscriptio apud Gruter. p. 602. LVCRIO. AVG. TOPIARIO. EX. HORTIS. *Lucrio Augusti Topiario, ex hortis.* H.

r. Tarentinam) Quae myrtus minor vulgaris. A Clusio pingitur, L. I. Hist. p. 67. H.

s. Nostratem) Haec myrtus Romana, cuius iconem Matthiolus exhibet in Diosc. L. I. p. 228. H.

t. Exoticam densissimo) Plurimum hoc loco debemus archetypo Salmanticensi, cuius beneficio restituitur locus pulcherrimus: legendum est enim ex eo non *exoticam*, sed *hexasticham*, hoc est, sex ordinum: vnde statim sequitur, *senis foliorum versibus.* Meminit et Columella libro II. cuiusdam generis ordei, quod vocetur hexastichon, et alterius quod distichon. *Pint.*

Hexasticham) Sic MSS. R. Colb.

est in vsu: ramosa vtraque alia. [1]Coniugulam existimo *u.*, nunc nostratem dici. Myrtus odoratissima *x.* [2]in Aegypto. *y.* Cato docuit *z.* vinum fieri e nigra, siccata vsque in ariditatem in vmbra, atque ita [3]musto indita. *a.* Si non siccentur baccae, oleum gigni. Postea compertum *b.* et ex alba vinum fieri album, duobus sextariis myrti tusae, in vini tribus heminis *c.* maceratae, expressaeque. Folia

1. *Coniugalem. Ch.* 2. *sic et M. odoratissima est in Aeg. Gr. et Al.* 3. *atque ita mulso indita Gr. et Al.*

Colb. Th. et ii quos Turnebus et Pintianus videre, non *exoticam*. A senis, vt statim subditur, foliorum ordinibus, id ei nomen, vt et hordeo hexasticho apud Colum. L. II. c. 9. Omnino est myrtus latifolia Baetica, quam et exoticam Clusius vocat, hist. pl. L. I. c. 43. p. 65. nos in horto regio vidimus. Vulgaris in hortis est obuia, quae tetrasticha est: eadem Tarentina superius nominata. H.

u. Coniugulam existimo) Et nos assentimur. H.

x. Myrtus odoratissima) Theophrast. cap. 27. lib. VI. Caus. *Dalec.*

y. In Aegypto) Vbi ceteri flores sine odore. Causam huius rei Theophrastus aperit, de caus. pl. c. 27. p. 385. H.

z. Cato docuit) De R. R. c. 125. p. 66. H.

a. Atque ita in mulso indita) *Musto* non *mulso* agnoscit codex Toletanus, quam lectionem confirmant verba Catonis c. 124. *Pint.*

Atque ista musto) Vide N. et Em. N. XV. (hic pos.) *Atq.*) Prius *mulso* legebatur. Nos *musto* rescripsimus, tum ex fide codicum R. 1. 2. Colb. et Tolet. teste Pintiano: tum, quod multo est certius ex Catone, c. 125. p. 66. *Vinum murteum*, inquit, *sic facio: Murtam nigram arefacio in vmbra: vbi iam passa erit, seruato ad vindemiam: in vrnam musti contundito murtae semodium: id oblinito: vbi desiuerit feruere mustum, murtam eximito.* Adde Columellam ea multo vberius explanantem, L. XII. c. 38. H.

b. Postea compertum) Columel. c. 38. lib. XII. *Dal.*

Postea compertum) Haec fuse tractata a Columella, de R. R. L. XII. c. 38. H.

c. Tribus heminis) Hemina quid sit dicemus L. XXI. Sect. vlt.

Folia et per se siccantur *d.* in farinam, ad hulcerum remedia in corpore humano, leniter mordaci puluere, ac refrigerandis sudoribus. Quin imo oleo quoque (mirum dictu) inest quidam vini sapor, simulque pinguis liquor, praecipua vi ad corrigenda vina, saccis ante *e.* perfusis. Retinet quippe faecem, nec praeter purum liquorem transire patitur, datque se comitem praecipua commendatione liquato. *f.* Virgae quoque eius gestatae *g.* 1 manu viatori prosunt in longo itinere pediti. Quin et virgei anuli *h.* expertes ferri inguinum tumori medentur.

XXXVIII.

1. *Molo.* *Ch.*

vlt. De sextario diximus L. XIV. f. 6. H.

d. Folia et per se siccantur) Vide supra cap. 22. lib. XIV. *Dalec.*

e. Saccis ante) Myrteo oleo ante perfusis. Quid saccus sit, et quis sacci vsus, diximus L. XIV. f. 28. H.

f. Liquato) Vino percolato. H.

g. *Virgae quoque eius gestatae, etc.*) Ad myrtum Graeci olim canebant eiusque ramo tradito, illum, qui postea cantaturus esset, invitabant. Alex. ab Alex. c. 25. lib. II. *Dalec*

Gestatae manu) MSS. omnes, *gestatae modo.* H.

h. Quin et virgei anuli, etc.) In antiquis sanctuariis Turn. reperit, *Quin et virgae iaculi:* fortasse quod e myrto iacula nonnumquam fierent, quorum hastile nondum ferro spiculatum virgam vocant. Virgilius: *Crebris hastilibus horrida myrtus.* Iterum: *Et pastoralem praefixa cuspide myrtum.* Itaque *virgae iaculi* dici possunt, tam grandes, vt pro iaculo muniri ferro possint. *Dalec.*

Virgei anuli) Virgae, seu ramuli, in anuli modum circa inguina ligati. Vide N. et Em. N. XVI. (hic consp.) *Quin etc.*) Sic Parm. editio, ceteraeque omnes, et R. 2. cod. Par. aliique: etsi in R. 1. legitur, *virgae iaculi:* quae scriptura Turnebo scrupulum iniecit, num de hastilibus, iaculisque e myrto hic sermo foret: haeretque plurimum in sua coniectura. Verum ea quae vulgatis libris continetur lectio, non ope tantum MSS. codicum, sed indubitato Plinii alterius medici, quem Valerianum

vulgo

XXXVIII. Bellicis quoque se rebus inseruit: triumphansque de Sabinis Postumius Tubertus in Consulatu *i.* (qui primus omnium ouans *k.* ingressus Vrbem est,) quoniam rem *l.* leuiter sine cruore gesserat, myrto Veneris Victricis coronatus incessit *m.*, optabilemque arborem etiam hostibus *n.* fecit. Haec postea ouantium *o.* fuit corona, excepto M. Cras-

vulgo dicunt, testimonio constabilitur. Is enim opus suum de re medica, ex ipsis Plinii nostri verbis concinnans, locum hunc sic expressit, L. II. c. 43. *Myrtea virga, quae ferro tacta non fuit, in dolore inguini circumligatur.* H.

i. In Consulatu) Vnico fuisse functum Consulatu Postumium, videtur hic Plinius affirmare: tametsi aliter Liuius, L. II. p. 27. et Dion. Halic. A. R. L. IV. p. 314. H.

k. Ouans) Ouatio, minor triumphus. Qua re a triumpho distet, mox dicemus, ex Gellio. H.

l. Quoniam rem) Aliam caussam affert Dionysius, l. c. quod cladem ante probrosam acceperat: etsi in hac expeditione aduersus Sabinos, praeclaram nauarit operam, cum Agrippa collega, cui decretus a Senatu eam ob rem, triumphus. H.

m. Myrto Veneris Victricis coronatus incessit) Dionysius Halicarnasseus non myrto, sed laurea coronatum tradit, volumine quinto. *Pint. Myrto Veneris Victricis, etc.*) Myrto, quod Plin. tacet, mortuorum busta etiam Graeci ornarunt, quum inferias soluerent. Euripides in Electra: Ἀγαμέμνονος δὲ τύμβος ἠτιμασμένος, Οὔ πώποτ' χοὰς, ἔδε κλῶνα μυρσίνης Ἔλαβε. πυρὰ δὲ κέρσος ἀγλαϊσμάτων. Cui respondet Agamemnonis altor: Ἦλθον γὰρ αὐτῷ πρὸς τάφον πάρεργ' ὁδῷ Καὶ προσπεσὼν ἔκλαυσ' ἐρημίας τυχὼν, Σπονδάς τε λύσας ἀσκὸν ὃν φέρω ξένοις Ἔσπεισα, τύμβῳ δ' ἀμφέθηκα μυρσίνας. Victorius cap. 2. lib. XVI. Praeterea qui olim in conuiuiis carmina cantabant, myrtum laurumue manu tenebant: laurum, qui versus Homericos recitarent: myrtum, qui Aeschyli, Simonidis, Stesichori. Apud Plutarchum Dicaearchus lib. de certa[minibus] musicis. *Dal.*

n. Optabilemque — hostibus) Sic enim agi de se triumphum potius, quam alio quouis modo, hostis quilibet velit. H.

o. Haec postea ouantium) Gellius L. V. c. 6. p. 327. *Oualis corona myrtea est: ea vteban-*

M. Crasso *p.*, qui de fugitiuis et Spartaco laurea coronatus incessit. [1] Masurius auctor est, curru quoque triumphantes myrtea corona vsos. L. Piso tradit, [2] Papirium [3] Masonem *q.*, qui primus in monte Albano triumphauit de Corsis, myrto coronatum ludos Circenses *r.* spectare solitum. Auus maternus Africani sequentis *s.* hic fuit. Marcus Valerius *t.* duabus coronis vtebatur, laurea, et myrtea, qui et hoc vouerat.

XXXIX.

1. Massurius Gr. 2. Papyrium Massonem Gr. 3. Nasonem. V.

vtebantur Imperatores qui ouantes introibant vrbem. Ouandi autem, ac non triumphandi causa est, quum aut bella non rite indicta, neque cum iusto hoste gesta sunt: aut hostium nomen humile, aut non idoneum est, vt seruorum piratarumque: aut deditione repente facta, impuluerea, vt dici solet, incruentaque victoria obuenit: cui facilitati aptam esse Veneris frondem crediderunt: quod non Martius, sed quasi Venerius quidam triumphus foret. Et olea tamen etiam coronatos esse ouantes Plinius noster admonet libri huius s. 5. Myrto et milites redimitos scripsit Claud. Saturninus, L. de coronis, apud Tertullianum L. de corona, c. 12. H.

p. M. Crasso) Gellius l. c. *Myrteam coronam M. Crassus quum bello fugitiuorum confecto ouans rediret, insolenter aspernatus est, Senatusque consultum faciendum per gratiam curauit, vt lauro, non myrto coronaretur.* H.

q. Papyrium Massonem) Valer. Max. cap. 5. lib. III. *Dal.*

Masonem) Recitat haec totidem verbis Valer. Max. L. III. n. 5. p. 173. Vnde vero Festus, Paulusue id hauserit quod refert, *Myrtea corona Papirius vsus est, quod Sardos in campis myrteis superasset*, quiue illi campi sint myrtei, non liquet. H.

r. Ludos Circenses) De Circensibus vide quod notatum est ad cap. 22. lib. XXXVI. huius operis. *Dal.*

s. Africani sequentis) Hoc est, Africani posterioris, eius qui Carthaginem, Numantiamque deleuit. H.

t. M. Valerius) Publicolae frater, eius qui post exactos reges primum Consul fuit. H.

XXXIX. (XXX.) Laurus *u.* triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus, ianitrix Caesarum *x.* Pontificumque *y.*: [1]sola et domos exornat, et ante limina excubat. Duo eius genera *z.* [2]tradit Cato: Delphicam et Cypriam. *a,* Pompeius Lenaeus *b.* adiecit

R 2

1. *Sic ex MSS. em. Hard. quae solae domos Gr. et Al.*
2. *tradidit. Ch.*

u. Laurus) Lauri fere dotes vniuersas, quas oratione prosa Plinius expressit, carmine haud inuenusto reddidit Ioh. Passeratius, Calendis Ianuar. MDXCIV. Et Graecos solitos esse pro foribus laurum statuere, auctor est Hesychius, in voce Κώμυθα. Κώμυθα, δάφνην, ἣν ἱςῶσι πρὸ τῶν πυλῶν. H.

x. Ianitrix Caesarum) Ovid. Metam. L. I. v. 562. *Postibus Augustis laurus fidissima custos, Ante fores stabis, mediamque tuebere quercum.* Et Trist. L. III. Eleg. I. v. 39. de Augusti Palatio: *Cur tandem apposita velatur ianua lauro, Cingit et Augustas arbor opaca fores? Num quia perpetuos meruit domus ista triumphos?* etc. Hinc illud Tertulliani in Apolog. *Qui sunt qui Imperatores inter duas lauros obsident?* H.

y. Pontificumque) Pontificum maiorum et minorum gradus, ordinem, dignitatem, ius, auctoritatem, immunitatem, cultum, munus et officium, collegia, prolixe describit Alex. ab. Alex. cap. 8. II. Pontifices a ponte dictos volunt: quod iis solis licet pontem sublicium ligneum, nullo aere, vel ferro compactum, si collaberetur, caesa victima, et sacrificio peracto, reficere. Pontificum galerus, insigne fuit, vt augurum lituus. *Dal.*

z. Duo eius genera) Cato c. 133. p. 69. Idem tamen c. 8. p. 14. tertium genus addit, siluaticum. H.

a. Delphicam et Cypriam) His duabus addit tertiam Cato cap. 8. siluaticam: quod mirum est Plinium tacuisse. *Dal.*

b. Pompeius Lenaeus) Pompeii libertus, Grammaticus doctissimus, de quo cap. 2. lib. XXV. Olim gentilitium nomen patronorum liberti assumebant. Auctor Lactant. lib. III. Inst. Tertul. de resurrect. carnis. Sic Caruilius, Caruilii libertus nominatus est Plutarcho, Laurea Tull. Ciceronis cap. I. XXXI. Cornel. Alexander, Cornelii Lentuli, Suidae. Brissonius cap. 14. lib. II. Per-

adiecit quam mustacem appellauit, quoniam mustaceis subiiceretur. *c.* Hanc esse folio maximo, flaccidoque et albicante: Delphicam aequali colore, viridiorem, maximis baccis atque e viridi rubentibus. Hac [1] victores Delphis coronari, et triumphantes Romae. Cyprium esse folio breui, nigro, per margines imbricato, [2] crispam. Postea accessere genera. Tinus *d.*: hanc siluestrem laurum aliqui intelligunt, nonnulli sui generis arborem. Differt [3] color *e.*: est enim ei caerulea bacca. Accessit et regia *f.*, quae coepit Augusta appellari, amplissima et arbore et folio, baccis gustatu quoque non aspe-

1. *Acutiores. Ch.* 2. *crispam, et postea. M.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. color: est enim caerula bacca. Ch. differt colore, Gr. et Al.*

II. Persius: *Verterit hunc dominus, momento turbinis exit Marcus Dama.* Dalec.

c. Mustaceis subiiceretur) *Mustacei* Catoni, *mustacea* Iuuenali, fiunt e farina siliginis musto conspersa, aniso, cymino, adipe, caseo, ramentis virgae lauri subditis, dum coquuntur lauri foliis. Iuuenal. — *nec est quare coenam et mustacea perdas Labente officio, crudis donanda.* Dal.

Quoniam mustaceis) Mustacea sunt leuia cibaria, iis praeberi solita, qui stomachi imbecillioris forent. De his Cato, c. 121. p. 65. *Mustaceos sic facito: Farinae silgineae modium vnum musto conspergito: Anisum, cuminum, adipis, P. II. casei libram, et de virga lauri deradito, eodem addito. Et vbi definxeris, lauri folia subtus addito quum coques.* Liba vniuersa, bellariaque lauri foliis veteres inuoluebant, teste Athenaeo L. IV. p. 140. In Notis, quae Tironi falso adscribuntur, apud Gruterum, p. 176. *Mustacium. Crustulum. Edubium,* pro *Edulium.* Et paulo ante, *Placenta. Scerbilita,* pro *Scribilita.* H.

d. Tinus) *Laurier-tin.* Pingitur a Dalecampio hist. pl. L. II. c. 43. Vidimus in horto regio. H.

e. Differt color) Nempe a ceteris lauri generibus. H.

f. Et regia) *Laurier Royal* cuius nomen Lobelius exhibet in Aduu. p. 424. H.

[1]asperis. Aliqui negant eamdem *g.* esse, et suum genus regiae faciunt, longioribus foliis latioribusque. Iidem in alio genere baccaliam appellant hanc quae vulgatissima *h.* est, baccarumque fertilissima. Sterilem vero earum (quod maxime miror *i.*) triumphalem, eaque dicunt triumphantes vti: nisi id a Diuo Augusto [2]coepit, vt docebimus *k.*, ex ea lauru, quae ei missa e caelo est, [3]minima altitudine, folio crispo ac breui, inuentu rara. Accedit in topiario opere taxa *l.*, excrescente in medio folio paruulo, veluti lacinia folii. Et sine ea *m.* [4]spadonia, mira opacitatis patientia *n.*: itaque quantalibet sub vmbra solum implet. Est et chamaedaphne *o.* siluestris frutex. Est et Alexandrina *p.*, quam

1. *Aspero. M.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. coeperit Gr. et Al* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. missa e caelo, minima est altitudine Gr. et Al.* 4. *spadonina. Ch.*

g. Aliqui negant eamdem) Negant regiam eamdem cum Augusta esse. H.

h. Quae vulgatissima) Laurus vulgaris baccifera, *Laurier.* Baccalis dicitur L. XVII. f. 11. Sed nimirum eadem est baccalis ac baccalia, vt hortensis et hortensia. H.

i. Quod maxime miror) Miratur triumphis eam esse destinatam, quae sit sterilis. H.

k. Docebimus) Mox eodem hoc capite. *Dal.*

Vt docebimus) Sect. 40. H.

l. Taxa) Siue Laurotaxa. A Dalecampio pingitur, Hist. pl. L. II. c. 44. p. 205. Sed accuratius multo a Clusio, hist. pl. L. II. c. 64. p. 278. H

m. Et sine ea) Sine ea lacinia, hoc est, sine eo folio paruo exeunte de foliis, spadonia est: quae lacinia spadoniam laurum a taxa secernit, alioqui plane pares. H.

n. Mira — patientia) Cui nihil officit opacitas loci: quae nihilo minus est in opaco, quam in aprico loco, exuberans ac laeta, ac solum semper implens. H.

o. Chamaedaphne) Non lauri propriae sunt eae, quae deinceps appellantur, sed ob foliorum quamdam cum lauro similitudinem, id nomen ipsae quoque sortiuntur.

quam aliqui Idaeam, alii hypoglottion, alii [1]Danaen *q.*, alii carpophyllon *r.*, alii hypelaten vocant. Ramos ſpargit a radice [2]dodrantales, coronarii *s.* operis, folio acutiore *t.* quam myrti, [3]molliore et candidiore, et maiore *u.*: ſemine inter folia rubro. Pluri-

1. *Daphnitin Gr. et Al.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. dodrantales topiarii ac coronarii operis Gr. et Al.* 3. *Molliore et candidiore, maiore ſemine inter folia rubro. Gr. et Al.*

tur. De hoc triplici genere, hoc eſt, de chamaedaphne, Alexandrina daphne, et de ea quae δαφνοειδὲς vocatur, Galenus egit, de fac. ſimpl. medic. L. VI. p. 169. De chamaedaphne dicemus, L. XXIV. ſ. 81. H.

p. Eſt et Alexandrina, etc.) Lege: *Eſt et Alexandrina, quam aliqui Idaeam, alii hypoglotton.* male legitur, *Hippoglotton.* Salmaſ. p. 403. a. *Idaeam* appellari volunt, quod in Ida monte plurimum naſcatur. *Eſt et Alexandrina, etc.*) Theophr. cap. 17. lib. III. hiſtor. *Dal.*

Alexandrina) Ab Alexandria Troadis, in qua et Ida mons. Theophr. hiſt. L. III. c. 17. et Dioſc. L. IV. c. 147. Δάφνη Ἀλεξάνδρεια, οἱ δὲ Ἰδαίαν· οἱ δὲ Δανάην· οἱ δὲ ὑπόγλωττον, etc. Et in Nothis, p. 473. οἱ δὲ δάφνος· οἱ δὲ ὑπογλώττιον, etc. nempe a ſimilitudine quadam foliorum cum altera hypogloſſo, de qua L. XXVII. ſ. 67. Haec a Dalecampio recte delineatur, hiſt. L. II. c. 46. p. 208. H.

q. Alii Danaen) Sic MSS. R. 1. 2. Colb. etc. non *daphnitin.* Sic etiam Dioſc. mox citatus, et Stephanus, vt dicemus ſtatim. H.

r. Carpophyllon) Quod folii dorſo fructus inſidet, vel dorſi, vt ita dicam, ſpinae. Stephanus: Ἔστι δὲ Ἀλεξάνδρεια — τινὲς δὲ Δανάην αὐτὴν καλοῦσι, οἱ δὲ χαμαιδάφνην· οἱ δὲ ἐπιφυλλόκαρπον, ἢ φυλλόκαρπον. Dioſc. l. c. καρπὸν δὲ ἐν μέσοις, fructum fert in mediis foliis: hoc eſt, in medio folii dorſo. Eadem ὑπελάτη, a ſimilitudine quadam cum abiete, quae Graecis ἐλάτη. H.

s. Coronarii) Coronis apta nectendis. H.

t. Folio acutiore) Dioſc. L. IV. c. 147. haec totidem fere verbis, eadem certe ſententia. H.

u. Et maiore) Vide N. et Em. N. XVII. (hic conſp.) *Folio*) Prius legebatur, *molliore*

Plurima in Ida, et circa Heracleam Ponti, nec [1] nisi in montuosis. Id quoque, quod Daphnoïdes vocatur *x.*, genus, in nominum ambitu est. Alii enim Pelasgum *y.*, alii eupetalon, alii stephanon Alexandri vocant. Et hic frutex est ramosus, [2] crassiore ac molliore *z.*, quam laurus, folio: cuius gu-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. nisi montosis Gr.*
2. *graciliore. Dal. Plinius pro* ἰσχνότερα, *legit*, ἰσχυρώτερα.

liore et candidiore: maiore semine inter folia rubro. Emendandi auctor Dioscorides fuit, cuius haec verba e L. IV. c. 147. Δάφνη Ἀλεξάνδρεια — φύλλα ὀξυμυρσίνῃ ὅμοια ἔχει, μείζονα δὲ, καὶ μαλακώτερα, καὶ λευκότερα, καρπὸν δὲ ἐν μέσοις ἐρυθρὸν, ἐρεβίνθε τὸ μέγεθος. Et Oribasii quoque interpres, L. XI. p. 195. *Daphne, hoc est, laurus Alexandrina, folia rusco similia, sed maiora, et molliora, et candidiora habet: fructum in mediis fert rubrum, ciceris magnitudine*, etc. H.

x. Id quoque, quod Daphnoides vocatur, genus, in nominum ambitu est: alii enim Pelasgum, alii eupetalon, alii stephanon Alexandri) Hic vides *stephanon Alexandri* vocari τὸ δαφνοειδὲς, quod cognomentum proprie convenit Alexandreae lauro, quod ea coronari solitus esset Alexander. Paris in agonalib. certaminibus. Vide *Salmas.* p. 403. b. *Id quod, etc.)* Vide quae de Chamaedaphne sunt adnotata infra cap. 8. lib. XXIII. et cap. 15. lib. XXIV. *Dal.*

Daphnoides) Diosc. L. IV. c. 148. Δαφνοειδὲς, οἱ δὲ εὐπέταλον. De eo genere magna lis inter herbarios. H

y. Pelasgum) Πέλασγον, quod ea Graeci coronarentur, quum ad Troiam essent. Εὐπέταλον, quod foliis sit eximiis. Στέφανον Ἀλεξάνδρε, quod, vt Stephanus scribit, ea in certaminibus coronaretur Alexander, qui Paris est appellatus. H.

z. Crassiore ac molliore) Diosc. l. c. Φύλλα δάφνῃ ἐοικότα, μαλακώτερα δὲ καὶ ἰσχνότερα, quae Oribasii interpres recte *graciliora, molliorque* reddit, l. c. At ἰσχυρότερα legisse Plinius in iis auctoribus videtur, quos sequutus est. Serapion quoque in ipso Dioscoride, quum eius interpres *tenaciora* verterit. H.

ſtatu accenditur os atque guttur, baccis [1] e nigro rufis. *a.* Notatum antiquis, nullum genus [2] laurus in Corſica fuiſſe: quod nunc ſatum et ibi prouenit.

XL. Ipſa pacifera, vt quam praetendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium. Romanis praecipue laetitiae victoriarumque nuntia additur [3] litteris *b.*, et militum lanceis *c.*, piliſque. Faſces Impe-

1. *Nigris vel ruffis. V.* 2. *ſic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch. nullum genus lauri Gr. et Al.* 3. *lituis. V.*

a. E nigro rufis) Nigris vel rufis. Dioſcor. bacca nigra eſt Daphnoeides. Theophr. cap. 15. lib. IX. In Arcadia naſcitur Daphnides croceum, id eſt, croceis baccis. Vtrumque Plinius hic ſignificat. *Dal.*

Baccis e nigro) Oribaſius Dioſcoridem ſequutus, *bacca nigra, vbi matura eſt,* l. c. H.

b. Additur litteris) Romani Imperatores reportata de hoſtibus victoria, litteras Romam ad Senatum mittebant, lauri ramo inuolutas. Vide N. et Em. N. XVIII. (hic coll.) *Additur)* Ita libri omnes tum editi, tum manu exarati; quorum fide neglecta *lituis* Hermolaus reſcripſit. At morem veterum a nobis laudatum, litteras laureo ramulo obuoluendi, plane edocent teſtimonia haud obſcura ſcriptorum vtriuſque ſermonis. Appianus in Mithrid. p. 223. Καὶ Λούκουλλος περὶ τῶν δὲ Ῥωμαίοις ἐπέστειλε τὰ γράμματα δάφνῃ περιβαλὼν, ὡς ἔθος ἐστὶν ἐπὶ νίκαις. *Quibus de rebus Lucullus litteras Romam miſit, lauro inuolutas, vt mos eſt in victoriis.* Liuius L. V. p. 97. *Litterae a Poſtumio laureatae ſequuntur: victoriam Populi Rom. eſſe: Aequorum exercitum deletum.* Ad eum morem alluſere poetae: Naſo, vt apud aliquem legimus. *Non ego victrices lauro redimire tabellas* etc. Et Martialis L. IX. ep. 36. p. 488. *Victricem laurum, quam venit ante, vides.* Ammianus quoque Lib. XVI. de Iuliano Imperatore: *Etſi verbi gratia, eo agente tunc in Italia, dux quidam egiſſet fortiter contra Perſas — laureatas litteras ad prouinciarum damna mittebat,* etc. Atque idcirco ſane laurus a Plinio, *laetitiae victoriarumque nuntia* appellatur, quod adderetur litteris, quibus felices de victoria nuntii continerentur. H.

c. Mi-

Imperatorum decorat. [1]Ex his in gremio Iouis *d.* Optimi [2] Maximique deponitur, quoties laetitiam [3]noua victoria attulit. Idque non quia perpetuo viret, nec quia pacifera est, praeferenda ei [4]vtroque *e.* olea, sed quia spectatissima in monte Parnasso: [5]ideoque etiam grata Apollini *f.*, assuetis eo dona mittere iam et regibus Romanis, teste L. Bruto. *g.* Fortassis etiam in argumentum, quoniam

R 5 [1] ibi

1. *Ex hac corona Dal.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Optimi Maximi Gr. et Al* 3. *nouam. M.* 4. *vtique myrto et olea. V.* 5. *Ideoque etiam. Vet.*

c. Militum lanceis) Quum laetae res essent ac prospe-rae: quod factitatum a Pompeii militibus refert Plutarch. in Pomp. p. 640. Martialis, de vtroque more L. VII. ep. 5. p. 358. *Publica victrices testantur gaudia chartae, Martia laurigera cuspide pila virent.* H.

d. In gremio Iouis) Quem ad morem respexit Silius Ital. L. XV. *Sed dabo qui vestrum saeuo nunc Marte fatigat Imperium superare manu, laurumque superbam In gremio Iouis excisis deponere Poenis.* Item Iul. Obsequens de Prodig. c. 123. Plinius in Paneg. n. 8. Statius silu. L. IV. *Restat Bactra nouis, restat Babylona tributis Frenari: nondum gremio Iouis indita laurus.* H.

e. Vtroque) Quum gemina ea dote lauro olea antecellat. H.

f. Ideoque etiam grata Apollini) Nam, vt ait Hesiodi interpres, ἐνεργεῖ πρὸς ἐνθεασιασμοὺς. Ideo μαντικὸν φυτὸν nominatur. Sophocles in *Cassandra:* δάφνην φαγὼν ὀδόντι πρίετο στόμα. Lycophron, δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα. Vates certe lauro semper coronati futura praecinebant. Vide Rhodig. cap. 7. lib. V. *Dalec.*

g. L. Bruto) Nota ex Liuio historia L. I. vbi de Tarq. Superbo: *Domestico exterritus visu, Delphos ad maxime inclytum in terris oraculum mittere statuit. Neque responsa sortium vlli alii committere ausus, duos filios per ignotas ea tempestate terras, ignotiora maria, in Graeciam misit. Titus et Aruns profecti. Comes his additus L. Iun. Brutus, Tarquinia sorore regis natus, iuuenis longe alius ingenio, quam cuius simulationem induerat, etc.* H.

[1]ibi libertatem publicam is meruisset, lauriferam tellurem illam osculatus ex responso. *h.* Et quia manu satarum receptarumque in domos, fulmine sola non icitur. *i.* Ob has causas equidem crediderim, honorem ei habitum *k.* in triumphis potius, quam quia suffimentum sit caedis hostium et purgatio, vt tradit [2]Masurius. Adeoque in profanis vsibus pollui laurum et oleam fas non est *l.*, vt ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his *m.*

altaria

1. *Ibi in libert. M.* 2. *Massurius. Gr.*

h. Lauriferam tellurem illam osculatus ex responso) Titus Liuius, Ouidius et alii auctores, non explicant, vtra fuerit terra, quam exosculatus sit Brutus, Delphica an Italica. Plinius Delphicam intelligit: Dionysius Halicarnasseus quarto volumine, Italicam. *Brutus*, inquit, *intelligens quid vellet declarare deus, vbi quam celerrime Italicam terram ascendit, procidens, osculatus est terram, hanc esse putans omnium hominum matrem.* Pint. *Lauriferam sellurem, etc.)* Liuius lib. I. Valer. Max. cap. 3. lib. VII. Ouid. II. Fastor. *Dalec.*

Lauriferam) Atqui non Delphicam, sed Italam tellurem osculatum esse refert Dion. Halic. A. R. L. IV. p. 265. Atque id forsan oraculo congruentius fuit, imperium portendenti ei viro, qui matrem prior oscularetur. Sed Plinio Liuius suffragatur, L. I. p. 20. H.

i. Sola non icitur) Id veteribus quidem creditum: negat recentiorum experientia. H.

k. Honorem ei habitum, etc.) Et, si quando Imperatores de hostium exercitu deleto, aut expugnata vrbe ad senatum scriberent, litteris exornandis, quas nunc victrices, nunc laureatas appellabant. Ouid. *Nam ego victrices lauro redimire tabellas.* Brod. cap. 33. I. Alex. ab Alex. cap. 27. lib. I. Quin et iidem insigni victoria parta, laureatis fascibus incedebant, nuntios cum laureatis iaculis mittebant, nauesque laureatas, aut vittatas. *Dal.*

l. Pollui oleam fas non est) Castitas etiam requiritur in oleae cultura Constantinus lib. IX. γεωπονικῶν. Palladius lib. I. cap. 9. *Dal.*

m. Accendi ex his altaria) Vide N. et Em. N. XIX. (hic subi.) *Vt ne etc.)* Gemino

altaria araeue debeant. Laurus quidem *n.* [1] manifesto abdicat ignes crepitu, et quadam deteſtatione: interaneorum *o.* [2] etiam vitia et neruorum ligno torquente. Tiberium principem *p.* tonante caelo

1. *Manifeste. M.* 2. *etiam vitiis (vuluae, veſicae) et neruorum laſſitudini medentur. Tiberium, etc. Dal. ex Dioſ.*

no lapſum eſſe errore hoc loco Plinium nonnemo arbitratus eſt: et ſermonis vitio, qui *accendi altaria* dixerit: et *ταυτολογίᾳ* pariter reprehendenda, qui *altaria et aras* copularit, quum eiuſdem ſignificatus eſſe vox vtraque videatur. Sed falſa vtroque eo nomine haec criminatio eſt. Nam et Maro ipſe ſic loquutus, Aen. L. VIII. v. 285. *Incenſa altaria circum.* Et valet hic potiſſimum Seruii animaduerſio in illud eiuſdem vatis Ecl. 8. *Corripuit tremulis altaria flammis: Altaria dicuntur, et quae continent, et quae continentur ab eis: nunc vero ipſa quae ponuntur.* Ad alterum vero criminationis caput, quod de *ταυτολογίᾳ* eſt, adeo non eo nomine culpandus auctor videtur, vt inſignis potius eruditionis ſpecimen eo ipſo dederit. Nam vt appoſite idem Maronis interpres in illud Poetae, Eclog. V. — *En quatuor aras Ecce duas tibi, Daphni, duoque altaria Phoebo. Feci, inquit, aras quatuor, tibi o Daphni, duas: et duas aras Apollini, quas ſint altaria. Nouimus enim aras Diis eſſe ſuperis et inferis conſecratas: altaria vero eſſe ſuperorum tantum Deorum, quae ab altitudine conſtat eſſe nominata, quae nunc dat Apollini quaſi Deo, Daphnidi vero aras ponit: nam licet eum dixerit Deum, tamen mortalem fuiſſe manifeſtum eſt.* H.

n. Laurus, quidem, etc.) Inde Graecis δάφνη quaſi δαφωνὴ dicitur. Crepitum eum ſonorum portendere felicia exiſtimatum a Theocrito, Lucretio, Porphyrio: contra vero, Laurum iniectam igni et tacitam, triſtia. Tibullus: *Laurus vbi bona ſigna dedit, gaudete coloni.* Propertius: *Et tacet exſtincto laurus aduſta foco.* Rhodig. cap. 7. lib. V. *Dal.*

o. Interaneorum) Ligno, ceu cortice, ſi deuoretur, interaneis neruiſque vtili, nam calculos rumpit, aliaque praeſtat, quae dicentur L. XXIII. ſ. 80. H.

p. Tiberium principem, etc.) Suetonius in Tiberio c. 69. *Dalec.*

Tiberium) Suetonius in Tibe-

caelo coronari ea solitum ferunt contra fulminum metus. [1] Sunt et circa Diuum Augustum *q.* euenta eius digna memoratu. Namque Liuiae Drusillae, quae postea Augusta *r.* matrimonii nomen accepit, quum [2] pacta esset illa Caesari, gallinam *s.* conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit [3] in gremium

1. *Sed et circa. M.* 2. *nupta* M. 3. *quae sunt inter abiecit, et miraculum, in M. non leguntur.*

Tiberio, c. 66. Vide quae diximus L. II. s. 56. H.

q. Circa Diuum Augustum) Idem in Augusto, et Dion. lib. XLVIII. *Dal.*

r. Augusta) Iure matrimonii cum Augusto in Augustae nomen adsumpta est. Vide N. et Em. N. XX. (hic pos.) *Quae etc.)* Id Augustae nomen, Liuiae passim Plinius noster attribuit: nunc etiam a viua vsurpatum testatur. Vnde Tranquilli locum vitiatum obiter emendamus, in Claudio, c. 11. *Auiae Liuiae — diuinos honores —. matri Carpentum, et cognomen Augustae ab auia recusatum.* Lege *ab viua*, ne ab auia, quae Liuia Augusti fuit, recusatum id cognomen putes: aut Tranquillum bis hallucinatum confitere: primum quod Augustae nomen Liuiam habuisse negat, dum viueret: nam id nomen ei adhuc viventi nummi antiqui tribuunt, tum Graeci, tum Latini: deinde quum a Claudio Imp. datum matri Augustae nomen comminiscitur: nam illud ANTONIA AVGVSTA Claudii mater, natalium iure gesserat: *Antonia* a M. Antonio patre dicta: *Augusta* a matre, Augusti sorore. Feminae deinceps ceterae ab Augustis seu viris seu feminis, vel a Caesaribus natae, siquidem nummi earum honori cuderentur, Augustae appellabantur. Hunc vero ipsum Plinii locum forte rectius ita legas, *quae postea Augustae matrimonio nomen accepit.* Vtut est, sententia est, matrimonii quasi dotem fuisse Augustae cognomen: quod et Marcelli Empirici locus haud obscure innuit, in quo et matrimonii vocem accipi pro vxore dignum notatu est: *Augustum*, inquit c. 13. *constat hoc vsam Messalinam, deinde aliorum Caesarum matrimonia hoc dentrificio vsa sunt.* Vti nempe seruitia pro seruis, pro ministris ministeria Latini dixere. H.

s. Gallinam) Hoc prodigium verbis totidem fere narrat

mium illaesam: intrepideque miranti accessit miraculum, quoniam teneret rostro laureum ramum onustum suis baccis. Conseruari alitem et sobolem iussere aruspices, ramumque eum seri, ac rite custodiri. Quod factum est in villa Caesarum, fluvio Tiberi imposita iuxta nonum lapidem *t.* Flaminia via, quae ob id vocatur Ad gallinas *u.*: mireque silua prouenit. Ex ea triumphans postea Caesar, laurum in manu tenuit, coronamque capite gessit: ac deinde Imperatores Caesares cuncti. Traditusque mos est ramos, quos tenuerunt, serendi, et durant siluae nominibus suis discretae, fortassis ideo [1] mutatis triumphalibus. *x.* Vnius arborum Latina lingua nomen imponitur viris, *y.* Vnius

1. *Nominatis.* *V.*

narrat Dio, L. XLVIII. p. 389. Etiam paulo dilucidius Tranquillus in Galba, c. 1. H.

t. *Nonum lapidem)* Nonum milliare, Plutarcho. Tiberius Gracchus vias milliaribus dimensus est omnes quod spatium parum abest ab octo stadiis, eiusque mensurae notam lapideam columellam statuit: ac praeterea ex vtraque parte viae lapides parum ab inuicem distantes disposuit, e quibus facilius salire in equum liceret, nec τῷ ἀναβολεῖ opus esset: quo in loco ἀναβολέα quidam stapham nostram exponunt, alii seruum corpus domini prehensis naribus attollentem. Inde vsus obtinuit, vt milliare lapis vocetur. Brissonius cap. 9. IV. *Dalec.*

u. *Ad gallinas)* Suet. l. c. *Tanta pullorum soboles prouenit, vt hodie quoque ea villa Ad gallinas vocetur: tale vero lauretum, vt triumphaturi Caesares inde laureas decerperent etc.* H.

x. *Mutatis triumph.)* Abiecto eo genere laurus sterili, quo dictum est olim triumphantes vti f. 39. laureisque ex hac potius silua petitis. H.

y. *Nomen imponitur viris)* Libertus Ciceronis, Laurea Tullius vocatus est. *Dal.*

Nomen imponitur) Vt Tullio Ciceronis liberto, Laureae cognominato, de quo L. XXXI. f. 3. H.

Vnius folia z. distinguuntur appellatione: Lauream enim vocamus. Durat et in Vrbe impositum loco, quando Loretum a. in Auentino vocatur, vbi silua [1] lauri fuit. Eadem b. purificationibus adhibetur: testatumque sit obiter [2] et ramo c. eam seri, quoniam dubitauere Democritus atque Theophrastus. d. Nunc dicemus siluestrium naturas.

1. *Laurus.* *Ch.* 2. *atque.* *Ch.*

z. *Vnius folia*) In hoc vno genere, aliud arbori, aliud folio nomen. H.

a. *Quando Loretum*) In regione Vrbis XIII. teste P. Victore, et Auentinus mons fuit, et vici duo Loreti maioris, ac minoris. Vide et Tabulam Regionum ac Vicorum Vrbis Romae, apud Gruter. p. 250. H.

b. *Eadem*) De purificationibus veterum dicemus L. XXV. s. 59. H.

c. *Et ramo*) Vti dicemus L. XVII. s. 11. H.

d. *Theophrastus*) Cap. 1. lib. II. *Dal.* et sic Hard. quoque.

C. PLI-

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XVI.

I. Pomiferae arbores, quaeque mitioribus succis voluptatem primae cibis attulerunt, et necessario alimento delicias [1] miscere docuerunt, siue illae vltro, siue ab homine didicere blandos sapores adoptione *a.* et connubio, idque munus etiam *b.* feris volucribusque [2] dedimus, intra praedictas constant. Proximum erat narrare glandiferas [3] quoque, quae [4] primae victum mortalium aluerunt *c.*, nutrices inopis ac ferae sortis, ni praeuerti cogeret admiratio vsu comperta, quaenam qualisque esset

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Cb. immiscere Gr. et Al.* 2. *didicimus. M. et Cb.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. quoque, primo victu mortalium aluorum nutrices inopis. M.* 4. *primo Gr. et Al.*

a. Adoptione) Insitione. H.

b. Idque munus etiam, etc.) Vt iucundioribus scilicet, industria operaque nostra fructibus, ac suauioribus vescantur. *Dalec.*

Idque munus) Vt iucundioribus nempe iam fructibus, mitioribusque, opera nostra, vescantur. H.

c. Quae primo victum mortalium aluerunt) *Primae* non *primo*, archetypum Toletanum. Ceterum commonere hic lectores libuit, deferi nos in praesenti volumine reliquisque insequentibus, a semiueteri illo exemplari bibliothecae florentissimae huius Salmanticensis Academiae, cuius testimonio in superioribus vsi sumus: neque enim plures quindecim libros illud complectitur: Reliquum praesidii nobis superesse in vno tantum Toletano codice, tantae tamen integritatis, ac in locis numerosissimis tam indubitatae fidei, vt quod de Platone dixit Antimachus, solus sit instar omnium. *Pint.*

eſſet vita, ſine arbore vlla, ſine frutice viuentium. (I.) Diximus et in Oriente *d.* quidem iuxta Oceanum complures ea in neceſſitate gentes. Sunt vero [1] in Septemtrione viſae nobis [2] Chaucorum *e.*, qui maiores minoreſue appellantur. Vaſto ibi [3] meatu *f.*, bis dierum noctiumque ſingularum interuallis, effuſus in immenſum agitur Oceanus, [4] aeternam *g.* operiens rerum naturae controuerſiam: [5] dubiumque terrae ſit, an [6] parte in maris. Illic miſera gens tumulos *h.* obtinet altos, [7] aut tribunalia *i.* ſtructa manibus ad experimenta altiſſimi aeſtus, caſis [8] ita impoſitis: nauigantibus ſimiles, quum integant *k.* aquae [9] circumdata: naufragis *l.* vero, quum

1. Et in Sept. viſae nobis Caucorum. Ch. 2. *Cauchorum Gr.* 3. *meatu perpetuis bis dierum. M.* 4. *Lego, externam op. rer. nat. faciem controuerſam.* 5. *ſic ex MSS. em. Hard. dubiumue M. dubiumque Gr. et Al.* 6. *pars maris. M.* 7. *vt Dal.* 8. *ita, in M. d.* 9. *circumdantes (leg. circumdatae) Vet.*

d. Diximus et in Oriente) L. XIII. ſ. 50. *At in Oriente mirum eſt, ſtatim a Copto per ſolitudines nihil gigni praeter ſpinam, quae ſitiens vocatur, et hanc raram admodum.* H.

e. Chaucorum) De his dictum eſt L. IV. ſ. 29. H.

f. Vaſto ibi meatu) Curſu, fluctuque late diſcurrentis aquae: diei vnius noctiſque ſpatio bis ibi maris aeſtu ex alto ſeſe incitante, ad ingentem altitudinem: eodemque impetu, quo effuſum eſt, relabente. H.

g. Aeternam) Tractum ingentem obtegit oceanus, de quo lis eſſe aeterna poſſit, terrane, an maris pars ſit appellanda. H.

h. Tumulos) Terrenae molis aggeres. H.

i. Aut tribunalia) Tuguriola et caſas, quae aggerum parti imponuntur, quo altiſſimum maris aeſtum minime pertingere ſaepe experti ſunt, ſiue εἰρωνικῶς, ſiue μεταφορικῶς, quod ſint in loco ſublimi poſita, tribunalia vocant. H.

k. Quum integant) Quum integant aquae circumiectam planitiem. H.

l. Naufragis) In vado haerentibus. H.

quum recesserint: fugientesque cum mari pisces circa tuguria venantur. Non [1] pecudem his habere, non lacte ali, vt finitimis, ne cum feris quidem dimicare [2] contigit, omni procul abacto frutice. Vlua et palustri iunco funes nectunt ad praetexenda piscibus retia: captumque manibus *m.* lutum ventis magis *n.*, quam Sole siccantes: terra cibos, et rigentia Septemtrione viscera sua vrunt. *o.* Potus [3] non nisi ex imbre seruato scrobibus in vestibulo domus. Et hae [4] gentes, si vincantur hodie a Populo Romano seruire se dicunt. Ita est profecto: multis fortuna *p.* [5] parcit in poenam. *q.*

II. Aliud e siluis miraculum: totam reliquam Germaniam [6] replent, adduntque frigori vmbras: altissi-

1. *Pecudes hos hab. non lacte ali, vt finitimos. Parm.* 2. *contingit Gr.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. potus iis nonnisi Gr. et Al.* 4. *terrae. M.* 5. *pactior (leg. pacatior) in poena. M.* 6. *referunt M. leg. replerunt. reperiunt. Ch.*

m. Captumque manibus) Scribendum reor *capiuntue manibus*, vt intelligas piscem. *Pint.*

n. Lutum ventis magis) Bituminosum, quo in culina, et vsu domestico, non aliter quam ligno vtuntur. *Dalec.*

Lutum ventis) Bituminosas nigrasque glebas intelligit, cespitesque vstiles, quos Belgae *Turfas* vocant, nostri *des Tourbes.* Hae in segmenta quadrata sectae, sic apte disponuntur, vt vento perflante magis, quam Sole siccentur. Harum vsus in Belgio et Picardia frequens: nec iis aliter in culina vsuque domestico, quam ligno, aut carbone vtuntur. Singularem de iis diatribam Lud. Guicciardinus subiunxit Hollandiae delineationi Geographicae a se institutae. Scripsere de hoc argumento et alii, quos laudat V. Cl. Du Cangius in Glossario, verbo *Turba.* H.

o. Et rigentia septemtrione viscera sua vrunt) *Subu-runt* commodius scribetur, quam *sua vrunt.* Pint.

p. Multis fortuna, etc.) Publius Laberius: *Fortuna multis parcere in poenam solet.* Dalecamp.

q. Parcit in poenam) MSS. *parcior.* H.

altissimae tamen haud procul supra dictis [1] Chaucis, circa duos praecipue lacus. *r.* Litora ipsa obtinent quercus, [2] maxima auiditate nascendi: suffossaeque fluctibus, aut propulsae flatibus, vastas complexu radicum insulas secum auferunt: atque ita libratae stantes nauigant ingentium ramorum armamentis *s.*, saepe territis classibus nostris, quum velut industria fluctibus agerentur [3] in proras *t.* stantium noctu, inopesque remedii illae, praelium nauale aduersus arbores inirent. (II.) In eadem septemtrionali plaga Hercyniae siluae *u.* roborum vastitas intacta [4] aeuis, et congenita mundo, prope immortali sorte miracula excedit. Vt alia omittantur fide caritura: constat attolli colles *x.* occursantium inter se radicum repercussu: aut vbi sequuta tellus non sit, arcus *y.* ad ramos vsque, et ipsos inter

1. *Cauchis. Gr.* 2. *maxime. Ch.* 3. *in prospera. Ch. vt in prospectu stantes.* 4. *aeuis in M. et V. d.*

r. Circa duos lacus) Vbi nunc mare, quod appellant *Zuderzée*, vt diximus L. IV. s. 29. H.

s. Armamentis) Vt ingentibus armis, ceu velis nauium, et armamentis, classes, quae his occurrerent, terrerentur. H.

t. In proras) In proras nauium, *quae* noctu stabant immotae. H.

u. Hercyniae siluae) Melae Hercyniae, siluae magnitudo sexaginta dierum itineris est ab Istro vsque ad Neccarum. Ea *Schwartzwaldt* dicitur: a Neccaro ad Moenum, *Ottenwaldt:* a Moeno vsque ad fluuium Lonam, quem et *Mosul* vocant prope Confluentiam, *Westerwaldt.* Inde Franconiam ab Hassia et Thuringia diuidens, in Boëmiam, Morauiam, Sarmatiam, Pannoniam, Getas porrigitur, variis appellata nominibus. *Dalec.*

x. Attolli colles) Ob radicum molem et occursum, in colles solum intumescere. H.

y. Arcus, etc.) Radicum in altum sublatarum. *Dal.*

Arcus) Vbi terra fuerit leuior, erumpentibusque radicibus cesserit, ibi attigere sese radices in arcum, seu fornicem, ad ramos vsque. H.

inter se rixantes z., curuari portarum patentium modo, vt turmas equitum [1]transmittant: ([2]III.) glandiferi maxime generis omnes, quibus honos apud Romanos perpetuus.

III. (IV.) Hinc ciuicae coronae *a.*, militum *b.* virtutis insigne clarissimum: iam pridem vero et clementiae Imperatorum *c.*, postquam ciuilium bel-

 lorum

1. *Transmittant III. Gl. Gr. et Al.* 2. *Tertium hoc caput cum quarto continuatur in Ch.*

z. *Rixantes*) Collisu vel- vti dimicantes. *Dal.*

Rixantes) Collisu veluti dimicantes. H.

a. Ciuicae coronae) Corona querna, et draconum voluminibus olim Triuiae Dianae, τῆς εἰνοδίας, siue τριοδίτιδος, quam eamdem esse cum Hecate putabant, imaginem coronare mos fuit. Sophocles in Rhizotomis apud interpretem Apollonii: Ἥλιε δέσποτα, καὶ πῦρ ἱερὸν Τῆς εἰνοδίας Ἑκάτης φέγγος, Τὸ δι' Ὀλύμπε πολλὸν προφέρει. Καὶ γῆς ναίεσ' ἱερὰς τριόδες, Στεφανωσαμένη δρυσὶ, καὶ πλεκταῖς Ὤμον σπείραισι δρακόντων. Hanc coronam vt inferis diis, sic etiam Parcis imponebant. Catullus: *His corpus tremulum complectens vndique quercus, Candida purpureis ramis induxerat ora.* Purpureis, τοῖς ἀγλαοῖς. *Scaliger.*

Hinc ciuicae coronae) Nempe e glandifero genere arborum. Huic coronae duplex e re nomen inditum: vt a ciue seruato, et seruatore ciuica diceretur: a materia, vnde plectebatur, quercea, vel querna. H.

b. Militum) Illi vni seposita haec olim corona fuit, qui e manibus hostium ciuem Romanum eripuisset. Sic olim Coriolano data, quoniam sic lege cautum erat, inquit Plutarch. in eius vita p. 214. Τῦτον γὰρ ὁ νόμος τῷ πολίτην ὑπερασπίσαντι τῆς δρυὸς στέφανον ἀποδέδωκεν. H.

c. Clementia Imperatorum) Hac ratione Palatinae aedes, et Augustae quercu coronabantur, vt regis sacrorum, flaminis, Pontificis maximi, lauro. Alex. ab Alex. cap. 27. lib. III. *Dalec.*

Et clementiae) Caesari Dictatori post bella ciuilia decretam esse coronam ciuicam, tamquam patriae seruatori, auctor est Appianus bell. ciu. L. II p. 494. Καὶ στέφανος ἐκ δρυὸς — ὡς σωτῆρι τῆς πατρίδος. Ex eo deinde postes Augustae

lorum [1] profano *d.* meritum *e.* coepit videri, ciuem non occidere. Cedunt his [2] murales, vallaresque, et aureae *f.*, quamquam pretio antecedentes. Cedunt

1. *Profanatio. M. profanatione. V.* 2. *murales, vallaresque aureae. Ex Gellio cap. 6. lib. V.*

stae domus sempiterna gloria querçu triumpharunt, vt verbis vtar Valerii Max. L. II. c. 3. Fuit nempe in vestibulo quercea corona H.

d. Profano) Scelere et calamitate. Ita MSS. omnes. H.

e. Meritum) Hanc imperatorum clementiam oblique perstringit, ad id mihi visus alludere, quod Tullius dixit Philpp. II. *Quod est aliud, P. C. beneficium latronum, nisi vt commemorare possint, iis se dedisse vitam, quibus non ademerint.* H.

f. Et aureae) Ter geminum hic coronae genus intellige: murale, vallare, aureum. Sic in vetustis inscriptionibus, apud Gruterum distinguendae, p. 375. CORONA MVRALI. VALLARI. AVREA. quod Scaligero latuit, quo Gruterianum Indicem concinnauit: constatque liquido ex altera inscriptione, p. 430. CORONIS, MVRALIBVS II. VALLARIBVS. II. CLASSICIS II. AVRATIS. II. Aureas a Plinio intelligi arbitror *triumphales*, quas ex auro fieri solitas Gellius testatur L. V. c. 6. quamquam et murales idem, castrensesque seu vallares, et classicas ex auro perinde factitatas esse ait: quod et Plinius ipse videtur innuere, s. 5. Neque tamen semper fuere, vt ex Tranquillo liquet, in Augusto, c. 25. *Dona militaria aliquanto facilius, phaleras et torques, quidquid auro argentoque constaret, quam vallares ac murales coronas, quae honore praecellerent, dabat: has quam parcissime, et sine ambitione, ac saepe etiam caligatis tribuit.* Praelatam autem auro ciuicam praeterea declarat hic Augusti iocus apud Fabium L. VI. c. 3. *Quum ei Galli torquem aureum centum pondo dedissent, et Dolabella per iocum, tentans tamen ioci sui euentum, dixisset: Imperator, torque me dona: Malo te, inquit, ciuica donare.* Muralis porro corona est, inquit Gellius, L. V. c. 6. p. 327. qua donatur ab Imperatore, qui primus murum subiit, inque oppidum hostium per vim ascendit: idcirco quasi muri pinnis decorata est. Castrensis, (eademque vallaris,) est corona, qua donat eum Imperator, qui primus hostium castra pugnans

dunt et rostratae *g.*, quamuis in duobus maxime ad hoc aeui celebres: M. Varrone *h.* e piraticis bellis, dante Magno Pompeio: itemque M. Agrippa *i.*, tribuente Caesare e Siculis, quae et ipsa piratica fuere. Antea rostra nauium *k.* tribunali praefixa [1] fori decus erant, veluti populo Romano [2] ipsi corona imposita. Postquam vero tribunitiis seditionibus calcari ac pollui coepere, postquam vires ex publico in priuatum [3] magis, singulisque ciuium quaeri, et sacrosancta omnia profana [4] fecere, tum a pedibus eorum subiere in capita ciuium rostra. Dedit hanc Augustus coronam Agrippae: sed ciuicam *l.* a genere humano accepit ipse.

S 3 IV. An-

1. *Foro. Parm.* 2. *ipsa. Parm.* 3. *agi, sing. Ch. quae et sacrosancti (sub. Tribuni.) Turn. et Ch.* 4. *facere. M. sub. coeperunt.*

pugnans introiuit. Ea corona insigne valli habet. H.

g. Et rostratae) Siue nauales, eaedemque classicae: quibus donabatur is, qui primus in hostium nauem armatus vi transiliret: ea quasi nauium rostris insignita est. Ita Gellius, l. c. H.

h. M. Varrone) De eo diximus, L. VII. s. 31. H.

i. Itemque M. Agrippa) In denario Antiquo gentis Vipsaniae, Marci Vipsanii Agrippae altera parte signatum caput est, cum rostrata corona, altera Neptunus delphinum manu dextra gestans: in alius denarii parte altera, caput Agrippae cum ciuica et rostrata corona, altera Augusti caput. *Dal.*

M. Agrippa) Epitome Liuii, L. CXXIX. *M. Agrippa nauali corona a Caesare* (Augusto) *donatus est: qui honos nemini ante eum habitus est*, nempe a Caesare. Virgilius, Aen. L. VIII. v. 628. *Parte alia, ventis et Diis Agrippa secundis, Arduus, agmen agens: cui belli insigne superbum, Tempora nauali fulgent rostrata corona.* Sicula bella sunt, quae aduersus Lepidum et Sextum Pompeium gessit Augustus. H.

k. Rostra nauium) Ex aere illa fuerunt, vnde aeratae naues, rostratae, Graeci χαλκήρεις, et χαλκέμβολοι. Virg. lib. IX. *Quot prius aeratae steterant ad littora puppes.* Brod. cap. 13. L. IV. vide Naualis apud Festum. *Dalec.*

l. Sed ciuicam) Et quidem aspi-

IV. Antiquitus quidem nulla, nisi Deo, dabatur: ob id Homerus *m.* caelo tantum eas, et praelio vniuerso tribuit: viritim vero ne in certamine quidem vlli. Feruntque primum omnium Liberum patrem *n.* imposuisse capiti suo ex edera. Postea Deorum honori sacrificantes *o.* sumpsere, victimis *p.* simul coronatis. Nouissime et in sacris certaminibus vsurpatae *q.*: in quibus hodieque non victori [1] datur, sed patriam *r.* ab eo coronari pronuncia-

1. *Dant.* M.

aspicientibus Augusti domum haec corona primum sese offerebat, vt quae esset in eius fastigio collocata. Vide Suetonium in Augusto: Val. Max. L. II. c. 3. aliosque. Verum non ciuica modo, sed et obsidionali donauit Augustum Senatus, vt dicetur L. XXII. s. 6. H.

m. Ob id Homerus) Quo loco Homerus caelo coronam dederit, nunc quidem non occurrit. *Praelio vniuerso* tribuit, Iliad. ν΄. v. 736. Πάντῃ γάρ σε πέρι στέφανος πολέμοιο δέδηε. *Vndique enim te circum corona praelii flagrat.* H.

n. Liberum patrem) Quem idcirco Acharnenses Κισσὸν, poeta vetus κισσοστέφανον, Homerus κισσοκόμην agnominauit. H.

o. Sacrificantes) Lauro, olea, auro. Vide Paschal. L. IV. c. 13. p. 244. H.

p. Victimis) Cupressu, pinu, floribus, denique fronde illius numinis propria, cui immolarentur. Paschal. L. IV. c. 17. p. 256. H.

q. In sacris certaminibus vsurpatae) Olympiis, Nemaeis, Pythiis, Isthmiis. Vide supra cap. 26. lib. septimi. *Dalec.*

r. Sed patriam) Non soli victori, sed eiusdem patriae decus hoc parari dicebatur. Quod de Pompeio ante dixit, L. VII. s. 27. *Hos retulit patriae titulos, more sacris certaminibus vincentium.* Praeconium quo Nero renunciatus est victor, fuit eiusce modi: *Nero Caesar certamen vincit, et populum Romanum coronat, et proprium imperium.* Τὸ δὲ κήρυγμα ἦν· Νέρων Καῖσαρ νικᾷ τόνδε τὸν ἀγῶνα, καὶ στεφανοῖ τόντε τὸν Ῥωμαίων δῆμον, καὶ τὴν ἰδίαν οἰκουμένην. Xiphilin. in Nerone, p. 721. Vide quae diximus L. VII. s. 27. H.

nunciatur. Inde natum, vt etiam triumphaturis conferrentur in templis dicandae: mox vt et ludis darentur. Longum est, [1]nec instituti operis, disserere quisnam Romanorum primus acceperit: neque enim alias nouerant, quam bellicas. Quod certum est, vni gentium huic plura sunt genera, quam cunctis.

V. Romulus frondea coronauit Hostum Hostilium *s.*, quod Fidenam primus irrupisset. Auus hic Tulli Hostilii regis fuit. P. Decium *t.* patrem, Tribunum militum, frondea donauit exercitus ab eo seruatus, Imperatore Cornelio Cosso *u.* cos. Samnitium bello. Ciuica iligna *x.* primo fuit, postea magis placuit ex esculo Ioui sacra. *y.* Variatumque

S 4

1. *Nec ex institutione. Vet. nec instituti oneris. Ch.*

s. Hostum Hostilium) Meminit huius Hostilii Plutarchus in Romulo, p. 29. eumque Hostilii, qui post Numam regnauit, pariter auum facit. Hunc eodem, quo nepotem, nomine, Tullum Hostilium appellat Dion. Hal. A. R. L. III. statim initio p. 136. Hostium Hostilium Liuius, L. I. p. 6. Ex lapide Capitolino *Hostum* legi debere Sigonius in notis ad Liuium asseuerat. H.

t. P. Decium) Haec Liuius L. VII. p. 133. H.

u. Cornelio Cosso) A. V. CCCCXI. M. Valerio Coruino tertium, collega Cornelio decretum bellum Samniticum est. Liuius L. VII. p. 130. et 131. H.

x. Ciuica iligna) De ilice haec Gellius L. V. c. 6. p. 326. *Quod genus superiori,* nempe, quercui, *proximum est, sicuti scriptum est in quadam comoedia Caecilii: Aduehuntur, inquit, cum iliginea corona et chlamyde.* H.

y. Ioui sacra) Vrbium praesidi, ac ciuium: maxime vero rei Romanae, et Capitolii: vnde ipse Capitolinus dictus est: quamobrem ex arbore ei sacra dari coronam ciue seruato iustum esse veteres fortassis censuerunt, inquit Plutarch. in Coriolano, p. 214. Διὸς Πολιέως ἱερὸν ὄντα· τὸν τῆς δρυὸς στέφανον, οἰόμενοι ἐπὶ σωτηρίᾳ πολίτου δίδοσθαι πρεπόντως. Haec *sacra Ioui quercus, de semine Dodo-*

que et cum quercu eſt, ac data vbique z., quae fuerat, cuſtodito tantum honore glandis. Addi- tae leges arctae a., et ideo ſuperbae b., quaſque conferre libeat cum illa Graecorum ſumma c., quae ſub ipſo Ioue datur d., cuique muros patria e. gaudens

Dodonaeo, vt canit Ouid. Metam. L. VII. H.

z. *Ac data vbique)* Plutarchus in Quaeſt. Roman. Quaeſt. 92. *Dal.*

Ac data vbique) Mos, inquit, demum inualuit, dandi ciuicam e qualibet quercu: hoc tantum e priſca inſtitutione religioſe ſeruato, vt glans in ea eligeretur optima, et grandiſſima. H.

a. *Leges arctae)* Arduae, ac difficiles. H.

b. *Superbae)* Coronae. *Dal.*

c. *Summa)* Clariſſima ex oleaſtro in Olympicis, vt diximus. *Dal.*

Graecorum ſumma) Praecipua, atque adeo vnica lege. H.

d. *Quae ſub ipſo Ioue datur, cuique, etc.)* Confert leges Romanas de ciuica, cum illa Graecorum de Hieronicis, hoc eſt, ſacrorum certaminum victoribus, in quorum honorem patria cuique ſua redeunti murorum partem diruebat, qua oppidum intraret: tamquam nihil opus eſſet moenibus ciuitati, quae tales viros gigneret. Mox ſubiiciuntur capita legum: *Ciuem ſeruare: Hoſtem occidere, etc.* Gelen.

Sub ipſo Ioue) Ioue ipſo Olympico teſte aduocato, cuius ante ſtatuam a Phidia elaboratam, ea lex recitabatur. Nugantur, qui *ſub Ioue*, hoc loco, ſub dio, vel in arena media interpretantur. H.

e. *Cuique muros patria, etc.)* Nero e Graecia reuerſus Neapolim, quod in ea primus artem canendi protulerat, albis equis introiit, diſiecta parte muri, vt mos eſt hieronicarum. *Dalec.*

Cuique muros) Diſiicere moenia certo quodam loco veteres ſolebant, qua tranſvectio Olympionicae, et triumphalis in vrbem curru ſuper moenia diſiecta ingreſſus foret: quod Plutarchus aperte docet Symp. L. II. qu. 5. p. 639. cauſamque ſubdit eam fuiſſe, quod ſignificare eo ritu voluerint, non magnam in ea ciuitate vtilitatem murorum eſſe, in qua viri eſſent, qui pugnare poſſent, et vincere. Xiphilinus, de reditu Neronis in vrbem: *Quiddam*, inquit, *muro-*

gaudens rumpit. Ciuem seruare, hostem occidere: Vtque eum locum *f.*, in quo sit actum, [1] obtineret hostis eo die. [2] Vt seruatus fateatur: alias testes nil prosunt. Vt ciuis fuerit *g.*: [3] Auxilia *h.*, quamuis rege seruato, decus id non dant. Nec crescit honos idem Imperatore conseruato: quoniam conditores *i.* in quocumque [4] ciue summum

S 5 esse

1. *Sic et Vet. hostis obtineat eo die Gr.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. vtque seruatus Gr. et. Al.* 3. *auxiliis. Parm.* 4. *ciuem summum. M. et Cb.*

murorum disiectum est, ac portarum: quibusdam asseuerantibus ita sancitum esse, vt ita fieret iis qui e certaminibus coronati reuertuntur. Νεvομίσθαι τινῶν λεγόντων ἑκάτερον τοῖς ἐκ τῶν ἀγώνων στεφανηφόροις γίνεσθαι. In Nerone, p. 723. In patriam suam quadrigis sic inuehi solemni pompa, Graeci εἰσελαύνειν dicebant. Hinc in nummis antiquis, CERT. ISEL. hoc est, *Certamina Iselastica.* Et Plinius alter ad Traianum εἰσελαστικὸν, *Iselasticum.* H.

f. Vtque eum locum) Has leges luculenter Gellius his verbis exponit L. V. p. 326. *Masurius Sabinus*, inquit, *ciuicam coronam tum dari solitam dicit, quum is qui ciuem seruauerat, eodem tempore etiam hostem occiderat, neque locum in ea pugna reliquerat: aliter ius ciuicae coronae negat concessum. Tiberium tamen Caesarem consultum, an ciuicam coronam capere posset, qui ciuem in praelio seruasset, et hostes ibidem duos interfecisset: sed locum, in quo pugnabat, non retinuisset, eoque loco hostes potiti essent: rescripsisse dicit, eum quoque ciuica dignum videri: quod appareret tam iniquo loco ciuem ab eo seruatum, vt etiam a fortiter pugnantibus retineri non quiuerit.* H.

g. Vt ciuis fuerit) Qui seruatus fuerit, qui coronam dederit. Gellius l. c. *Ciuica corona appellatur, quam ciuis ciui, a quo seruatus est, in praelio testem vitae, salutisque perceptae dat.* H.

h. Auxilia) Praerogatiua haec est ciuitatis Romanae. Miles auxiliaris, aut mercenarius, nullam partem habet huiusce laudis, et gloriae. H.

i. Conditores) Legis auctores de corona ciuica danda. H.

esse voluere. Accepta licet vti perpetuo. [1] Ludos ineunti semper assurgi, etiam ab Senatu, in more est. Sedendi ius in proximo Senatui. Vacatio munerum omnium ipsi, patrique, et auo paterno. Quatuordecim eas accepit [2] Siccius Dentatus, vt retulimus suo loco *k.*; sex Capitolinus. *l.* Is quidem et de duce Seruilio. Africanus *m.* de patre accipere *n.* noluit apud Trebiam. *o.* O mores aeternos, qui tanta opera honore solo [3] donauerint: et quum reliquas coronas auro commendarent, salutem [4] ciuis in pretio esse noluerint: [5] clare professi, ne seruari quidem hominem fas esse lucri causa.

VI. (V.) Glandes opes *p.* esse [6] nunc quoque multa-

1. *Ludis. V.* 2. *Sicinius. M.* 3. *danauerunt. Parm. M.* 4. *ciuis iis in pretio. M.* 5. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Turn. et Ch. clara professione seruari quidem hominem nefas esse l. c. Gr. et Al.* 6. *nunc. quoque in M. d.*

k. Retulimus suo loco) Cap. 28. lib. VII. *Dalec.*

Vt retulimus) L. VII. s. 29. H.

l. Capitolinus) M. Manlius, seruati Capitolii decore inclytus, et ob id Capitolini cognomen sortitus: ex illo ipso, quod tutatus erat, Tarpeio saxo deiectus, A. V. C. CCCLXX. Liuius, L. VI. p. 112. ciuicas octo hunc retulisse ait, seruatos ex hostibus ciues produxisse, inter quos Seruilium Magistrum Equitum absentem nominatum. Vide quae diximus L. VII. s. 29. H.

m. Africanus) Scipio Africanus sequens, qui Carthaginem postea Numantiamque deleuit. Vide Florum, L. II. c. 6. p. 60. H.

n. De patre accipere, etc.) Consule cum Hannibale pugnante aduersis auspiciis ad Ticinum. *Dalec.*

o. Apud Trebiam) Apud Ticinum. Val. Max. cap. 4. lib. V. Seneca cap. 33. lib. III. de beneficiis. *Dal.*

Apud Trebiam) Id facinus ad Trebiam quoque contigisse refert, L. XV. Florus *inter Padum et Ticinum.* Item Val. Max. L. V. c. 4. p. 267. et Seneca de benef. L. III. c. 33. p. 49. H.

p. Glandes opes, etc.) Theophrastus cap. 9. et 10. lib. III. hist. *Dalec.*

multarum gentium, etiam pace gaudentium constat. [1] Necnon et inopia frugum arefactis molitur farina, spissaturque in panis vsum. Quin [2] et hodieque per Hispanias *q.*, secundis mensis glans inseritur. Dulcior eadem in cinere tosta. Cautum est praeterea, lege XII. tabularum *r.*, vt glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere. Genera earum multa. Distant fructu, situ, sexu, sapore. *s.* Namque alia fageae glandi figura, alia quernae, et alia ilignae: atque inter se quoque generum singulorum differentiae. Praeterea sunt aliquae siluestres, aliae placidiores, quae culta obtinent. Iam etiam in [3] montuosis, planisque distant: sicut et sexu mares ac feminae: item sapore. Dulcissima omnium fagi, vt qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio tradat Cornelius Alexander. Genera distinguere *t.* non datur

1. *Glans et nunc in inopia frugum arefacta molitur in farinam.* Dal. 2. *et hodie.* Dal. 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. montosis. Gr. et Al.*

q. Per Hispanias) Hodieque venales Salmanticae, alibique, Octobri mense proponuntur, teste Carolo Clusio. H.

r. Lege 12. *tabularum*) Raevardus c. 26. in LL. XII. tabularum. *Dalec.*

s. Distant fructu, situ, sexu, sapore) Videtur nullo modo legi posse *fructu*: nam quatuor hic differentias Plinius notat, quas statim singulatim exsequitur, quum tamen nulla sit quae fructui respondeat. Scribendum igitur *figura*, non *fructu*, vt confestim fit manifestum. *Pintian.*

Distant fructu) Fructu: siluestres enim aliae sunt, aliae placidae, et mitiores: et omnium inter se figura dispar. Situ: nam aliae montuosis locis, aliae planis gaudent. Sexu: mares et feminae. H.

t. Genera distinguere) Hodieque disceptant inter se eruditi, de variis quercuum generibus, nominibusque. Nos, quid sentiamus, breviter interim aperimus. Robur Theophrasto δρῦς ἀγρία est,

tur nominibus, quae sunt alia alibi. Quippe quum robur quercumque vulgo nasci videamus, esculum non vbique. Quartam vero generis eiusdem, quae cerrus vocatur, ne Italiae quidem maiore ex parte notam esse. Distinguemus ergo proprietate, naturaque: et vbi res coget, etiam Graecis [1] nominibus.

VII. (VI.) Fagi glans nucleis similis *u.*, triangula cute includitur. Folium tenue *x.*, [2] atque e leuissimis, populo simile, celerrime flauescens *y.*: et media parte plerumque gignens superne paruulam baccam viridem *z.*, cacumine aculeatam. Fagi glans muribus gratissima est, et ideo animalis eius vna prouentus: glires quoque *a.* saginat: [3] expeti-

1. *Nominibus vtendum* (*leg.* *vtendo*) *M.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. et M. tenue, ac leuissimum Gr. et Al.* 3. *Expedit. M.*

est, nec habet in Gallica lingua nomen: nec receptum vsu est, quod quidam inculcant, *le Roure.* Quercus, ἡ Φηγὸς Theophrasto, *le grand chesne.* Fagus Latinorum, Theophrasto αἰγίλωψ, *le Hêtre*, ou *le Fouteau.* Esculus, Theophrasto, ἡμερὶς, *le petit Chesne*, vt dicemus f. 8. Cerrus, ὀξύη: nec ortum in Gallia, nec nomen habet. Ilex, Theophrasto πρῖνος, *l' Yeuse*, ou *chesne verd.* Haec iis nomina idoneis argumentis suo quaeque loco vindicabimus. H.

u. Fagi glans nucleis similis) Castaneae, Theophr. cap. 10. lib. III. hist. qui et fagum ὀξύαν vocat: Gaza vertit inepte *Scissimam.* Dal.

Fagi glans) Galli has nuces faginas *Faines* vocant. Arboris et glandis iconem accuratam exhibet Dodonaeus L. IV. Pemptad. 6. c. 11. p. 820. H.

x. Folium tenue) Folium crassum, piro simile Theoph. *Dalec.*

y. Flauescens) De hac voce diximus superiore libro, f. 36. H.

z. Baccam viridem) Duriusculum tuberculum baccae simile. *Dalec.*

Baccam) Tuberculum duriusculum baccae simile, quod in medio fere folio superne enascitur. H.

a. Glires quoque) Refert. Matthio-

petitur et turdis. Arborum fertilitas omnium fere alternat *b.*, sed maxime fagi.

VIII. Glandem, quae proprie intelligitur, ferunt robur, quercus, esculus, cerrus, ilex, suber. *c.* [1]Continetur hispido calyce, per genera *d.* plus minus cutem complectente. Folia, praeter ilicem, [2]grauia, carnosa, procera, sinuosa lateribus, nec [3]quum cadunt, flauescentia, vt fagi: pro differentia generum breuiora, vel longiora. Ilicis duo genera: *e.* Ex iis in Italia folio non multum *f.* ab oleis distant, smilaces a quibusdam *g.* Grae-

1. Sic ex MSS. em. Hard. continentur Gr. et Al. 2. grandia. Dal. 3. sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. dum Gr. et Al.

Matthiolus, in L. I. Diosc. p. 206. quum fagi maturitas appetit, innumeros capi glires in Carniola, Carinthia, Striaque: mures ea esca illectos e longinquo siluas petere gregatim: sciuris, turdis, merulis, esse pariter in cibatu gratam. H.

b. Alternat) Alternis tantum annis maximo ferunt prouentu glandem. H.

c. Suber) Omittit Haliphloeon, quam postea memorat. *Dalec.*

Suber) Φελλός, *du Liege*. Recte delineatur a Dodonaeo, Pemptad. 6. L. IV. c. 6. p. 818. H.

d. Per genera) Pro differentia generum: qua loquendi forma mox ipse abutitur. Itaque pro arborum diuersitate maior minorue calycis amplitudo est, maiorem calyx vel minorem cutis glandisue partem amplectitur. H.

e. Ilicis duo genera) Theophrast. c. 16. lib. III. hist. *Dalec.*

f. Folio non multum) Non igitur aculeato: et hoc primum ilicis genus est, quod in Italia prouenit. Alterius generis in prouinciis reperiuntur, quae proprie ilices, πρῖνοι, eaedemque aequifoliae, aculeatis nimirum foliis, appellantur. In Prouincia frequentes: *Yeuses*, vt diximus, et *Eouses*. H.

g. Smilaces a quibusdam, etc.) Legend. *smilaces a quibusdam Graecis dictae, in prouinciis aquifoliae sunt ilices. Glans vtriusque breuior, etc.* duo genera ilicis facit, et vtrumque describit, ex iis esse

Graecis dictae. In prouinciis [1] sunt aquifoliae. *h.* Ilicis glans [2] vtriusque *i.* breuior et gracilior, quam Homerus acylon appellat *k.*, eoque nomine a glande

1. *Aquif. sunt ilices. Glans. Ch. Smilaces — — Graecis dictae, in prouinciis aquifoliae Gr. et vulgg.* 2. *vtique. Quidam.*

esse in Italia, folio non multum ab oleis diuerso: ergo nec aculeato: in prouinciis vero aquifolias ilices, ab aculeatis nimirum foliis sic dictas. Multum itaque distant apud Plinium, *aquifolia ilex*, et *aquifolium*: *aquifolia ilex* genus est omnes ilices comprehendens, quae aculeato sunt folio: aquifolium spinae genus. *Salmas.* pag. 271. b.

Smilaces a quibusdam) Nempe ab Arcadibus, auctore Theophr. hist. L. III. c. 16. Οἱ δὲ περὶ Ἀρκαδίαν δένδρον τι σμίλακα καλοῦσιν, ὃ ἐστιν ὅμοιον τῷ πρίνῳ. *Smilacem Arcades vocant arborem ilici similem, folio tamen non aculeato,* τὰ δὲ φύλλα οὐκ ἀκανθώδη ἔχει. Vox est σμίλαξ πολύσημος, multa significans. Hesychius: Σμῖλος, δένδρον, οἱ δὲ πρῖνον· ἄλλοι σμίλακα, ἣ στεφανοῦνται. H.

h. Sunt aquifoliae) Alterum scilicet ilicis genus. Vide N. et Em. N. I. (hic pos.) *Smilaces)* Locum nos ita interpunximus, voculamque *sunt* adiecimus, ex fide MSS. R. Colb. Paris. additamque consulto ab auctore palam est, ne quis censeret idem esse ilicis genus, cui smilacis, et cui aquifoliae nomen esset attributum: maxime quum statim sequatur ex iisdem exemplaribus, librisque editis, *Ilicis glans vtriusque* etc. H.

i. Ilicis glans vtriusque) Tam smilacis, quam aquifoliae. Theophr. l. c. H.

k. Acylon appellat) Acylon hodie Graeci, praesertim in Lemno insula, *Acylaca* vocant. Bellonius Smilacem. Plinius glandiferam a Phellodryi nescit distinguere. Smilacis folium in ambitu minime pungit: Phellodryi vero aculeatium est et margine, et cacumine, Agriae modo: quamobrem Dores Agriam, quae Latinis Aquifolia est, vocauerunt. Theophrast. cap. 16. lib. III. hist. Smilaces etiamnum Graeci vocant *Milaci.* Dalec.

Homerus acylon) Odyss. κ. v. 242. Theocritus quoque Idyll. ε. Et Galen. L. de alim. boni et mali succi T. VI. p. 427. Τὰς δὲ τῶν πρίνων βαλάνους, ἃς ἀκύλους ὀνομάζουσιν Ἕλληνες. H.

de *l*. diſtinguit. Maſculas ilices negant ferre. *m.* Glans optima in quercu *n.*, atque grandiſſima: mox eſculo: nam roboris parua: cerro triſtis *o.*, horrida, echinato calyce, ceu caſtaneae. Sed et in querna, alia dulcior, molliorque feminae: [1] maris ſpiſſior. Maxime autem probantur latifoliae *p.* ex argumento dictae. Diſtant [2] inter ſe *q.* magnitudine, et cutis tenuitate. Item quod aliis ſubeſt tunica rubigine ſcabra, aliis protinus candidum corpus. Probatur et ea *r.*, cuius in balano vtrimque ex [3] longitudine *s.*, extrema lapideſcit duritia *t.*: melior, cui

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. maris Gr. et Al.*
2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. diſtant inter ſe Gr. et Al.*
3. *longitudinis extremo. Theophr.*

l. A glande) Quae proprie glans appelletur, *βάλανος*. Homericum verſum Plinius recte ſic diſtinxit: Πὰρ δ' ἄκυλον, βάλανόν τ' ἔβαλε. Etſi in editis aliter. H.

m. Maſculas ilices negant ferre) Theophraſt. c. 16. lib. III. hiſt. quo loco tractat de Ilice, Smilace, Phellodryi, nuſquam id ſcribit. Vide vocem *παραλιθάζεσι* in diction. Conſtantini. *Dal.*

n. Glans optima in quercu, etc.) Dulciſſima in Fago atque grandiſſima, mox Hemeridi, nam latifoliae parua, Cerro amariſſima. Theophr. *Dalec.*

o. Cerro triſtis) Quercus eſt procera, glande maiore, calyce echinato. A Dodonaeo recte depingitur, p. 819. qualem in Horto regio vidimus: ſed is aegilopem perperam vocat. H.

p. Latifoliae) Fagi, Theophraſt. *Dalec.*

Latifoliae) Πλατυφύλλος Theophraſto appellatae, hiſt. L. III. c. 9. e quercuum genere: In Andegauorum agro perpetuo viret. H.

q. Diſtant inter ſe) Nempe glandes generatim et vniuerſe. H.

r. Probatur et ea, etc) Id accidere glandi maris Fagi, et Haliphloei, tradit Theophraſtus, ſed glandem non commendare. *Dalec.*

s. Ex longitudine) Ima ſummaque parte glans dureſcit in lapidem: *παραλιθάζεσιν ἐν τοῖς ἄῤῥεσιν καλεμένοις, ἐξ ἄκρων τῶν βαλάνων ἑκατέρωθεν. Αἱ μὲν πρὸς τῷ κελύφει, αἱ δὲ πρὸς αὐτῇ τῇ σαρκί.* Theoph. l. c. H.

t. Lapideſcit duritia) Nunc in cute,

cui in cortice, quam cui in corpore: vtrumque non nisi maji. Praeterea aliis ouata, aliis rotundae u., aliis acutior figura. Sicut et colos nigrior, candidiorue, qui praefertur. Amaritudo in extremitatibus, mediae dulces. Quin et pediculi x. breuitas proceritasque differentiam habet. In ipsis vero arboribus, quae maximam fert, hemeris vocatur y., breuior, et in orbem comosa, [1] alasque z. ramorum crebro cauata. Fortius lignum quercus habet et incorruptius: ramosa et ipsa a.: procerior tamen b., et crassior caudice. Excelsissima c. autem

1. *Alsque ramorum crebris.* V.

in cute, nunc in carne. Theoph. Dalec.

u. *Aliis rotunda)* Vt quercui: Φηγὸς τὰς ςρογγύλας. Theophr. hist. L. III. c. 10. H.

x. *Quin et pediculi)* Quo glans arbori adhaerescit. H.

y. *Hemeris vocatur)* Ἡμερὶς, Latine esculus appellata, a suauitate glandis, vt diximus s. 6. quam breuiorem quercu quum Plinius asseuerat, omnino docet hemerim esse quam nos dicimus *Petit chesne.* Iconem vide apud Dodon. p. 811. H.

z. *Alasque)* Alis ramorum cauatis, κοιλομάσχαλον. De his dicemus L. XXV. s. 18. H.

a. *Fortius lignum quercus habet, et incorruptius, ramosa et ipsa, procerior tamen et crassior caudice)* Legendum non *quercus*, sed *fagus*: et non *procerior*, sed *breuior*. Vtrumque euidentissime ex Theophrasto libro III. cap. 9. comparat enim hemerida, quam Theodorus *placidam* vertit, cum fago. *Namque placida*, inquit, *non erecta, nec leuis, nec excelsa est: quippe quae corpore in orbem comoso, contorto sinuosoque stet, vt nodosa alataque assurgat. Materies robusta, verum infirmior quam fago: haec enim robustissima, putredinique nulli obnoxia est. Sed nec ipsa erecta, quamquam minus torta quam quercus, caudice vero crassissimo constat, vt tota quaeque breuis species reddatur: nam eius etiam corpus in orbem comosum minimeque erectum est.* Pint.

Fortius -- quercus habet) Et Theophr. de sua Φηγῷ, hist. L. III. c. 9. Τ8το γὰρ ἰσχυρότατον, καὶ ἀσαπέςατον. Nec Glossis credo, quae esculum φηγὸν vocant. H.

b. *Procerior tamen)* Quam hemeris, sed aegilope minor,

autem aegilops, incultis amica. Ab hac proxima latifoliae proceritas, sed minus vtilis aedificiis *d.*, atque[1] carboni *e.*: dolata vitiis obnoxia est *f.*: quamobrem

1. *Sic et Dal. atque carbone dotata, vitiis obnoxia est. Gr. et Al.*

nor, inquit Theophr. *Le grand chesne.* H.

c. Excelsissima) Theophr. l. c. Ἡ δὲ αἰγίλωψ ὀρθοφυέστατον, καὶ ὑψηλότατον - - φύεται δὲ ἐν τοῖς ἐργασίμοις σπανίως. Est autem aegilops, vt diximus §. 6. Latinorum fagus. Eadem ramosa, vt Plinius notat: vnde Virgilius cecinit, *patulae sub tegmine fagi.* H.

d. Ab hac proxima latifoliae proceritas, sed minus vtilis aedificiis: atque carbone dotata vitiis obnoxia est. Quam ob rem solida vtuntur, carboni aerariorum tantum officinis compendio: quoniam, etc.) Scribo, *Aspris dolata, vitiis obnoxia. Quam ob rem solida vtuntur. Carboni vtilis, aerariorum tantum officinis compendio, etc.* Theophr. lib. III. de aspri arbore loquens: *Materies,* inquit, *improba, et laborata quidem inutilis: rumpitur enim et cadit: rudis autem melior: ob id sic ea vtuntur. Improba etiam ad cremandum et ad carbonem faciendum: quippe quum carbo eius omnino inutilis, quod transiliat scintilletque, praeterquam aerariorum officinis: his enim vtilior ceteris; hic habetur, quod enim flatu desinente protinus extinguitur, parum absumi potest.* Pint. Legend. *Ab hac proxima latifoliae proceritas, sed minus vtilis aedificiis atque carboni, dolata vitiis obnoxia est: quamobrem solida vtuntur. Carbo in aerariorum tantum officinis compendio, quoniam desinente flatu emoriens protinus recoquitur,* paulo post lege: *quernа diffusam: grauissima et ipsa glandium atque dulcissima.* Sequitur: *proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia solidiorem carnem, sed duram. Cerrum* Latini vocarunt, quam Graeci ὀξύην. *Salmas.* p. 334. a. b.

Ab hac) Theophr. l. c. H.

e. Atque carboni) Ad carbonem faciendum. Vide N. et Em. N. II. (hic adi.) *Sed minus etc.)* Prius legebatur, nulla plane sententia, *Atque carbone dotata.* Et mox, *carboni aerariorum.* Emendandi auctor, praeter MSS. R. Colb. et Th. Theophrastus fuit, hist. L. III. c. 10. a quo eadem traduntur plane totidem verbis. Μοχθηρὰ δὲ, inquit, τῆς πλατυφύλλου τὰ ξύλα· πελεκηθέντα μὲν, ὅλως ἀχρεῖα· καταῤῥήγνυται γὰρ

obrem solida vtuntur: carbo in [1] aerariorum tantum officinis compendio: quoniam desinente flatu protinus emoriens, saepius recoquitur: [2] cetero plurimis scintillis. [3] Idem e nouellis melior. *g.* Aceruis [4] confertis *h.* taleis *i.* recentibus luto caminantur:

1. Aerariorum. Ch. carbonis aerariis. V. carboni Gr. *2. ceterum. M. 3. Item Gr. et Al. 4. confertis. M.*

γὰρ καὶ διαπίπτει, ἀπελέκητα δὲ βελτίω, διὸ καὶ ἄτω χρῶνται· μοχθηρὰ δὲ καὶ εἰς καῦσιν, καὶ εἰς ἀνθρακίαν· ἀχρεῖος γὰρ ὅλως ὁ ἄνθραξ, διὰ τὸ πηδᾷν, καὶ σπινθηρίζειν, πλὴν τοῖς χαλκεῦσι· τούτοις δὲ χρησιμώτερος τῶν ἄλλων, διὰ τὸ ἀποσβέννυσθαι εὐθὺς, ὅταν παύσηται φυσώμενος διὸ ὀλίγος ἀναλίσκεται. *Materies quoque latifoliae improba: et dolata quidem omnino inutilis: rumpitur enim, et cadit: non dolata autem melior: ideoque sic ea vtuntur. Minus vtilis etiam ad cremandum, et ad carbonem faciendum: quippe quum carbo eius omnino nullius vtilitatis sit, quod dissiliat, scintilletque: praeterquam in aerariis officinis. His enim vtilior ceteris carbonum generibus hic habetur: nam quia flatu desinente protinus extinguitur, ideo parum ex eo absumitur.* Vocem τῆς πλατυφύλλου quae in vulgatis Theophrasti libris nunc desideratur, confidenter adiecimus: tum quod addendam esse ex Plinio, huius loci fidissimo emendatore, liquido apparet: tum ex Theophrasto ipso, qui eadem fere superiore eiusdem libri capite de πλατυφύλλῳ refert. H.

f. Vitiis obnoxia est) De Cerro, siue Aspri Macedonum, haec Theophr. c. 10. lib. III. histor. *Dalec.*

g. Item e nouellis melior) Idem c. 16. lib. V. histor. *Dalec.*

Idem e nouellis) Nempe carbo. Ita MSS. R. etc. non *item.* Theophr. hist. L. V. c. 10. Χείρους δὲ καὶ οἱ τῶν πρεσβυτέρων τῶν νέων, καὶ μάλιστα οἱ τῶν γεραντρύων, etc. *Vetustioris arboris, et potissimum annosae, deterior est, quam nouellae, carbo: summa enim siccitate constat, ideoque quum ardet, dissilit, etc.* H.

h. Acerui -- luto caminantur) In camini formam oblinuntur. *Caedunt componuntque,* inquit Theophr. l. c. *ad carbonem conficiendum taleas recentes et rectas: has autem quam densissime componi ad concremationem oportet. Quum*

tur *k.*: accenſaque ſtrue contis pungitur durescens calyx *l.*, atque ita ſudorem emittit. *m.* Peſſima et carboni *n.* et materiae [1] haliphloeos *o.* dicta, cui craſſiſſimus cortex atque caudex, et plerumque [2] cauus fungoſuſque. Nec alia putreſcit ex hoc genere, etiam quum viuit. Quin et fulmine *p.* [3] saepiſſime icitur, quamuis altitudine non excellat: ideo ligno eius nec ad ſacrificia vti fas habetur. Eidem [4] raro *q.* glans, et quum tulit, amara, quam praeter

T 2

1. *Haliphleos Gr.* 2. *canus. M.* 3. *ſaepiſſime, in M. d.* 4. *rare. M. et Cb.*

Quum vero fornacem luto oblinierint, accendunt, et contis pungunt a latere. Τέμνουσι δὲ καὶ ἐκζητοῦσιν εἰς τὰς ἀνθρακίας τὰ εὐθέα, καὶ τὰ νέα. Δεῖ γὰρ ὡς πυκνότατα θεῖναι πρὸς τὴν κατάπρηξιν. Ὅταν δὲ περιαλείψωσι τὴν κάμινον, ἐξάπτουσι, παρακεντοῦντες ὀβελίσκοις. H.

i. Taleis) Fruſtis ligni ex vtraque parte praeciſis. H.

k. Caminantur) In camini formam oblinuntur. *Dalec.*

l. Dureſcens calyx) Corium, ſeu tegumentum lutoſa cruſta. *Dalec.*

Dureſcens calyx) Lutoſa cruſta, quae carbonis ſtruem integit. H.

m. Atque ita ſudorem emittit) Hoc fieri Theophraſtus vult, vt excitata flamma omnia corripiat. *Dalec.*

n. Et carboni) Tum ad faciendum carbonem parum apta, tum ad materiam *aedificiorum.* H.

o. Haliphleos) Scribe, *haliphloeos* cum *oe* dipthongo, in tertia. *Pint.*

Haliphloeos) Ἁλίφλοιος Theophr. hiſt. L. III. c. 9. hoc eſt craſſicortex, ἡ γὰρ ἁλίφλοιος παχὺ μὲν ἔχει τὸ στέλεχος, χαῦνον δὲ καὶ κοῖλον, etc. Gallis incognita, nec in vllius Latini nominis poſſeſſionem venit. H.

p. Quin et fulmine) Theophraſt. l. c. qui Aeoles negat eam ob cauſam ad ſacrificia lignum id adhibere. H.

q. Eidem raro glans, et quum tulit, amara, quam praeter ſues nullum attingat animal, ac ne eae quidem ſi aliud pabulum habeant) Haec verba falſo hic inſerta ſunt, falſoque haliphloeo tribuuntur, ad hemeridem enim pertinent, et cum his quae de illa paulo ante dicta ſunt continuari debent: ex Theophraſto lib. IV. cap. 10. *Hemerida, inquit, quam alii ſterilem dicunt, alii fructum adeo*

ter sues *r.* nullum attingat animal *s.*: ac ne [1] hae quidem, si aliud pabulum habeant. Hoc quoque *t.* inter reliqua neglectae religionis est, [2] quod emortuo carbone sacrificatur. Glans fagea suem hilarem facit, carnem [3] coquibilem, ac leuem et vtilem stomacho: iligna *u.*, suem angustam *x.*, nitidam, strigosam, ponderosam: querna, diffusam *y.*: grauissima [4] et ipsa glandium, atque dulcissima. *z.* Proximam huic cerream tradit Nigidius *a.*: nec ex alia [5] solidiorem *b.* carnem, sed duram.

Iligna

1. *Eae. Gr.* 2. *cum. Vet.* 3. *coctibilem. M.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. et ipsarum glandium quae est dulcissima. Dal. nempe fagi Graecorum. Diffusam et grauissimam, et ipsa glandium aeque dulcissima Gr. et Al.* 5. *sic et M. et Ch. sordidiorem Gr. et Al.*

adeo vitiatum ferre, vt quum animal nullum mandere possit praeterquam sues, et hos quum aliam nullam habent. Pint.

Eidem raro) MSS. omnes, *rare.* H.

r. Praeter sues) Hoc pariter Theophr. hist. L. III. c. 10. de ea arbore narrat, quam ἄσπριν Macedones vocant. H.

s. Nullum attingat animal) De Cerri glande id Theoph. *Dalec.*

t. Hoc quoque) Hanc etiam ob causam, inquit, praeter ceteras causas, in religionibus non adhibetur, quod facile carbo emoriatur, dum res sacra peragitur. H.

u. Iligna) Horatius, *Vmber et iligna nutritus glande rotundas Curuet aper lances carnem vitantis inertem.* Dalec.

x. Angustam) Compacta et minime laxa carne. *Dal.*

Suem angustam) Macilentam: et vt subditur, strigosam. Laudat tamen *aprum iligna glande nutritum* Horat. Sat. L. II. v. 40. H.

y. Querna, diffusam) Pinguem, ac probe saginatam. H.

z. Atque dulcissima) Querna, inquit, glandium dulcissima est: quod de sua Φηγῷ tradit Theophr. hist. L. III. c. 9. γλυκύτατα δὲ τὰ τῆς Φηγȣ. H.

a. Tradit Nigidius) Contra iudicium Theophrasti. *Dalec.*

b. Solidiorem) Ita MSS. R. Colb. Th. Chiffl. etc. non, vt in editis hactenus legitur, *sordidiorem.* H.

Iligna tentari ſues, niſi paulatim detur. Hanc nouiſſimam cadere. *c.* Fungoſam carnem fieri eſculo *d.*, robore, ſubere.

IX. Quae glandem ferunt, omnes et gallam *e.*, alterniſque annis glandem. Sed gallam *f.* hemeris optimam, et coriis perficiendis aptiſſimam. Similem huic latifolia *g.*, [1] ſed laeuiorem *h.*, multoque minus probatam. Fert et nigram. Duo enim genera ſunt. Haec tingendis vtilior. *i.* (VII.) Naſcitur

1. *Leuiorem. Gr.*

c. Hanc nouiſſimam cadere) Quoniam ſero matureſcit, nouaque veterem occupat. Theophr. cap. 16. lib. III. hiſtor. *Dalec.*

d. Eſculo) Glande eſculea, etc. H.

e. Quae glandem ferunt omnes et gallam) Videtur hoc falſum eſſe: nam ilex glandem fert teſte Plinio hoc ipſo libro et capite, et Theophraſto libro tertio de hiſtoria plantarum, capite 16. et tamen gallam non fert, vt eodem loco refert Theophraſtus. Videtur autem deceptus Plinius, dum Theophraſtum ſequitur male intellectum. Nam quod Theophraſtus eodem libro capite 9. tradit de generibus roboris, ferre videlicet omnia genera glandem et gallam, id Plinius ad omnes glandiferas arbores tranſtulit. Annotauit hoc ante me Geneſius Sepulueda doctor Theologus, ac Caeſareae maieſtatis hiſtoriographus, vir multarum diſciplinarum ſcientia clarus, Graecaque ac Latina facundia eminentiſſimus. *Pint.*

Quae glandem) Sic Theophraſt. l. c. Κηκίδας δὲ πάντα φέρει τὰ γένη. Verum ex eo numero eximenda ilex, quippe quae nec glandem proprie appellatam, ſed ἄκυλον, quam recte Homerus, vt dictum eſt ſup. ſect. a glande diſtinxit, nec proinde gallam ferat. Hic Plinium immerito coarguunt Pintianus, et Sepulueda, L. III. ep. 45. ad Pintian. p. 180. Galla, *noix de galle.* H.

f. Sed gallam) Haec pariter apud Theophr. l. c. H.

g. Similem huic latifolia, ſed leuiorem) Scribo diphthongo *ae laeuiorem*, vt intelligas laeuorem, non leuitatem, ex Theophraſto. *Pint.*

h. Sed laeuiorem) Theophr. πλὴν λειοτέρα. H.

i. Haec tingendis vtilior) Adde verbum *lanis* ex Theophraſto euidenter libro tertio,

ſcitur *k.* [1] autem *l.* Sole de Geminis exeunte *m.*, erumpens noctu ſemper vniuerſa. Creſcit *n.* vno die [2] candidior. Et ſi aeſtu *o.* [3] excepta eſt, areſcit protinus, neque ad iuſtum incrementum peruenit: hoc eſt, vt nucleum fabae magnitudine habeat. *p.* Nigra diutius viret: creſcitque, vt interdum mali compleat magnitudinem. Optima Commagena, deterrima ex robore. Signum eius *q.*, quod cauernae tranſlucent.

X. [4] Robur, praeter fructum *r.*, plurima et alia gignit.

1. *Autem galla ſole Gr.* 2. *candida. Alii, candida praeter nigram. Theoph.* 3. *recepta. Alii.* 4. *Quercus. Dal.*

tio, capite nono. *Fert*, inquit, *et alteram nigram, qua lanas tingunt.* Pint.

Haec tingendis) MSS. *tinguendis*, nempe lanis, vel coriis. Theophr. φέρει δὲ καὶ τὴν ἑτέραν τὴν μέλαιναν, ᾗ τὰ ἔρια βάπτουσιν. H.

k. Ad Inſcr. cap. de galla) Theophr. cap. 6. lib. III. hiſtor. et infra c. 4. lib. XXIV. H.

l. Naſcitur autem) Haec totidem fere verbis Theoph. hiſt. L. III. c. 6. H.

m. Sole de Geminis exeunte) Theophr. loco citato tempore ſecundae germinationis, quae fit circa deſinentem Martium, quum in Ariete ſol adhuc vertitur. *Dal.* *Sole de Geminis exeunte*) Theophraſtus libro tertio, cap. 6. *Scirthophorione menſe:* Theodorus *Martio* tranſtulit. *Pint.*

Sole de Geminis) Theophr. Circa deſinentem Iunium, περὶ Σκιῤῥοφοριῶνα λήγοντα. H.

n. Creſcit) Quae candida eſt, creſcit die vno. H.

o. Et ſi aeſtu) Theophr. l. c. H.

p. Hoc eſt vt nucleum fabae magnitudine habeat) Scribendum puto, *hoc eſt cur nonnullae fabae magnitudinem habeant*, ex Theophraſto, libro tertio, cap. 6. *Si ab aeſtu*, inquit, *occupetur, areſcit, augerique amplius nequit: qua de cauſſa earum aliquae non maiores fabis euadunt.* Pint.

Vt nucleum) Nuclei voce abutitur, vt gallam ſignificet: quod iterum facit L. XXIV. ſ. 5. H.

q. Signum eius) Deterrima, inquit, ex eo ſe ſigno prodit, quod ſit multis foraminibus peruia, τετρυπημένη, inquit Dioſc. L. I. c. 146. H.

r. Robur, praeter fructum) Theo-

gignit. Namque fert et gallae vtrumque genus *s.*, et quaedam veluti mora *t.*, ni distarent arida [1] duritie: plerumque tauri *u.* caput imitantia, quibus fructus inest nucleis oliuae similis. Nascuntur in eo et pilulae, nucibus non absimiles *x.*, intus habentes [2] flocos molles lucernarum *y.* luminibus aptos. [3] Nam et sine oleo *z.* flagrant, sicuti galla

T 4 nigra.

1. Duritie, penemque et tauri caput. Ex Theophr. duritie: tum pleraque tau. c, Alii. 2. *floccos Gr.* 3. *Nam sane in oleo. Dal.*

Theophrasto, praeter fructum, quercus haec omnia fert: κικίδα, συκαμινῶδες, ἀνδιῶδες, ταυροκέφαλον, πίλον, σφαίριον, μελιτήριον, σφαίριον μασχαλαγενὲς, λιθάριον, σφαίριον φυλλικὸν, σφαίριον ὑδατῶδες. *Dalec.*

Robur) Theophr. hist. L. III. c. 8. Πλεῖςα δὲ πάντων ἡ δρῦς φέρει παρὰ τὸν καρπὸν, etc. Et Graecorum δρῦν Maro quoque robur interpretatur, quum ad hunc Homeri versum alludens, Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐςι παλαιφάτε, ἐδ᾽ ἀπὸ πέτρης, ita in Aeneide cecinit, *Gensque virûm truncis, et duro robore nata.* H.

s. Vtrumque genus) Album et nigrum. Theophr. c. 10. lib. III. hist. *Dalec.*

Vtrumque genus) Album, ac nigrum. Theophr. l. c. H.

t. Veluti mora) Quiddam quod speciem mori refert, συκαμινῶδες ἄλλο, sed durum illud oppido, fractuque difficile. H.

u. Plerumque tauri) Ab hac aliud quoque gignit, quod quum plane creuit, tauri caput quodammodo imitatur. Καὶ ἕτερον — προσεμφερὲς τρόπον τινὰ τῇτ᾽ ἐςι καὶ ταύρε κεφαλῇ, περικαταγνύγενον δὲ ἔνδοθεν ἔχει πυρῆνα ἐλαίᾳ ὁμοφυῆ. Theophr. l. c. H.

x. Nascuntur in eo pilulae nucibus non absimiles intus habentes flocculos, etc.) Nucleis hic legendum non *nucibus*: Idem Theophrastus docet libro III. capite octauo. *Fert*, inquit, *et quod quidam pilum appellant: id pilula est, comam gerens lanaceam, mollem, nucleo durior, qua in lucernarum luminibus vtuntur.* Pint.

Nascuntur) Theophr. l. c. H.

y. Lucernarum) Vicem ellychnii in lucernis praebentes. H.

z. Et sine oleo) Theophr. Καίε-

nigra. Fert et aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore [1] melligeni ſucci. *a.* Gignunt et alae ramorum eius pilulas, corpore *b.*, non pediculo, adhaerentes *c.*: candicantes vmbilicis: cetera nigra varietate diſperſa. Media *d.* cocci colorem habent. Apertis amara inanitas eſt. *e.* Aliquando et pumices *f.* gignit: necnon [2] et e foliis

1. *Mellei. Vet. melleo ſucco et guſtum inficientem, et tactum. Theophr.* 2. *et foliis. Ch.*

Καίεται γὰρ καλῶς ὥσπερ καὶ ἡ μέλαινα κηκίς. H.

a. Melligeni ſucci) Quae melleum ſuccum tactu guſtatuque referat. Theophr. Φύει καὶ ἕτερον σφαιρίον κόμην ἔχον, τὰ μὲν ἄλλα ἀχρεῖον, κατὰ δὲ τὴν ἐαρινὴν ὥραν ἐπιβάπτον χυλῷ μελιτηρίῳ, καὶ κατὰ τὴν ἁφὴν, καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν. H.

b. Corpore) In ramorum alis, inquit, pilulas gignit alias, quae per ſe ipſae, ſuo corpore, ac ſine pediculo, ramis adhaereſcant: quae vmbilicos candicantes habeant, reliquum corpus variegatum e nigro. Ita Theophraſt. l. c. Φύει δ' ἐνδοτέρω, τῆς τῶν ῥαβδῶν μασχαλίδος ἕτερον σφαιρίον ἄμισκον . . . τὰς μὲν γὰρ ἐπανεστηκότας ὀμφαλὰς ἐπιλεύκους, ἢ ἐπιστιγμένας ἔχει μέλανας. Sic enim admonitus a Plinio medicus Conſtantinus, vitiato huic alioqui Graeci ſcriptoris loco medicinam fecit. H.

c. Adhaerentes) Adhaerentes, intus ſculptas, varii coloris. Nam eminentes vmbilicos aut candicantes, aut punctis maculoſos, aut nigros: media ſplendida et coccinea. Apertae vero et nigrae ſunt, et putres. Theophr. *Dalec.*

d. Media) Theophr. Τὸ δὲ ἀναμέσον κοκκοβαφὲς καὶ λαμπρόν. Cocci colorem, miniatum intellige: vti de pſittaci torque in ceruice Plinius ait L. X. ſ. 58. H.

e. Apertis amara inanitas eſt) Legendum forte *atra* potius quam *amara.* Theophraſtus libro tertio, cap. 8. *Aperta nigra et fruticans cernitur.* Pint.

Apertis) Apertam pilulam nigram videri et ſubputridam dixit Theophraſtus l. c. Ἀνοιγόμενον δέ ἐστι μέλαν, καὶ ἐπίσαπρον. Fungoſam raramque lanuginem, quae intus eſt, *inanitatem* vocat. H.

f. Et pumices) Pumiceum lapillum, σπάνιον δὲ παραφύει

liis *g.* conuolutas pilulas: et in folio rubente *h.* aquofos *i.* nucleos, candicantes [1] ac tranflucidos, qumdiu molles fint, in quibus et [2] culices *k.* nafcuntur: maturefcunt in modum gallae.

XI. (VIII.) Ferunt robora *l.* et cachryn *m.*: (ita

T 5

1. *Sic et Ch. et Gr.* 2. μυῖαι *mufcae. Theophr.*

φύει καὶ λιθάριον κισσηρῶδες ἐπὶ πλεῖον. Theophr. H.

g. Et e foliis) Sic Theophr. φυλλικὸν σφαιρίον συμπεπιλημένον. H.

h. Et in folio rubente, etc.) A tergo vero folii, mediae coftae infidentes, pilulas albas (σφαίρια λευκὰ) pellucidas, aquofas, quamdiu molles fint, in quibus et mufcae interdum nafcuntur: durefcunt in modum gallae paruae et leuis Theophr. *Dalec.*

Et in folio) In ipfa folii fpina, quae per medium tergum recta difcurrit, ἐπὶ τῇ φύλλῳ κατὰ τὴν ῥάχιν, inquit Theophraftus. H.

i. Aquofos) Pilulas aquofas, albas, pellucidas, quamdiu molles funt, σφαιρίον λευκὸν, διαυγὲς, ὑδατῶδες, ὅταν ἁπαλὸν ᾖ. Theophr. Vulgo pilulas afininas vocant. H.

k. Et culices) Μύας Theophraftus dixit, hoc eft, *mufcas.* H.

l. Ferunt robora) Theophr. c. 7. lib. III. hift. *Dal.*

m. Cachryn) Cachrys foliorum conceptu, e medio germinis globo prominens, tamquam parturiente folium natura, qui in folia poft explicatur: conuoluta e foliis pilula iülus, in iuglande et auellana racematim compactus callus, floris vicarius. Cyttarus in coniferis gradatum, fquamofumque nucamentum, rudimentum fructus: Bryon in quercu, racemofi villi, qui loco floris funt. Haec diligenter diftinguenda, κάγχρυν pro Libanoridis femine quidam fcribunt. *Dalec.*

Cachryn) Habet haec vox Κάχρυς apud Hefych. aliofque, multos fignificatus. Eft autem haec Pliniana κάχρυς ab ea quam Theophraftus affert, et forma, et nafcendi modo difpar. Huic pilulae inftar eft, cui nihil fimile Theophraftea habet: haec, poftquam folia cecidere, hieme durat, autumno nata: illa primo vere gignitur. Adiicit tamen ftatim idem Theophraftus hift. L. III. c. 7. quiddam in robore peculiare autumno nafci, quod per hiemem duret: eamque facile adducor, vt credam κάχρυν Plinianam effe. Sed nihil

(ita vocatur *n.* pilula in medicina vrendi vim habens. *nn.*) Gignitur *o.* et in abiete, larice, picea, tilia, nuce, platano *p.*: poſtquam folia cecidere, hieme durans. Continet nucleum *q.* pineis ſimilem: is creſcit hieme, aperitur vere pilula tota: cadit, quum folia [1] coepere creſcere. Tam multifera ſunt, [2] tot res praeter glandem pariunt robora. Sed et boletos *r.*, ſuilloſque *t.*, gulae nouiſſima irritamenta, [3] quae circa radices gignuntur: quercus probatiſſimos: robur autem *u.*, et cupreſ-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. coeperint Gr. et Al.* 2. *et tot. Gr.* 3. *qui. Ch.*

nihil eſt eo Theophraſti loco corruptius. Τῇ δὲ ἰδιότητι τȣ̃ μετοπώρου μετὰ τὴν φυλλοβολίαν etc. H.

n. Ita vocatur) Eo quoque nomine, inquit, appellatur, pilula quaedam in medicinae vſu: quam ſcilicet κάχρυν, vel potius κάγχρυν vocat Dioſc. L. III. c. 88. qui proprie fecundi roſmarini fructus: nec pilula, ſed ſemen eſt: pariter vrendi vim habens, καυστικῆς δυνάμεως. H.

nn. Vrendi vim habens) Roboris et arborum ſequentium Cachryn inepte confundit cum Roſmarini pilula acri et vrente, quae etiam Cachrys dicitur: vt et medulla ſeminis Crethmi, cap. 8. non procul a fine, lib. XXVI. *Dalec.*

o. Gignitur) Diſſimile eſt, quod in iiſdem fere arboribus gigni Theophraſtus prodit, hiſt. L. III. c. 7. H.

p. Tilia, nuce, platano) Theophraſtus *caſtanea*, non *platano*, libro tertio, capite 7. *Pint.*

q. Continet nucleum, etc.) Hoc de iulis auellanarum Theophraſt. eſſe nuci pineae ſimiles, creſcere hieme, aperiri vere totos, etc. Dormitauit hic Plinius. *Dal.*

Continet nucleum) Iiſdem plane nucis auellanae iulum Theophr. deſcribit, l. c. H.

r. Boletos ſuilloſque) Vide infra c. 23. lib. XXII. *Dal.*

Sed et boletos) Theophr. hiſt. L. III. c. 9. Οἱ γὰρ μύκητες πρὸ τῶν ῥιζῶν, καὶ παρὰ τὰς ῥίζας φυόμενοι etc. H.

t. Suilloſque) Id fungorum tertium genus nomen habet: venenis accommodatiſſimum, vt dicetur L. XXII. ſ. 47. H.

u. Robur autem) Δρῦς Graecis, vt diximus. Subſcribit in Georgicis Nicander

cupreſſus; et pinus *x.*, noxios. Robora ferunt et viſcum *y.*, et mella, vt auctor eſt Heſiodus. Conſtatque rores melleos, caelo, vt diximus *z.*, cadentes, non aliis magis inſidere frondibus. Cremati *a.* quoque roboris cinerem nitroſum eſſe certam eſt.

XII. Omnes tamen has eius dotes ilex ſolo prouocat [1] cocco. *b.* Granum hoc, primoque *c.* [1] ceu

1. Cocci grano. Hic primo. M.

der his verſibus: apud Athen. L. II. p. 60. — Ἐχθρὰ δ' ἐλαίης, Ῥοιῆς τε, πρίνε τε, δρυός τ' ἀπὸ πήματα κεῖται, Οἰδαλέα, σύγκολλα, βάρη, πνιγόεντα μυκήτων. Hoc eſt, *noxia oleae, Punicae, ilicis, roborisque purgamenta iacent, tumidi, glutinoſi, malefici, ſtrangulantes fungi.* De his dicetur opportunius L. XXII. ſ. 47. H.

x. Et pinus) Athenaeus L. II. p. 61. ex Diphilo, pineos inter edules accenſet, et vlmeos: οἱ ἐπὶ πτελέαις καὶ πεύκαις γιγνόμενοι. H.

y. Robora ferunt et viſcum) Theophr. c. 10. lib. XXII. *Dal.*

Robora) Theophr. l. c. ὡσαύτως καὶ ἡ ἰξία εἰ δέ γε δὴ καθ' Ἡσίοδον φέρει μέλι καὶ μελίττας, etc. Heſiodi verſus hi ſunt in Ἔργοις, v. 230. — Οὔρεσι δὲ δρῦς Ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνες, μέσση δὲ μελίσσας. H.

z. Vt diximus) L. XI. ſ. 12. Huc pertinet, quod Maro cecinit Ecl. 4. *Et durae quercus ſudabunt roſcida mella.* Et quod Naſo Metam. L. I. v. 112. *Flauaque de viridi ſtillabant ilice mella.* H.

a. Cremati) Theophr. l. c. Φασὶ δὲ καὶ ὅταν κατακαυθῇ, γίνεσθαι λίτρον ἐξ αὐτῆς. H.

b. Prouocat cocco) Aequat, vel etiam ſuperat. Theophr. hiſt. L. III. c. 16. Ὁ δὲ πρῖνος — φέρει καὶ παρὰ τὴν βάλανον κόκκον τινὰ φοινικῦν. *Ilex fert praeter glandem, granum quoddam puniceum.* In Gallia Narbonenſi, nunc *Vermillon* vocant, vel *graine d'écarlate.* Quoniam ea grana vermiculis ſcatent, quorum ſanies coccino tingendo idonea eſt, efficitque eum colorem, quem et nos miramur, et veteres impenſe laudarunt. Hinc *emblemate vermiculatum*, dixere, coccineo colore tinctum. H.

c. Granum hoc primoque, etc.)

[1] ceu scabies *d.* fruticis, paruae aquifoliae *e.* ilicis: cuscu-

1. Seu scapo fruticis. Dal. male emendat, scabies Turn. cap. 16. lib. IV. Aduers. seu scaptes frut. Ch. seu scapus fr. Gr.

etc.) Legend. *Granum hic primoque seu scabies fruticis parui, aequifoliae Ilicis: coscylium vocant.* hic coccus, inquit, et primo seu scabies parui fruticis, aquifoliae nempe ilicis et coscylion vocatur. Ilicem solo croco prouocare omnes roboris dotes ait, non omnis ilex coccum βαφικὸν fert: sed aquifolia. Vide *Salmas.* pag. 268. b.

d. Ceu scabies) Ac veluti arboris excrementum, seu purgamentum quoddam. Vide N. et Em. N. III. (hic coll.) *Ceu scabies etc.)* In libris hactenus editis, *ceu scapus.* At in R. 1. Colb. et Th. *ceu scaptes.* In R. 2. planissime, *ceu scabies,* quae sincerissima lectio est, dudum a Turnebo e suis quoque libris eruta, Aduu. L. IV. c. 16. p. 118. Fulcitur egregie haecce emendatio vel re ipsa, fruticisque et cocci natura, quam Petri Quiquerani verbis, de laudibus Prou. L. II. fol. 48. operae pretium duximus hoc loco repraesentare. *Vermiculum,* inquit, *Hispani olim large collegere, testimonio C. Plinii: nec scio an hodie quoque. — Certe Prouincia nostra vberrimum eius feturae beneficium sentit, vt inde in ipsam quoque Hispaniam asportari a mercatoribus sciam. Maxima omnium copia atque praestantia ex Campis Lapideis, Arelatensium agro. Igitur quae mihi super hoc nota sunt atque comperta, dicam. Coccum granum, seu coccus ilicis, nostris popularibus Vermilionum appellatur. An sit κόκκος βαφικὴ Graecis non dico: quod de eo Dioscorides omnino somnolenter tractarit. Itaque non placet digladiantes super hoc Medicos in gratiam reuocare, ea tanti otii penuria: qua nec abs Arabibus vacat exquirere, sitne illud suum Kermes. Purgent ipsi sentinam suam . . . Ilicis nobis duae sunt species: Earum vna nulla dote, in arborem adolescit. A[illegible]ra, frutex exiguus, sesquip[illegible]i proceritate, laetissime viret: foliis laeuore praefulgidis, spinarum vallo ambitis, numeroso stolone assurgit in morem rosarii. A nostris fagi appellationem sortitur, quamquam nullam fagi imaginem repraesentet. -- Vere medio rorati imbribus frutices, coccum hoc modo ordiuntur. Ac primum omnium, vt fere fit in fruticibus, qui non arborum modo, trunco in altum*

tum euehuntur, sed pullulant densa propagine: vbi imus scirpus se in duo brachia partitur, in horum medio instar focanei palmitis increscit rotundum quiddam, magnitudine et colore pisi. Hoc matrem vocant, quod ex eo cetera grana produntur. Matres porro habet vt plurimum quinque quaelibet cespitum familia: quae ineunte aestate, aestuque, minutissimorum vermiculorum, vt tantum visum non effugiant, cateruam profundunt, fatiscuntque in summitate. In animalia prorepit noua soboles colore candida, pro se quisque in sublime. — Hi incrementis aucti, milii magnitudine fiunt. Inde liberius, adolescentibus albus color in cinericium transit, iamque non animal, sed pisum rursus apparent. Tuncque ea grana maturitatem adepta colliguntur, iam coloratis vermiculis feta. Dumque asportantur, ambiens pellicula prae teneritate rumpitur. — Torpent interim vermiculi, ac immobiles iacent. Ceterum quum primum tempestiuitas adest, in lintea praecipitati, Soli exponuntur. Tum libato calore statim prorepunt, atque aufugere nituntur: sed a custode, qui continuus assidet, concussu lintei in medium eo vsque reiiciuntur — Si quae vero grana legentis effugerint sedulitatem, ea mox paulo alatorum animalium numerosum exercitum in auras effundunt. Obseruatum est hoc anno (1550.) ex Campo Lapideo Arelatensi agro, hunc prouentum vndecim aureorum millibus aestimatum. Ita Quiqueranus, cuius elegantissimam orationem, librarii vitio foedissime deformatam, suo nitori restituimus. Habet his plane similia G. de Catel, hist. L. I. p. 50. H.

e. Paruae aquifoliae) Et paruam ilicem, et fruticem vocant, vt ab eo vtroque genere ilicis, de quo dictum est f. 8. diuersum istud esse intelligas. Et est ex illo sane id genere, quod aquifolium ipse alibi, aliique dixere, alii agrifolium: Galli, *le petit Houx*: minime, vt priora duo, glandiferum. Diosc. L. IV. c. 48. Κόκκος βαφικὴ, θάμνός ἐςι μικρὸς, φρυγανώδης, ᾧ πρόσκεινται οἱ κόκκοι ὡς φακοὶ, etc. *Frutex est paruus, surculosus, cui grana, ceu lentis, adhaerent.* Tamen et in ilice πρίνῳ gigni Theophrastus paulo ante censuit. Haec aquifolia eidem ἀγρία dicitur, Hist. L. III. c. 4. vnde et Latinis *agrifolium*. In Notis quae falso Tironi adscribuntur, apud Gruterum, p. 170. vbi arborum genera recensentur: *Fraxinus. Acrifolium. Ilex.* H.

cusculium vocant *f.*: pensionem alteram *g.* tributi paupe-

f. Cusculium vocant) Fortassis *quisquilium*: Nam *quisquiliae* Festo, quidquid surculorum foliorumue cadit ex minutis arboribus, ac inde res quaeuis nihili. Caecilius: *Quisquilias volantes, venti spolia memorasti modo.* Naeuius in Togularia: *Abi, deturba te saxo, homo non quisquiliae*, Id est, non nauci. Coccum scapis derasum cadere notum est: inde *quisquilium* appellarunt. *Dal.* Imo *cusculium*: est enim Hispanum vocabulum, non Romanum: et *cusculiatum* videtur olim dictum quod nunc deprauate *scarlatum*. Gelen.

Cusculium) Κοσκύλια, quoniam e cortice eraduntur. Graecis κοσκύλλειν est excrescentes minutias praesecare. H.

g. Pensionem alteram) Alterum ex horto, ex agro alterum pauperes tributum pendebant. Nam et hortensia in macello distrahebant, coccum iidem passim nascentibus fruticibus decerpebant: atque ex gemina ea merce corradebant, vnde tributum penderent. E cocco igitur pensio altera tributi peti solita a Plinio nunc dicitur: altera ex horto L. XIX. s. 19. his verbis: *quum credatur pensio ea pauperum.* Accepit hunc locum aliter longe Salmasius in Solin. p. 175. Tributi collationem ait duplicem fuisse: aliam in capite, aliam in censu. Posteriori tributo pendendo non fuisse obnoxios eos, qui agrum aut praedia non haberent: quum pensione capitis omnes tenerentur, qua diuites, qua pauperes. Sed neque hoc loco capitationis vim, quidue vox ea valeat, intellexisse Salmasium, non optimum sane Iurisconsultum, disces ex iis quae de capitationibus disputat Gothofredus in Cod. Theod. L. XI. tit. 1. de annona et tributis, p. 17. et 43. it. L. XIII. tit. 10. de censu p. 116. Capitatio enim et genus illud tributi dicebatur, quod pro possessionum quoque numero, si quae essent, imponerentur. Saluianus de gubern. Dei L. V. *Quum possessio ab his recesserit, capitatio non recedit: proprietatibus carent, et vectigalibus obruuntur.* Vide et Glossarium Du Cangii, verbo *Capitatio* et *Caput*. Neque vero de tributo gemino nunc sermonem esse Plinius ipse haud obscure indicat, quum *pensionem tributi alteram* hunc cocci prouentum, non *tributi alterius pensionem* vocat: hoc est, in cocco alterum esse soluendo tributo subsidium, non tributo alteri. H.

pauperibus Hiſpaniae donat. Vſum eius gratiorem in conchylii mentione tradidimus. *h.* Gignitur *i.* et in Galatia, Africa, Piſidia, Cilicia: peſſimum in Sardinia.

XIII. Galliarum glandiferae maxime *k.* arbores agaricum *l.* ferunt. Eſt autem fungus candidus, odoratus *m.*, antidotis efficax, in ſummis arboribus naſcens, nocte relucens. *n.* Signum hoc eius, quo in tenebris decerpitur. E glandiferis ſola quae vocatur aegilops *o.*, fert [1] pannos arentes, muſcoſo villo canos, non in cortice modo, verum et e ramis dependentes *p.* cubitali magnitudine, odoratos, vt

1. *Sic et. Vet. et Ch. phaſcon. Theophr. ſphagnos, et bryon: ſupra cap. 23. lib. XII. panos Gr. et M.*

h. Tradidimus) Supra c. 4. l. IX. et infra c. 4. lib. XXIV. *Dalec.*

Tradidimus) L. IX. ſ. 65. H.

i. Gignitur) Dioſc. L. IV. c. 48. H.

k. Glandiferae maxime, etc.) In laricibus maxime naſcitur. *Dal.*

Glandiferae) Praecipue larices, oculato teſte Nic. Chorier, hiſt. Delph. L. I. p. 58. Sunt enim in ea regione plurimae. H.

l. Agaricum) Ἀγαρικὸν, et apud Gallos retinet nomen, *Agaric*, fungi genus: A Dodonaeo pingitur, Pempt. 3. L. V. c. 24. p. 477. De eo rurſum Plinius, L. XXV. ſ. 57. quem locum vide. H.

m. Odorarus) Imo potius odoris expers. *Dal.*

n. Nocte relucens) Fabuloſum hoc. *Dal.*

o. Vocatur aegilops) Fagus haec eſt Latinorum, vt diximus ſ. 6. Haec porro Theophraſt. L. III. c. 9. Ὁ δὲ καλȣ͂σί τινες Φάσκον. Ὁμοίως τοῖς ῥακίοις ἡ αἰγίλωψ μόνη φέρει, πολιὸν καὶ βρῦινον, καὶ γὰρ πηχυαῖον κατακρεμάννυται, καθάπερ τρύχος ὀθονίȣ μακρόν. Φύεται δὲ τȣ͂το ἐκ τȣ͂ φλοιȣ͂, καὶ ȣ̓κ ἐκ τῆς κορύνης ὅθεν ἡ βάλανος, etc. *Quod autem* Φάσκον *quidam vocant, pannis ſimile aegilops ſola fert, canum et muſcoſum, cubitali longitudine pendens, vt veſtis lacerus longuſque pannus: naſcitur e cortice, non e ſurculorum cacumine: vnde glans: neque ex gemma, ſed ex latere ramorum anni exacti, etc.* H.

p. Non in cortice modo, verum et e ramis dependentes) Con-

vt diximus *q.* inter vnguenta. Suberi [1] minima arbor *r.*, glans pessima, rara: cortex [2] tantum in fructu *s.*, praecrassus *t.* ac renascens *u.*, atque etiam in denos pedes vndique explanatus. Vsus eius ancoralibus *x.* maxime nauium, piscantiumque tragulis *y.*, et cadorum *z.* obturamentis: praeterea in hiberno feminarum calceatu. *a.* Quamobrem non infa-

1. *non minima. D.* 2. *tantum non in. Dal.*

Contraria prodit Theophr. libro tertio, capite nono: *Nascitur*, inquit, *idem cortice non e surculo vnde glans, neque e gemma, sed e latere supernorum nodorum.* Quare hic mallem legeres, *e cortice modo*, quam *e ramis.* Pint.

q. Vt diximus) L. XII. c. 50. H.

r. Minima arbor) Nempe e glandiferis. H.

s. Cortex tantum in fructu) In vsu: quod in ea arbore nihil ad vitam vtile colligas, praeter corticem. H.

t. Praecrassus) Theophr. hist. L. III. c. 16. φλοιὸν ἔχει παχὺν σφόδρα. H.

u. Renascens) Intra annos tres: ἐν τρισὶν ἔτεσιν. Theophr. l. c. H.

x. Vsus eius ancoralibus) Theophrast. c. 16. lib. III. Histor. *Dalec.*

y. Tragulis) Piscatorum verricula tragulas vocat, sine controuersia a trahendo nomen adeptas, vt vidit iam dudum Turnebus Aduu. L. XXII. c. 14. p. 721. Et Glossae Isidori: *Tragum, genus piscatoriae.* Glossar. Latin. Gallic. *Tragum, Rets à pescher*, Catholicon Armoricum, *Traimaill; c'est vn rets à pescher.* Latine, *hoc tragum, verriculum*, Gallis, *Tremail.* Italis, *Tramaglio*: quod tribus maculis, vel triplici macularum ordine constat, quas *Mailles* nostri appellitant. H.

z. Et cadorum) Nunc quoque subere lagenis amphorisque obturandis vtimur: et a calceariis suberem expeti ad conficiendas crepidas, nemo nescit. Haec obturamenta Galli vocant, *bondons:* obturare cadum, *bondonner vn muid.* H.

a. In hiberno feminarum calceatu) Non solum valetudinis causa id feminae hieme fecerunt, sed vt grandiores viderentur. Clemens Alexandrinus III. Paedagogi, ex Alexi Comico, τυγχάνει μικρά τις οὖσα, φελλὸς ἐν ταῖς βλαυτῆσιν ἐγκάττυται. Xenophon lib. de tuenda re famil. de vxo-

re

infacete Graeci *b.* corticis arborem appellant. Sunt et qui feminam ilicem vocent: *c.* atque vbi non nascitur ilex, pro ea [1] fubere vtantur, in carpentariis praecipue fabricis, vt circa [2] Elin et Lacedaemonem. Nec in Italia tota nafcitur *d.*, aut in Gallia *e.* omnino.

XIV. (IX.) Cortex et fagis, tiliae, abieti, piceae, in magno vfu agreftium. Vafa, corbefque, ac patentiora quaedam *f.* meffibus conuehendis vinde-

1. *Phellodry. Th.* 2. *Elaean. Th.*

re Ifchomachi, ὑποδήματα δ' ἔχουσαν ὑψηλὰ ὅπως μείζων δοκείη εἶναι ἢ ἐπεφύκει. Victorius cap. 25. lib. XV. *Dal.*

b. Non infacete Graeci) Videtur φελλὸν, quafi φλοιὸν dici a Graecis velle. Φελλὸς certe Hefychio Φλοιὸς δένδρου, καὶ ξύλον ἐλαφρὸν, *arboris cortex, et lignum leue.* Suberem etiam fimpliciter corticem Latini dixere. Horat. L. III. Od. 9. v. 22. *Tu leuior cortice.* Et L. I. Sat. 4. v. 119. *Simul ac durauerit aetas Membra, animumque tuum, nabis fine cortice.* H.

c. Qui feminam ilicem vocent) Haec male. De Phellodryi id Theophraftus, non de Subere. *Dal.*

Sunt et qui) Haec Theophraft. iifdem plane verbis hift. L. III. c. 16. de arbore quam Φελλόδρυν Arcades vocabant: eamdem effe cum Φελλῷ feu fubere, ex aliis auctoribus Plinium didiciffe credimus. H.

d. Nec in Italia tota nafcitur. etc.) Falfum id. Nam quod et Theophr. ait, Thyrrheniae, id eft, Hetruriae familiariffima eft, et paene propria. *Dal.*

Nec in Italia tota) Sed in Etruria tantum. Theophr. l. c. H.

e. Aut in Gallia) Galliae nomine Narbonenfis prouincia hoc loco minime comprehenditur. Nam, vt ait L. IV. f. 31. *Gallia omnis comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur,* Belgas nimirum, Celtas et Aquitanos. In Prouincia certe, quae pars eft prouinciae Narbonenfis, indigenam effe fuberem, nec adfcititiam aliunde, argumento eft, quod dumofis et fqualentibus locis ibi luxuriofe profilit, vt prodidere Petr. Quiqueranus, L. II. fol. 50. Honor. Bouche, L. I. c. 8. p. 49. ipfaque experientia comprobat. H.

f. Vafa corbefque ac patentiora

vindemiisque faciunt, atque [1] praetexta tuguriorum. *g.* Scribit in recenti ad duces explorator *h.*, [2] incidens litteras *i.* a succo. Nec non in quodam vsu sacrorum religiosus est fagi cortex. Sed non durat arbor ipsa. *k.*

XV. (X.) [3] Scandulae *l.* e robore aptissimae, mox e glandiferis aliis, fagoque: facillimae ex omnibus quae resinam ferunt: sed minime durant, praeterquam e pino. [4] Scandula *m.* contectam fuisse Romam,

1. *Protecta.* Ch. 2. *incisas litteras tegente succo.* Dal. 3. *Scindulae.* Turn. ex Isid. *scandulae, etc. aptissima, facilima, durans.* Ch. 4. *Scindulam non conspectam fuisse Romae.* M.

tentiora quaedam) Immo e contrario lego, *corbesque ac patentiora quaedam vasa.* Pint.

g. Praetexta tuguriorum) Tecti tuguriorum marginem seu oram extimam, quae eo corticis genere praetexitur. Ducta metaphora videtur a praetexta nobilium, quae purpura circumtexta erat. Forte *proiecta* rectius, quod in MSS. *protecta* legitur. *Prominentiae* tectorum, Vitruuio, L. IV. c. 2. et L. II. c. 8. *proiecturae: Saillies, égouts.* Vide quae dicturi sumus in Not. et Em. ad L. XVII. N. XVIII. H.

h. Scribit in recenti ad duces explorator) Litteris ob succi madorem non conspicuis, et quum siccatus fuerit cortex, apparentibus. *Dal.*

i. Incidens litteras) Succi madidi beneficio litteras incidit, inscribitque cortice, minime conspicuas: easdem siccato cortice, apparentes. H.

k. Non durat arbor ipsa) Cortice spoliata. *Dal.*

l. Scandulae) Asseres, seu tabellae paruae, hoc est, in exiguas laminas fissae. Columella, L. VIII. c. 3. fenestellis scandulas iungi praecipit, quibus ab corte inrepant aues ad requiem nocturnam. *Scandulas*, non *scindulas* habent MSS. omnes. Adde his ea quae V. Cl. du Cangius habet in Gloss. verbo *Scindula.* H.

m. Scandula) Ligneis assulis, sectilibusque asserculis. Mirum est *ardesias* nostras incognitas veteribus fuisse, quae hodie passim habentur. *Nostri*, inquit Philander ad Vitruu. L. I. c. 1. *vtuntur caerulei in nigro sectilibus laminis crustisue. Is lapis serra dentata, vt lignum secatur, assulatimque frangitur. Ardesiam*

Romam, ad Pyrrhi vſque bellum *n.*, annis CCCCLXX. Cornelius Nepos auctor eſt. Siluarum *o.* certe diſtinguebatur inſignibus. [1] Fagutali Ioui *p.* etiam nunc, vbi lucus fageus fuit: porta [2] Querquetulana *q.*, colle in quem vimina petebantur, totque lucis, quibuſdam et geminis. Q. Hortenſius Dictator, quum plebs *r.* ſeceſſiſſet in Ianiculum, legem

V 2

1. *Fagutalis Iouis. Dal.* 2. *Querculana. Vet.*

deſiam vocamus, credo ab ardendo, quod e tectis ad ſolis radios veluti flammas iaculetur. H.

n. Ad Pyrrhi — bellum) Quod coeptum eſſe A. V. 472. diximus L. VIII. ſ. 6. H.

o. Siluarum) Erant in vrbe ſiluae inſignes, quibus regiones quamplurimae diſtingui ſolerent. Nam vel in vna regione Vrbis quinta, Lucus Fagutalis fuit, de quo Feſtus: *Fagutal, ſacellum Iouis, in quo fuit fagus arbor, quae Ioui ſacra habebatur.* Fuit et collis campuſque Viminalis, a viminum ſilua cognominatus, et Ara Viminei Iouis. Fuit et lucus Petelinus. H.

p. Fagutali Ioui) Varroni lib. IV. de ling. Lat. in Eſquiliis fuit lucus Fagutalis et Virarum querquetulanum ſacellum, et lucus Meſitis. *Viras* Feſtus dictas vult nymphas, quae praeſident querceto vireſcenti, χλωρίδας καὶ ἀμαδρυάδας. *Dalec.*

q. Querquetulana) Vbi et Querquetulanum ſacellum, de quo Varro de L. L. Lib. IV. p. 15. Feſtus: *Querquetulana porta Romae dicta, quod querquetum* (quercetum) *intra muros Vrbis iuxta ſe habuerit.* H.

r. Quum plebs) Tres plebis ſeceſſiones factae memorantur. Prima, in montem ſacrum, trans Anienem amnem, tria ab Vrbe millia paſſuum, aeris alieni cauſa, A. V. CCLXI. de qua Liuius L. II. p. 32. Secunda ſeceſſio facta eſt A. CCCV. ob Decemvirorum inſolentiam, et Appii Claudii Decemuiri ſcelus, auctore L. Virginio. De ea Livius, L. III. p. 60. Tertia, de qua nunc ſermo, rurſus aeris alieni cauſa, facta in Ianiculum, A. CCCLXVII. De hac Epitome Liuii, L. XI. *Plebs propter aes alienum, et longas ſeditiones, ad vltimum ſeceſſit in Ianiculum: vnde a Q. Hortenſio Dictatore deducta eſt, iſque in ipſo magiſtratu deceſſit.* H.

gem in Efculeto *s.* tulit, vt quod ea iuffiffet, omnes Quirites [1] teneret. *t.*

XVI. Peregrinae [2] tum videbantur, quoniam non erant fuburbanae, pinus *u.* atque abies, omnesque quae picem gignunt, de quibus nunc dicemus, fimul vt tota condiendi vina origo cognofcatur. Quaedam ferunt in Afia, aut Oriente, e praedictis picem. In Europa fex genera [3] cognatarum arborum ferunt. Ex iis pinus atque [4] pinafter folium habent capillamenti modo praetenue, longumque, et mucrone aculeatum. Pinus fert minimum refinae, interdum et nucibus *x.* ipfis, de quibus dictum eft, [5] vixque vt adfcribatur generi.

XVII.

1. *Tenerent. M. tenerentur. Vet.* 2. *fic et Ch. tunc Gr.* 3. *cognitarum. Vet.* 4. *pinaftri. Ch.* 5. *vix vt. Gr. et Al.*

s. In Efculeto) Locus fuit efculis confitus. H.

t. Quirites teneret) Hoc eft, Romanos ex Vrbe et in Vrbe tantum. Hae ferebantur leges a Tribuno plebis. Huic vero Dictatoris Hortenfii legi fimilem primum L. Valerio, M. Horatio CoSS. latam legimus apud Liuium L. III. p. 60. fecesfione fecunda: *Quum veluti in controuerfo iure effet, tenerenturne Patres plebifcitis: legem centuriatis Comitiis tulere, vt quod tributim plebes iuffiffet, populum teneret.* Repetita igitur ab Hortenfio eft. Gellius, L. XV. c. 27. p. 848. *Q. Hortenfius Dictator eam legem tulit, vt eo iure, quod plebs ftatuiffet, omnes Quirites tenerentur.* H.

u. Pinus) Quae Graecis fere πίτυς, noftris *vn pin.* Archiae epigramma a nobis relatum L. XV. f. 5. vbi inter Olympionicarum coronas πίτυς numeratur. Aufonius ita reddidit in Eclogario: *Quatuor antiquos celebrauit Achaia ludos: Serta quibus pinus, malus, oliua, apium.* H.

x. Et nucibus) Interdum, inquit, fert refinam in ipfis nucibus pineis, de quibus dictum eft, L. XV. f. 9. fed eam quidem adeo exiguam, vt refiniferarum arborum generi vix pinus adfcribatur. H.

XVII. Pinaſter *y.* nihil aliud eſt, quam pinus ſilueſtris, mira altitudine, et a medio ramoſa, ſicvt pinus in vertice. Copioſiorem dat haec *z.* reſinam, [1] quo dicemus modo. *a.* Gignitur et in planis. Eaſdem arbores [2] alio nomine eſſe per oram Italiae, [3] quos [4] tibulos *b.* vocant, plerique arbitrantur, ſed graciles ſuccinctioreſque, et enodes, liburnicarum *c.* ad vſus, [5] paene ſine reſina.

XVIII. Picea *d.* montes amat, atque frigora: feralis arbor *e.*, et funebri indicio ad fores poſita, ac rogis virens: iam tamen et in domos *f.* recepta, tonſili facilitate. Haec plurimam reſinam fundit, [6] interueniente *g.* candida gemma, tam [7] ſimili thuris, vt mixta viſu diſcerni non queat: [8] vnde

V 3 fraus

1. *De qua. M.* 2. *ſed alio. Dal.* 3. *quas. Dal.* 4. *ſtubulos. M. ſtrubulos.* Hermol. 5. *ſic ex MSS em. Hard paene reſina Gr. et Al.* 6. *intermicante. Dal.* 7. *ſimilem thuri. M.* 8. *et inde. M.*

y. Pinaſter) Πίτυς ἀγρία, *pin ſauvage.* Pingitur a Dodonaeo, p. 848. H.

z. Copioſiorem dat haec) Nempe pinus ſilueſtris. H.

a. Quo dicemus modo) ſ. 23. H.

b. Quos tibulos) Harum iconem Dalecampius exhibet, L. I. p. 47. Mox *ſuccinctiores*, magis compactas interpretor. H.

c. Liburnicarum) Genus eſt bellicae nauis velociſſimae, a Liburnis Illyrici populis conditoribus nuncupata. His ſtruendis pinaſter arbos idonea. H.

d. Picea) Haec Theophraſto, πίτυς, aliis πεύκη, *Peſſe* Gallis. Pityocampas, (erucae genus eſt) in picea Plinius, L. XXIX. ſ. 30. in pinu alii naſci produnt. Pingitur a Dodonaeo, p. 851. accuratius a Matthiolo in Dioſc. L. I. p. 97. H.

e. Feralis arbor) Quae funeribus adhibetur. Vnde illud Maronis, Aen. L. VI. Miſeni funus deſcribentis, v. 280. *Procumbunt piceae*, etc. H.

f. In domos) Etiam, ſi Virgilio credimus Ecl. VII. v. 65. *Pulcherrima pinus in hortis.* H.

g. Interueniente) Quae ſponte manat reſina, inquit, e picea, in gemmam interdum candidam coit, quae eſt micae thuris ſimillima. H.

fraus Seplasiae. *h.* [1]Omnibus his generibus folia breui seta *i.*, et crassiore, duraque, [2]ceu cupressis. Piceae rami paene statim ab radice modici, velut brachia, lateribus inhaerent. Similiter abieti *k.*, expetitae nauigiis. *l.* Situs in excelso *m.* montium, [3]ceu maria fugeret: nec forma alia. *n.* Materies vero praecipua [4]trabibus, et plurimis vitae operibus. [5]Resina ei *o.* vitium, vnde fructus vnus piceae: exiguumque sudat aliquando contactu Solis. E diuerso materies, quae abieti pulcherrima, piceae ad *p.* fissiles scandulas, cupasque, et pauca alia secamenta.

XIX.

1. *Omnino huic generi.* Dal. 2. *seu* Gr. 3. *seu* Gr. 4. *est trab.* Ch. 5. *Resinae vitium vnde fructus piceae.* Ch.

h. Fraus Seplasiae) Hoc est, Seplasiariorum. Festus: *Seplasia, forum Capuae, in quo plurimi vnguentarii erant.* Ascon Ped. in or. Cic. contra Pisonem: *Dictum est in dissuasione legis Agrariae apud populum, plateam esse Capuae, quae Seplasia appellatur, in quo vnguentarii negotiari sunt soliti.* H.

i. Breui seta) Instar setae breuia, exiliaque, et gracilia. H.

k. Similiter abieti) *Le sapin.* Theophr. hist. L. III. c. 10. ἐλάτη θήλεια, abies femina, A. Clusio recte pingitur, hist. plant. L. I. p. 34. et a Matthiolo in Diosc. L. I. p. 107. H.

l. Nauigiis) Virg. Georg. L. II. v. 68. *Casus abies visura marinos.* H.

m. Situs in excelso) Idem Ecl. VII. v. 66. *Abies in montibus altis.* H.

n. Nec forma alia) Nam camerato ramorum et foliorum veluti fornice imbrem prorsus respuit. Theophr. Dalec.

Nec forma alia) Quam picea. Adeo sane inter se affines ambae, vt obseruat Matthiolus, p. 106. vt fabros lignarios similitudine saepe fallant: etiam peritos, inquit Plinius f. sq. H.

o. Resina ei) Resinae fluxus ex abiete, arbori exitiosus est: e picea ad vitae vsum perutilis, nec matri noxius. H.

p. Piceae ad) Piceae materies, inquit, idonea tantum parandis scandulis fissilibus, cupisque, hoc est, vasis

XIX. Quinto generi situs idem, eadem facies: larix vocatur. *q.* Materies praestantior longe, incorrupta [1] vis, [2] mori contumax: rubens praeterea, et odore acrior. Pluseulum huic erumpit liquoris *r.*, melleo colore, atque [3] lentiore, numquam durescentis. Sextum genus est teda proprie dicta *s.*, abundantior succo quam reliqua, [4] parciore liquidioreque quam in picea, flammis ac lumini sacrorum etiam grata. *t.* [5] Hae, mares *u.* dumtaxat,

V 4

1. *Vsu. M.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. Emori.* M. *humori Vet. emori cont. Gr. et Al.* 3. *recentiore. M. lentioris. Dal.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. parcior liquidiorque Gr. et Al.* 5. *Pini mares. Theophr.*

vasis vinariis, aliisque sectilibus operibus paucis. H.

q. Larix vocatur) Iisdem fere verbis a Vitruuio describitur, L. II. c. 9 p. 35. Theophrasto πεύκη. Sed nondum haec arbor in certi alicuius nominis Gallici possessionem venit: etsi eruditi viri eam esse existimant, quam *Meléze* vulgus appellat: res nihilominus habet dubitationem, vt pluribus argumentis inferius demonstrabimus. Melesia ea porro in Delphinatu et Alpibus frequens. Vide Nic. Chorier hist. L. I. p. 75. A Dodonaeo pingitur p. 856. H.

r. Plusculum — liquoris) Resinae. Eam quae ex *Meleziis* manat, officinae pro terebinthina venditant: interdum etiam pro benioino. H.

s. Sextum genus est teda proprie dicta) Male haec. Vide Theoph. cap. 12. lib. III. hist. Tedae nomen πολύσημον est. Nunc enim pini resinosum et pingue lignum significat, τὴν δᾷδα, quod lucernae candelaeue loco vtitur: nunc arborem sui generis, ignotam Theophrasto, quam *Cambro* vocant Tridentini, Allobroges *Auvia*. Dalec. Vide *Salmas.* p. 505. a.

Et teda) Ignota haec Theophrasto arbos in Allobrogum et Italorum agro frequens. Pingitur a Dalecampio L. I. p. 47. *Pinus silvestris*, *Cembro* a Matthiolo appellatur, qui eam et ipse accurate delineat in Diosc. L. I. p. 106. H.

t. Lumini sacrorum etiam grata) Inde lustrales faces, quas Claudianus VI. Consulatu Honorii describit luculenter, *Lustralem sic triste facem, cui lumen odorum Sulphure*

taxat, ferunt et eam, quam Graeci fycen vocant, odoris grauiffimi. [1] Laricis morbus eft, vt teda fiat. *x.* Omnia autem haec genera accenfa, fuligine immodica, carbonem repente exfpuunt cum eruptionis crepitu, eiaculanturque longe: excepta larice *y.*, quae nec ardet, nec carbonem facit, nec

1. Pini Theophr.

phure caeruleo, nigroque bitumine fumat, Circum membra rotat, doctus purganda facerdos, Rore pio fpargens, et dira fugantibus herbis Numina, terrificumque Iouem, Triuiamque precatus, Trans caput auerfas manibus iaculatur in Auftrum, Secum rapturas cantata piacula tedas. Ouidius: *Vror vt inductae cerato fulphure tedae.* Vide quae notata funt cap. 25. lib. XXXV. Iuuenal. — *fi qua darentur Sulphura cum tedis.* Ab agitatione quae in orbem fiebat, ductum eft verbum *Circumferre* et *Circumferri.* Virgilius: — *ter focios pura circumtulit vnda.* Plaut. in Amphit. *SO. Quaefo quin tu iftam iubes Pro cerita circumferri:* — luftrati, περιμάττεσθαι, περιαττνίζεσθαι, καθαίρεσθαι. quod fieri ouis folitum, teda, fcilla, fulphure, carmine ad aurem infufurrato. Turneb. Adnot. cap. 15. IV. et cap. 10. IX. fed manibus prius rore pio, fiue expiatorio ablutis: quod Ariftophanes ἐν εἰρήνῃ χερνίπτεσθαι dixit. Apuleius lib. XI. Afini aurei de expiata naue: *Summus facerdos,* inquit, *teda lucida, et ouo, et fulphure, folemniffimas preces de cafto praefatus ore, quam puriffime purificatam deae nuncupauit.* Dalec.

Lumini facrorum) Ad faces, quae in facris ritibus accenduntur. Vnde et tedas faces ipfas vocamus. Apuleius Afin. aur. L. XI. vbi de expiata naue: *Sacerdos,* etc. vide fupra. H.

u. Hae, mares) E tedarum genere, mares dumtaxat. Sed et ταῖς πεύκαις id quoque fubnafcitur, quod συκῆν Graeci, hoc eft, ficum vocant, fi Theophrafto credimus hift. L. III. c. 10. H.

x. Vt teda fiat) Vt, inftar tedae, abundantiorem fuccum, refinamque fundat: eft enim ea copia exitiofa arbori. Haec de larice, quam πεύκην vocat, etiam prodidit Theoph. hift. L. III. c. 10. H.

y. Excepta larice) Theophraftus id de Fico adnafcente Pinis maribus: de Larice idem Vitruv. *Dal.*

Excepta

nec alio modo ignis vi consumitur, quam lapides. Omnia ea perpetuo virent z., nec facile discernuntur in fronde, etiam a peritis: tanta natalium mixtura est. Sed picea minus alta quam [1] larix. Illa crassior *a.*, leuiorque cortice, folio villosior, pinguior, et densior, molliorque flexu. At piceae *b.* rariora siccioraque folia, et tenuiora, ac magis *c.* algen-

V 5

1. *Larix: haec crassiori laeuiorique, vel, quod magis probo, larix, crassiori, etc. Dal.*

Excepta larice) Vitruuius eadem tradit conceptis verbis. *Larix vero*, inquit ille, L. II. c. 9. p. 35. *qui non est notus, nisi his municipibus, qui sunt circa ripam fluminis Padi, et litora maris Adriatici, non solum ab carie aut a tinea non nocetur: sed etiam flammam ex igni non recipit, nec ipse potest per se ardere, nisi vti saxum in fornace ad calcem coquendam, aliis lignis vratur; nec tamen tum flammam recipit, sed longo spatio tarde comburitur.* Eadem de larice Palladius L. XII. in Nouemb. tit. 13. Quae tamen valde vereor, vt vere dicta, nec temere credita sint a summis viris: nihil enim resiniferis arboribus, cuiusmodi in primis larix est, quae liquida resina turget, concipiendo igni aptius videtur. Abest ea sane dos à melesiis arboribus, quas veterum larices esse eruditi volunt. Harum enimuero carbo, praesertim in aerariorum officinis, mire expetitur. H.

z. *Omnia — virent*) At larici nostrae, siquidem Melesia ea sit, folia hieme decidunt: etsi coniferae arbores ceterae perpetuo virent. H.

a. *Illa crassior*) Nempe larix, quae Theophrasto πεύκη, vt diximus. Nam quae de larice Plinius, ea de πεύκη totidem verbis Theophr. L. III. c. 10. Καὶ τὰ φύλλα τὴν μὲν πεύκην ἔχειν πολλά, καὶ λιπαρά, καὶ δασέα, καὶ κεκλιμένα, *inflexa.* H.

b. *At piceae*) Quae Theoph. l. c. πίτυς. Τὴν δὲ πίτυν, inquit, ὀλίγα τε, καὶ πεφρικότα μᾶλλον, *pauciora, squalidiora, horridiora.* H.

c. *Et tenuiora ac magis algentia*) Legendum videtur *rigentia*, non *algentia*: cum vt opponatur illis, *mollior flexu*, tum quod sequitur paulo post, *pinguioribus foliis et simplicibus atque non rigentibus.* Appellat autem *folia rigentia*, subrecta, non procliuia in terram, ex Theophrasto libro tertio, capite 10. κεκλιμένα μᾶλλον,

algentia *d.*: totaque horridior est, et perfusa resina. Lignum abieti *e.* similius. [1] Larix vstis *f.* radicibus non repullulat, [2] picea repullulat, vt in Lesbo accidit, incenso nemore [3] Pyrrhaeo. Alia etiamnum generibus ipsis *g.* in sexu differentia. Mas breuior et durior *h.*: femina procerior, pinguioribus foliis et [4] simplicibus *i.*, atque non rigentibus. *k.* Lignum maribus *l.* durum, et in fabrili opere

1. *Totaque iucundi odoris resina perfusa est. Th. Rotaque Hermol.* 2. *pic. rep. d. in Hard. operarum incuria. Pinus. Th.* πεύκη. 3. *Pyrrhaeorum. Th.* 4. *mollib. Th.* ἁπαλοῖς.

λον, id est, inclinata magis, *simplicibus* autem, intelligo *mollibus* ex eodem. *Pint.*

d. Algentia) Πεφρικότα μᾶλλον. Theophr. cap. 10. lib. III. histor hispidiora. *Dalec.*

e. Lignum abieti) Piceae lignum similius; nec totius arboris formam fere aliam esse dixit sect. sup. Theophr. l. c. καὶ πίτυος τὰ ξύλα λευκότερα, καὶ ὁμοιότερα τῇ ἐλάτῃ. H.

f. Larix vstis) Laricem iterum vocat, quae Theophrasto πεύκη est: quae πίτυς, iterum piceam. Sic enim ille l. c. πεύκην μὲν γὰρ ἐπικαυθεισῶν τῶν ῥιζῶν οὐκ ἀναβλαστάνειν· τὴν πίτυν δέ φασί τινες ἀναβλαστάνειν· ὥσπερ καὶ εἰς Λέσβον ἐμπρησθέντος τοῦ Πυῤῥαίων ὄρους καὶ πιτυώδους. Eam ob caussam L. XXIV. s. 86. chamaepeucen sic appellatam tradit a similitudine foliorum cum larice. H.

g. Generibus ipsis) In sex commemoratis resiniferarum arborum generibus, sexus quaedam differentia est. H.

h. Mas breuior et durior) Addi debet, vt opinor, verbum *foliis*, ex Theophrasto, libro III. c. 10. *Et marem*, inquit, *breuiorem folioque duriorem*, *feminam proceriorem*, *foliis pinguem*, *mollem procliuioremque*. Pint.

i. Simplicibus) Apud Theophrast. l. c. ἁπαλὰ mollia: ἁπλῆ simplicia legisse Plinius videtur apud alium. H.

k. Non rigentibus) Non subrectis, sed languidis. H.

l. Lignum maribus) Haec iisdem verbis Theophr. l. c. Ἔστι δὲ τὰ ξύλα τοῦ μὲν ἄῤῥενος περιμήτρια, καὶ σκληρὰ, ἐν ταῖς ἐργασίαις στρεφόμενα· τῆς δὲ θηλείας εὐεργὰ, καὶ εὐστραβῆ, καὶ μαλακώτερα. Σχεδὸν δὲ κοινή τις ἡ διαφορὰ πάντων τῶν ἀῤῥένων καὶ θηλειῶν, ὧν οἱ ὑλοτόμοι φασίν· ἅπαν γὰρ

opere contortum: feminae mollius, publico discrimine in securibus. Hae in *m.* quocumque genere deprehendunt marem: quippe respuuntur, et fragosius *n.* sidunt, aegrius reuelluntur. Ipsa materies retorrida *o.*, et nigrior maribus radix *p.* Circa Idam *q.* in Troade et alia differentia est, montanae, maritimaeque. Nam in Macedonia et Arcadia *r.*, circaque Elin, permutant nomina, nec constat auctoribus, quod cuique generi attribuant: nos ista Romano discernimus iudicio. Abies è cunctis amplissima est, et femina etiam prolixior: materie mollior [1] vtiliorque *s.*, arbore rotundior, folio pinnato densa *t.*, vt imbres non transmittat, atque

1. *Vtiliorque. Arbor rotundior. M.* θηλοειδὴς, *camerata, in testudinem fornicata.*

γὰρ τὸ ἄῤῥεν τῇ πελεκήσει τραχύτερον καὶ ἐπεστραμμένον μᾶλλον, καὶ δυσεργότερον, καὶ τῷ χρώματι μελάντερον, etc. H.

m. Hae in) Secures in omni arborum genere deprehendunt quae arbos mascula, quae femina sit. H.

n. Fragosius) Maior, quum finditur, fit fragor, et in ictu haeret securis. H.

o. Ipsa materies retorrida et nigrior maribus radix) Dictio *radix* videtur superfluere ex eodem Theophrasto citato loco: *Omnis mas securi breuior et contortior, operique difficilior est: foemina procerior atque facilior.* Pint.

p. Nigrior — radix) Tota materies, non radicis modo, sed corporis ac ligni, nigrior in maribus esse a Theophrasto dicitur: καὶ τῷ χρώματι μελάντερον. H.

q. Circa Idam) Theophr. l. c. H.

r. Nam in Macedonia et Arcadia) Macedones Pinum diuidunt in marem, feminam, sterilem, Arcades nec sterilem agnoscunt, nec satiuam, sed siluestrem tantum, quam suis notis a Picea distinguunt. In Arcadia Picea pauca nascitur, in Eleo agro multa. Theophrast. Plinius negligenter hoc reddit. *Dalec.*

Nam in Macedonia) Theophrast. l. c. H.

s. Materies mollior vtiliorque) Operibus facilior, εὐεργεστέρα. Theophr. *Dal.*

t. Folio pinnato densa) Frons pinnas habet, superne

atque hilarior [1] in totum. E ramis generum horum panicularum *u.* modo nucamenta *x.* squamatim compacta dependent, praeterquam [2] larici. *y.* Haec abietis *z.* masculae, primori parte nucleos habent: non item feminae. Piceae vero totis paniculis, minoribus gracilioribusque, minimos ac nigros. *a.* Pro-

1. *Intuitu. Vet.* 2. *laricis. Dal.*

ne minores, tota specie camerata, Boeotorum galeis simili, tam densa, etc. Theophr. qui *pinnas* vocat ramos exporrectos alarum distentarum modo. *Dal.*

Folio pinnato) Folia pinnas auium referunt, tam densa, vt neque niuem, neque imbrem transmittant, inquit Theophr. l. c. Ἔχει δὲ ὥσπερ πτέρυγας τὸ φύλλον . . . πυκνὸν δὲ οὕτως, ὥςε μήτε χιόνα διϊέναι, μήθ' ὑετόν. Hic vero recte Constantinus obseruat, φύλλον vocari, non singula folia abietis, veluti capillamenta: sed eorum in singulis ramulis, surculisque, totam seriem pectinatim dispositam. Itaque hic φύλλον collectiue dicitur. H.

u. Panicularum) Panicula in arundinibus, milio, iuglandibus, aliisque, ea coma dicitur, in qua pendent semina. *L' épy du millet*, *les chatons des noyers*, *etc.* H.

x. Nucamenta) Coni, nuces, κύτταροι. Nucamenta pinea dicimus, *Pommes de pin.* H.

y. Praeterquam larici) Fallitur Plinius. Sui enim sunt et Larici coni, veluti Pino, sed minores et cupressinis similes. *Dalec.*

Praeterquam larici) Vnde intelligas haud certam satis coniecturam esse eorum qui laricem esse meleziam arbitrantur: sunt enim huic, vt pino, coni, etsi minores, cupressinisque similes. H.

z. Haec abietis) Haec nucamenta, inquit, in mascula abiete nucleos anteriore parte gerunt, qua sunt acuminata: in picea toto nucamenti corpore nuclei sparguntur, sed minimi, quos Graeci φθεῖρας vocant: vnde arbori nomen φθειροφόρος: neque enim, vt visum est Dalecampio ea vox φθεὶρ tantum pediculum sonat, sed et piceae nucleum: Hesychius: φθεὶρ, ὁ τῆς πίτυος καρπός. Eustath. in Il. β. φθεῖρες, τὰ μικρὰ ςρόβυλα. H.

a. Minimos ac nigros) Pediculis similes, aut pulicibus. *Dal.*

Propter quod Graeci phthiropheron eam appellant. In eadem nucamenta compreſſiora maribus ſunt, ac minus reſina roſcida.

XX. Similis his *b.* etiamnum aſpectu eſt, ne quid praetereatur, taxus, [1] minime virens *c.*, gracilisque et triſtis, ac dira, nullo ſucco, ex omnibus *d.* ſola baccifera. Mas noxio *e.* fructu. Letale quippe baccis, in Hiſpania *f.* praecipue, venenum ineſt. Vaſa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum eſt. Hanc [2] Sextius [3] ſmilacem *g.* a Graecis vocari dixit: et eſſe in [4] Arcadia *h.* tam praeſentis veneni, [5] vt qui obdormiant ſub ea *i.*, cibumue capiant, moriantur. Sunt

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. minus, in V. d. minus virens Gr. et Al.* 2. *ſic et Ch. Seſtius Gr.* 3. *milon. Th.* 4. *Narbonenſi Gallia Dioſc.* 5. *vt ſi qui dormiant. Vet.*

b. Similis his) Nempe reſiniferis arboribus, maxime vero abieti: ſed aſpectu tantum ſimilis, non reſina, nec ſquamato fructu. Taxus, *l' If.* H.

c. Minime virens) At noſtra taxus perpetuo viret, in Gallico caelo. H.

d. Ex omnibus) Nempe ex reſiniferis proxime memoratis. H.

e. Mas noxio) Manifeſtum eſt haec Plinium a Theophraſto non hauſiſſe: is enim hiſt. L. III. c. 10. taxi baccas edules eſſe et innoxias homini ſcribit: et ſane ſunt eiuſcemodi in Anglia, teſte Pena in Aduu. p. 450. H.

f. In Hiſpania) Etiam in Italia baccas venenatas eſſe Dioſc. prodidit: ſed falſo. Hon. Bouche, hiſt. L. I. c. 8. p. 49. experimento ſe comprobaſſe ait, largiorem taxi eſum equis eſſe letalem: bubus certe eſſe, ruſtici nobis liquido affirmarunt. H.

g. Smilacem) Dioſc. L. IV. p. 80. Σμίλαξ — Ῥωμαῖοι δὲ τάξον καλᾶσιν. A Sextio forte Dioſcorides, vt Plinius, hauſit. Et ſmilacem de ilice dici ſuperius vidimus, ſ. 8. H.

h. In Arcadia) Etiam in Narbonenſi Gallia, ſi Dioſcoridi fides, l. c. ἐν τῇ Ναρβωνίᾳ. Apud nos vmbra taxi minus aliquanto exitioſa eſt: dolorem modo capitis facit iis, qui diutius ſub ea haerent. H.

i. Vt qui obdormiant ſub ea)

Sunt qui et taxica hinc appellata dicant venena *k.*, quae nunc toxica dicimus, quibus sagittae tingantur. Repertum, innoxiam fieri, si in ipsam arborem clauus aereus adigatur.

XXI. (XI. *l.*) Pix liquida in Europa e teda coquitur *m.*, [1] naualibus *n.* muniendis, multosque *o.* alios

1. *Nauibus. Vet.*

ea) Plutarch. in Sympos. ἱςορῦσι γὰρ ὅτι καὶ σκιὰ σμίλακος ἀποκτείνει τὰς ἐγκαταδαρθέντας, ὅταν ὀργᾷ μάλιςα πρὸς τὴν ἄνθησιν. Lucretius: *Est etiam magnis Heliconis montibus arbos, Floris odore hominem tetro consueta necare.* Victorius cap. 22. XVIII. *Dal.*

k. *Taxica hinc appellata dicant venena*) Plaut. in Merc. *Certum est: ibo ad medicum, atque me ibi toxico morti dabo: Quando mihi adimitur, qua caussa vitam cupio vivere.* Dal.

Sunt qui et taxica) Quod ex arbore taxo sagittae fierent, quae venenis tingebantur, quibus inde toxicorum, siue taxicarum est appellatio indita. Liber mirac. S. Martini, laudatus a Du Cangio in Gloss. verbo, *Iuus: Est autem id genus arboris aptum spiculis et arcubalistis: vulgo enim dicitur Iuus.* Alii ἀπὸ τῶν τόξων toxica credunt appellata, quod iis venenis sagittas barbari tingebant: Diosc. in Alex. c. 20. Τὸ δὲ τοξικὸν δοκεῖ μὲν ὠνομάσθαι, ἐκ τῦ τὰ τόξα τῶν βαρβάρων ὑπ' αὐτῦ χρίεσθαι. H.

l. *Quibus modis fiant genera picis*) Theophrast. c. 2. et 3. lib. IX. hist. De resina et pice vide c. 20. lib. XIV. c. 1. lib. XXIII. c. 6. lib. XXIV. *Dalec.*

m. *Pix liquida in Europa e teda coquitur*) In libris legitur: *Pix liquida in Europa teda cogitur:* quod rectum est, id est, colligitur. Sequitur paulo post: *e teda omnia illa fiunt, e picea, etc.* haec inepta sunt et falsa. Vide *Salmas.* p. 504. a.

E teda) Sexto illo resiniferarum arborum genere de quo s. 19. Ex eo ignis vi pix elicitur. H.

n. *Naualibus*) Ita MSS. hoc est, omni nauigiorum generi et instrumento picando. H.

o. *Multosque alios ad vsus*) Pice liquata et in corpus affusa, flagitiosos homines olim cruciari solitos indicat hic Plauti versus ex Captiuis: — *at pol te hic si sapiet senex, Atra pix agitet apud carnifi-*

alios ad vſus. Lignum eius *p.* conciſum, furnis [1] vndique igni extra circumdato, feruet. [2] Primus ſudor aquae modo fluit canali: hoc in Syria *q.* cedrium *r.* vocatur: cui tanta vis eſt, vt in Aegypto corpora hominum *s.* defunctorum eo perfuſa ſeruentur.

XXII.

1. Vndique terra circumdatis igni feruet ex Theophraſt.
2. vt prim. ſud. aquae mo. fluat canali. Hoc e cedro in Syria cedrium. Vet.

carnificem, tuoque capiti illuceat. Dalec.

Alios ad vſus) Quos ipſe profeſet, L. XXIV. ſ. 23. H.

p. Lignum eius) Hunc picis conficiendae modum Theophr. quoque prodit hiſt. L. IX. c. 3. vbi multo prolixius tractatur. H.

q. Hoc in Syria cedrium vocatur) Senſus, qui poteſt ex his verbis colligi, eſt, primum illum ſudorem aquae modo fluentem e canali in Syria vocari cedrium ſiue ex teda, ſeu ex quouis ligno. At hoc falſum eſt, ſi Dioſcoride fidem habemus libro I. capite de cedro. Ex cedro namque tantum *cedrium*, aut *cedrinus liquor* dicitur. Aut igitur legendum: *Hoc e cedro cedrium vocatur:* aut additis aliquot verbis: *hoc in Syria e cedro cedrium vocatur.* Nam in Syria praeſtantiſſimas eſſe cedros Theophr. auctor eſt lib. V. c. 11. *Pint.*

Hoc in Syria) Nempe hic primus ſudor, *Poix vierge*: quod enim primum in omni liquore manat, id praeſtantiſſimum. Sic in oleo prima vnda preli ceteris anteponitur, L. XV. ſ. 2. H.

r. Cedrium) Quoniam Syri ex cedro tantum et terebintho picem vrunt: pino, picea, ceteriſque reſiniferis arboribus carent: teſte Theophraſt. hiſt. L. IX. c. 3. H.

s. In Aegypto corpora hominum, etc.) Vide cap. 5. lib. XXIV. Varius modus curandi funera apud diuerſas gentes fuit. Graeci, ſtatim ac exſpiraſſet qui obierat, calentis adhuc corporis membra dirigebant. Vide infra cap. 3. lib. XXI. et cap. 5. lib. XXIV. Victorium c. 20. lib. X. Muret. Var. lib. III. cap. 10. Alex. ab Alex. lib. III. cap. 7. qui copioſiſſime omnes omnium gentium mores in curandis funeribus tradidit. *Dalec.*

Vt in Aegypto) Haec Plinius ex Herodoto, Euterpe, L. II. n. 87. p. 121. adhiberi ad hos vſus prodente,

τὰ

XXII. Sequens liquor, craſſior iam, picem fundit. *t.* Haec rurſus in [1] cortinas aereas coniecta *u.*, aceto ſpiſſatur *x.*: [2] et coagulata *y.* Brutiae cognomen *z.* [3] accepit: doliis dumtaxat *a.*, vaſiſque ceteris vtilis, lentore ab alia pice differens *b.*: item

1. *Curtinas. M.* 2. *et coagulo. Ch.* 3. *accipit.*

τὰ ἐκ τῆς κέδρου ἄλειφαρ, quam τὴν κέδριν vocat. Vide et Diod. Sic. Bibl. L. I. p. 74. et ante ceteros Galenum, de fac. ſimpl. medic. L. VII. p. 187. Mortuorum ita condita cadauera, *Mumias*, et *Gabbaras* vocant. Et prior illa quidem appellatio vulgaris eſt, de qua alii ſatis multa. Poſterioris meminit Auguſtinus, ſerm. 120. de diuerſis c. 12. *Aegyptii ſoli credunt reſurrectionem, quia diligenter curant cadauera mortuorum: morem enim habent ſiccare corpora, et quaſi aenea reddere: Gabbaras ea vocant.* H.

t. Picem fundit) Quae proprie pix appelletur. Nam primus ſudor id nomen vix obtinet, liquidior. Haec pix ſicca, quae e liquida pice decoquitur: Ξηρὰ πίσσα Graecis, *Poix ſeche.* Nonnullis παλίμπισσα, quaſi pix iterum cocta, teſte Dioſc. L. I. c. 97. In Indice libri huius locus iſte ita ſignatur: *Quibus modis ſpiſſa pix fiat.* H.

u. Rurſus in cortinas aereas coniecta) Palimpiſſa vocatur Dioſcoridi. *Dal.*

x. Aceto ſpiſſatur, et coagulata Brutiae cognomen accepit) Archetypum Toletanum, *aceto ſpiſſatur vi coagulo, et Brutiae, etc.* Pint.

y. Coagulata) Talis Brutia et Lycia eſt Dioſcor. *Dal.*

z. Brutiae cognomen) In Brutiis, Straboni, oppidum Mamertium, et ſilua, quae optimam picem fert. *Dal.*

a. Doliis dumtaxat, etc.) Pugnat ſecum Plinius, qui cap. 7. lib. XXIV. ſcribit Brutiam medicinae vtiliſſimam eſſe. *Dal.*

Doliis dumtaxat) Non item naualibus, vt liquida. Nam alioqui multos habet in medicina vſus, vti dicetur L. XXIV. ſ. 23. H.

b. Lentore ab alia pice differens) Scrib. *Lentore ab alia pice differens: item colore rutilante et quod pinguior eſt reliqua illa omni. Fit e picea reſina.* Vult e teda picem cogi, quae piceae ſpecies eſt, e picea autem reſinam fieri quod eſt falſiſſimum. Vide *Salmaſ.* pag. 504. a.

Lentore) Haec enim viſci modo lenteſcit: qua dote alia pix caret, quae ſicca omnino eſt. Nam Brutia picis

item colore [1] rutilante *c.*, et quod pinguior est reliqua. [2] Omnia illa *d.* fiunt e picea, resina feruentibus [3] cocta lapidibus *e.*, in alueis validi roboris: aut si aluei non sint, struis [4] congerie *f.*, velut in carbonis

1. *Subruffo. Diosc.* 2. *Reliqua illa omni fit e pic. etc. Ch. Reliqua omnia illa picea resina feruent coacta M. Lego, E teda pinus et piceae illa fit. Resina feruentibus coquitur. Ex Diosc. et quod pinguior est. E teda omnia illa fiunt. E picea resina Gr. et Al.* 3. *coacta. Ch.* 4. *congerie, vel carbonis. Vsu haec, etc.*

picis ac resinae dotes in se colligit. Diosc. l. c. H.

c. Rutilante) Diosc. ὑπόκιῤῥος καὶ ῥητινώδης, subrutila et resinosa. H.

d. Omnia illa) Nempe pix liquida, et geminum siccae genus. Vide N. et Em. N. IV. (hic adi.) *Quod pinguior*) Sic restituimus ex certissima coniectura, et vetustiorum codicum admonitu. Nam in R. 1. Colb. Par. etc. sic totidem plane apicibus syllabisque legitur: Quae dum Salmasius in Solin. p. 504. sic emendat, *quod pinguior est reliqua illa omni. Fit e picea resina*, et Plinianum textum interpolat, et alienam a scriptoris mente sententiam, eamque falsissimam, vt ipse confitetur, eidem affingit: a qua quantum is abhorruerit, et ipsa per se oratio, et nostra, vt remur, interpretatio palam facit. Est enim sententia huius loci picem liquidam, et eam quae crassior est, spissaque dicitur, et eam quae Brutia nuncupatur, non e teda modo coqui, quod ante monuerat: sed et ex picea, quamquam diuersa ratione, fieri: nempe resina cocta. Quod ipse mox egregie constabilit, sect. sq. dum *aperiri piceam* tradit *e parte solari*, atque *item in teda* fieri. In libris hactenus editis legebatur, *Quod pinguior est. E teda omnia illa fiunt. E picea resina.* H.

e. Feruentibus cocta lapidibus) Eam Graeci φρυκτὴν vocant. *Dal.*

Feruentibus) Vnde haec frixa resina vocatur φρυκτὴ ῥητίνη, quam esse eamdem cum colophonia quidam putant. H.

f. Struis congerie) Confertis congestisque lignis, iisdemque luto caminatis quo plane modo fieri carbonem antea dictum est s. 8. Multo haec fusius Theophr. hist. L. IX. c. 3. H.

carbonis vſu. Haec in vinum *g.* additur, farinae modo tuſa, nigrior colore. Eadem reſina ſi cum aqua *h.* leuius decoquatur coleturque, rufo colore lenteſcit, ac ſtillatitia vocatur. Seponuntur autem *i.* [1] ad id fere vitia reſinae cortexque. Alia temperies ad crapulam. *k.* Namque flos crudus reſinae,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. in id Gr. et Al.*

g. Haec in vinum) Hac reſina frixa, vina condiuntur. Plinius, L. XIV. ſ. 24. *Reſina condire muſta vulgare eſt Italiae, prouinciiſque finitimis.* H.

h. Eadem reſina ſi cum aqua, etc.) Negligentius, breuiori tempore, minore cura. Hunc coctŭrae modum Dioſcorides non deſcripſit. *Dal.*

i. Seponuntur autem, etc.) Antequam reſina coquatur, liquatam eam prius colare oportet, vt ſpurcities eximatur ac ſeparetur. Dioſc. Lego, *ſeponuntur ante id fere vitia, etc.* Vide ſupra c. 20. lib. XIV. *Dal.*

Seponuntur) Ad picandum, inquit, condiendumque vinum eligitur vetuſtior, ac minus laudata, quae inſtar corticis et cruſtae dura eſt. Vide N. et Em. N. V. (hic conſp.) *Seponuntur etc.*) Sic MSS. omnes, R. Colb. Th. Chiffl. etc. Editi, *in id.* Sed et libentius fortaſſis agnouerit quiſpiam, *vetus reſina.* Nam Columella in hoc ipſo argumento verſatus, L. XII. c. 23. cui titulus, *De pice qua vtuntur Allobroges ad condituram vini picati. Picea, corticata appellatur*, inquit, *qua vtuntur ad condituras Allobroges. Ea ſic conficitur, vt dura ſit; et quanto facta eſt vetuſtior, eo melior in vſu eſt. Nam omni lentore miſſo facilius in puluerem reſoluitur, atque cribratur. Hanc ergo conteri ac cribrari oportet*, etc. H.

k. Ad crapulam) Crapula vini condimentum ex pice, reſina, reſinae flore, ſic dictum, quod vertigines et capitis dolorem facit, c. I. L. XXIII. Florem autem vocat tenuiſſimam, puriſſimam, et nitidiſſimam eius partem quae in ſuperficie exſtat vulnerati ligni. *Dal.*

Ad crapulam) Ad id faciendum quod crapulam vocant ii qui vina condiunt. Eſt porro flos crudus reſinae, vt diximus L. XIV. ſ. 25. reſina ipſa, nuper auulſa arbori, necdum paſſa coctŭram: eadem percocta, quo nunc dicitur modo, crapula nuncupatur. Haec porro

nae, cum multa [1] assula tenui breuique auulsus, conciditur [2] ad cribri minuta *l.*: deinde feruenti aqua, donec coquatur, perfunditur. Huius expressum *m.* pingue, praecipua resina fit, atque rara, nec nisi paucis in locis Subalpinae Italiae, conveniens medicis. Resinae albae congium *n.* in duobus aquae pluuiae coquunt. Alii vtilius putant sine aqua coquere lento igne tota die *o.*, [3] vtique vase aeris albi. Item terebinthinam in sartagine referuenti, hanc ceteris praeferentes. *p.* Proxima ex lentisco.

X 2 XXIII.

1. *Hastula. M. et Ch.* 2. *ad cribrum. Minuta dein. M. ad cribrum in minuta. Turn. Lego, ad cribrum minutum: deinde, etc. Ad cribrum deinde minuta. Vet. coquitur ad cibi minuta: Quidam.* 3. *vtrique. Vet.*

porro totidem verbis refert Diosc. L. I. c. 93. Pro assula, de qua L. XIII. s. 49. MSS. *astula* legunt: qua de voce dicemus sect. sq. H.

l. Conciditur ad cribri minuta) Quae ita minutatim conciditur, vt cribro excerni possit. Flos resinae crudus vcum astula excisus, δᾳς est, quod Plinius non intellexit. *Salmas.* pag. 502. a.

Ad cribri minuta) Ita minutatim conciditur, vt cribro excerni, siue, vt passim loquitur Theod. Priscianus, *cribellari* possit. H.

m. Huius expressum) Nempe quum coquitur, vt Plinius ait, L. XV. s. 7. velleribus super halitum eius expansis, atque ita expressis. In pice quod est ita expressum, florem picis Scribon. Largus appellat, Compos. 40. H.

n. Resinae albae congium) Resinae liquidae Dioscor. qui hoc coctionis genere eximie fieri albam tradit ὑγρὰν ἐκ κεραμίων. Liquidam Galenus vocat lib. VI. Methodi et lib. IV. tuendae valetudinis. *Dalec.*

Resinae albae) Quae ad crapulam parandam inprimis expetitur. Quid congius sit, vide L. XIV. s. 19. Quid aes album, L. XXXIV. s. 20. H.

o. Tota die) Triduo et sine intermissione si liquida est: sin arida, vnius diei spatio. Dioscor. *Dal.*

p. Hanc ceteris praeferentes) Hanc terebinthinam sub. sed non frictam. Cui bonitate secunda lentiscina. Dioscor-

XXIII. (XII.) Non omittendum *q.*, apud eosdem zopissam *r.* vocari derasam nauibus maritimis *s.* picem cum cera *t.*, nihil non experiente vita, multo efficaciorem ad omnia, quibus pices resinaeque prosunt, videlicet adiecto salis callo. *u.* Aperitur *x.* [1]picea e parte solari *y.*, non plaga *z.*, sed vulnere ablati

1. Πεύκη. *Th.*

Dioscorid. Suspicor Plinium φρυκτὴν ῥητίνην Graecorum, id est igne, non aqua coctam, existimasse in farragine frigi. *Dal.*

Hanc ceteris praeferentes) Plinius supra L. XIV. s. 25. de pice ac resina: *In Oriente optimam tenuissimamque terebinthi fundunt: deinde lentisci.* Vide et L. XXIV. s. 22. H.

q. Non omittendum) Haec ex Theophr. cap. 2. et 3. lib. IX. hist. *Dal.*

r. Zopissam) Diosc. L. I. c. 98. iisdem verbis: *Ζώπισσαν δὲ οἱ μὲν εἶπον τὴν ἐκ τῶν πλοίων ξυομένην ῥητίνην μετὰ τοῦ κηροῦ*, etc. Hanc in liniendis nauibus cum cera miscebant, vnde *ceratae puppes*, apud Ouidium, aliosque. H.

s. Derasam nauibus maritimis) Vide infra c. 7. lib. XXIV. *Dal.*

t. Cum cera) Inde ceratae naues, Ouid. XI. Metamorph. *Iamque labant cunei spoliataque tegmine cerae Rima patet.* Item II. de Remed. amoris, *Nec satis vna tenet ceratas anchora puppes.* Lucianus in dialogo Mercurii et Charontis, καὶ κηρὸν ὡς ἐπιπλάσαι τοῦ σκαφιδίου τὰ ἀνεῳγότα. Brod. cap. 13. IV. *Dal.*

u. Adiecto salis callo) Adstringente et resiccante vi. *Dal.*

Salis callo) Duritie quadam a sale siue marina aqua accepta, et adstringendi, siccandique vi. H.

x. Aperitur, etc.) Ad resinam eliciendam id fit. Theophrast. id ἀφελκοῦν, vlcerare et scalpere dicit, non vulnerare. *Dal.*

Aperitur picea) Ad eliciendam resinam. Haec fere sectio integra apud Theophrastum exstat, hist. L. IX. c. 2. H.

y. E parte solari) Qua solem aspicit. H.

z. Non plaga) Aliud plaga, aliud vulnus est. Plaga ἐντομή, vbi cutis laxatur, et scinditur. Vulnus τὸ ἕλκος, quando auellitur, distrahiturque a corpore: est enim ἕλκος ab ἕλκω, *traho.* Hic ergo vulnus est, quum cortex detrahitur, nec tantum incisione diuiditur. H.

ablati corticis, cum plurimum bipedali hiatu, vt a terra cubito quum minimum absit. *a.* Nec [1] corpori ipsi parcitur *b.*, vt in ceteris *c.*, quoniam [2] astula *d.* in fructu est. *e.* Verum haec terrae *f.* pro-

X 3 xima

1. *Corpori ipsi parc. non vt, etc. Dal.* 2. *assula earum in fr. Dal.*

a. Absit) Subintellige vulnus, et hiatus. Theophr. hist. L. IX. c. 2. Λεπίζουσι δὲ τὸ πρὸς ἥλιον μέρος ἐπὶ δύο ἢ τρεῖς πήχεις ἀπὸ τῆς γῆς. H.

b. Nec corpori ipsi parcitur) Plinius apud Theophr. cap. 2. lib. II. hist. legit, et recte, ἐν μὲν τῇ πεύκῃ ἀφελκωθείσῃ, ὅταν ἡ δορὰ ἐξαιρεθῇ, etc. In pino quidem quum detracto cortice corpus vulnerauerint: in picea et abiete quum lignum delibratum tantum scalpserint. *Dal.*

Nec corpori) Nec corticem, inquit, solum vellunt, sed in corpus ipsum, seu caudicem arboris securim impingunt: quoniam quae inde assula effringitur, eximiturque cum cortice, habet magnos vsus. H.

c. Vt in ceteris) In abiete, pinu, larice, quarum corpori parcitur, ne securis ictu violetur. Theophr. ἐν τῇ ἐλάτῃ, καὶ τῇ πίτυϊ, vbi sui oblitus πίτυος καὶ πεύκης vices dotesque permutat. H.

d. Astula) Ita MSS. omnes, pro *assula.* Astulas quoque dixit Plinius Valer. L. I. c. 39. *Tedas pingues,* inquit, *in astulas concides.* Hastulam filicis Celsus pariter dixit, L. V. c. 26. tit. *Curatio gangraenae.* Σχίδακας, Diosc. L. II. c. 83. Festus, *assulas. Fomites,* inquit, *sunt assulae ex arboribus, dum caeduntur, excussae.* Nostris, *éclat.* Hinc *assulatim* Plautus in Captiuis, Act. 4. sc. 2. v. 51. *Aperite hasce ambas fores, Priusquam pulsando vel assulatim foribus exitium affer.* In Mercat. act. 1. sc. 2. v. 20. *At etiam adsto? at etiam cesso foribus facere hisce assulas? Aperite aliquis.* H.

e. In fructu est) Vtilitatem habet. H.

f. Verum haec terrae proxima laudatur) Idaei, inquit Theophr. vbi arboris caudicem cortice spoliarint, quod parte solari fit, binis aut ternis supra terram cubitis, anno post confluxum succi pinguis et resinosi abundantissimum in plagam fieri arbitrantur (μάλιστα ἔνδαδον συῤῥοὴν) Eum vero quum securi detraxerint, secundo rursum anno resinoso succo vulnus

xima laudatur: altior amaritudinem affert. *g.* Postea humor *h.* omnis e tota confluit in hulcus *i.*: item in teda. *k.* Quum [1] id manare desiit *l.*; simili modo ex alia parte aperitur, ac deinde alia. Postea tota arbor succiditur, et medulla eius vritur. *m.* Sic et in Syria terebintho *n.* detrahunt cortices, ibi quidem

1. *Is: Alii.*

vulnus expleri, ac tertio pariter. Postea ob eas paulatim factas incisuras arborem extenuatam et putrefactam a ventis humi prosterni, ac eius medullam extrahi, quae maxime pinguis tedae faciendae idonea est. Hunc locum Plinius corrumpit. *Dal.* *Verum haec terrae proxima laudatur, altior amaritudinem affert)* Salmas. p. 502. a, b. Et circa finem eiusdem capitis. *Inter haec genera proprium quidam fecere sapinum, etc.* vsque ad finem multa hic animaduertenda et corrigenda vt et hoc legendum, *eiusdemque arboris imas partes quum sit illa arbor nihil aliud quam picea feritate paulum mitigata satu: sapinus autem materies caesa regenerescat, sicut docebimus.* Vide *Salmas.* pag. 503. b.

Verum haec) Astula, siue assula. H.

g. Amaritudinem affert) Resinam amariorem facit. H.

h. Postea humor) Resina quae ex tota manat arbore, vulnus explet. H.

i. Hulcus) Hulcus resinosum, ἔνδαδον, vt Idaei loquebantur. Theophr. *Dal.*

k. Item in teda) Vt e picea, inquit, sic etiam e teda, sexto nempe illo resiniferarum arborum genere, de quo s. 19. resina exprimitur: ac simili ratione vulnus coit. H.

l. Quum id manare desiit) Quum id ascia securiue abstulerint simili modo anno proximo resina iterum manat, ac deinde rursum alio. Posthac ob vulnera succisa arbore ventis facile putrefacta, deiicitur, ac tum medulla et trunci et radicum, quae maxime resinosa est, eximitur ad tedam, Theophr. *Dal.*

Quum id) Ita libri omnes: subintellige, vulnus, seu hulcus. H.

m. Medulla eius vritur) Teda ex ea facta candelarum vice. *Dal.*

Medulla eius) Quam arboris cor vocant. Haec pars faciendis tedis ob pinguedinem aptissima: ideoque tum vritur. Theophr. l. c. H.

n. In Syria terebintho, etc.) Theophrastus ait Syrios vulnerare Terebinthorum ramos

quidem et e ramis, ac radicibus, quum resina *o.* damnetur ex his partibus. In Macedonia *p.* laricem masculam vrunt *q.*, feminae radices tantum. Theopompus scripsit, in Apolloniatarum agro picem fossilem *r.*, non deteriorem Macedonica, inveniri. Pix optima *s.* vbique ex apricis; [1] Aquilonis

X 4

1. *Et Aquil. Dal.*

mos et caudicem, ad eliciendam resinam, meliorem tamen et largiorem confluere in caudicem, quam in ramos. *Dal.*

Sic et in Syria) Theophr. l. c. H.

o. Quum resina) Quum in Europae tractu, inquit, resina omnis damnetur, quae ex piceae, laricis, abietisque ramis ac radicibus elicitur: in Syria contra laudatur, quae ex iisdem terebinthi partibus manat. Hic Dalecampius, vt saepe alias, cespitauit. H.

p. In Macedonia) Macedones, inquit, ad exprimendam picem e larice, masculam quidem vrunt totam; feminae radices tantum: hac enim maxime parte resinosa est. Οἵ γε περὶ Μακεδονίαν, ἐδὲ τὴν πεύκην πιττοκαυτῦσιν, πλὴν ἄλλα ἢ τὴν ἄῤῥενα· τῆς δὲ θηλείας ἐάν τινας τῶν ῥιζῶν λάβωσιν· ἅπασα γὰρ ἔνδαδος πεύκη ταῖς ῥίζαις. H.

q. Laricem masculam vrunt) Ad picem conficiendam Theophr. Id quomodo fiat, intelligi non posse, tamquam oblitus sui Plinius tradit cap. 7. lib. XXIII. *Dal.*

r. Picem fossilem) Ea Pissaphaltum est, ita appellauit Theopompus nomine e vulgo sumpto. Nasci id in Apolloniatarum agro circa Epidaurium, ait Dioscorides. *Dalec.*

Picem fossilem) Πισσάσφαλτον intellexit, cui nomen ex cognatione picis ac bituminis, vt dicemus L. XXXV. s. 51. de eo prolixius ibi disputaturi. Picis fodinae *picariae* appellatae, de quibus Cicero in Bruto, n. 85. *Liberi societatis eius, quae picarias de P. Cornelio et L. Mummio Censoribus redemisset.* Et Vlpianus, Lib. L. Dig. tit. de verborum signific. l. *Inter publica: Vectigal salinarum, metallorum, et picariarum.* H.

s. Pix optima) Optima, inquit, quam aprica loca, et Aquiloni ostenta praebent.

nis situ. Ex opacis horridior, virusque praeferens. Frigida hieme *t.*, deterior, ac minus copiosa, et decolor. Quidam arbitrantur *u.* in [1] montuosis copia praestantiorem ac [2] colore, et dulciorem fieri, [3] odorem quoque gratiorem *x.*, dum resina [4] fit *y.*: decoctam *z.* autem minus picis reddere, quoniam in serum *a.* abeat: tenuioresque esse ipsas arbores *b.*, quam in planis: sed has et illas serenitate steriliores. Fructum *c.* quaedam proximo anno ab incisu largiun-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. montosis Gr. et Al.* 2. *coloratiorem. M.* 3. *odore quoque gratiore. Dal.* 4. *Sic et M. sit Gr.*

bent. Haec iisdem verbis Theophr. l. c. H.

t. Frigida hieme) Ὅταν ἰσχυρὸς χειμὼν Theophr. H.

u. Quidam arbitrantur) Theophrastus c. 2. lib. IX. et c. 12. lib. III. hist. *Dalec.*

Quidam) Theophr. l. c. H.

x. Odorem quoque gratiorem) Sinceriorem εἰλικρινεστέραν, Theophr. Plinius legit εὐωδεστέραν. *Dalec.*

y. Dum resina fit) De pice cruda id Theophr. non de resina. *Dalec.*

Dum resina fit) Ante nimirum, quam in picem coquatur, eo quo dictum est modo, s. 22. his verbis: *Omnia illa fiunt e picea, resina cocta.* Hunc locum Dalecampius, vt intelligeret, corrupit. H.

z. Decoctam) Seu frixam, vt diximus s. 22. Haec Theophrast. totidem verbis, tum hist. L. III. c. 10, tum L. IX. c. 2. H.

a. In serum) Vt lac, serescit. H.

b. Tenuioresque esse ipsas arbores) Tenuiorem esse resinam ex Idaea Pino Theophrast. ait, crassiorem ex maritima, non autem tenuiores esse arbores. Praeterea ex pari teda pluuio caelo largiorem, et serosiorem picem fieri, quam sicco: et ex gelidis ac opacis locis, quam ex tepentibus et apricis. *Dalec.*

Tenuioresque) Aliunde certe haec Plinius, quam ex Theophrasto, qui tenuiorem resinam fore, non arborem, dixit. Nec tamen abludit a veritate, quod de ipsis nunc arboribus proditur. H.

c. Fructum) Resinosum et pinguem confluxum. Theophrast. *Dalec.*

Fructum) Hoc est, resinam. Theophr. hist. L. IX. c. 2. H.

largiuntur, aliae secundo, quaedam tertio. Expletur autem plaga resina, non cortice, nec cicatrice, quae in hac arbore non coit. Inter haec genera [1] proprium quidam fecere [2] sappium *d.*, quoniam ex cognatione *e.* earum seritur, qualis dicta [3] est in nucleis *f.*: eiusque arboris imas partes tedas vocant: quum sit illa arbor nil aliud, quam [4] picea, [5] feritatis paulum mitigatae satu: sapinus autem *g.* materies caesarum e genere [6] sit, sicuti docebimus.

XXIV. (XIII.) Materiae enim causa reliquas arbores natura genuit, copiosissimamque fraxinum.

X 5 Proce-

1. *Propriam. M.* 2. *Sapinum. Turn. sapium Gr.* 3. *est nucleis. Eiusdemque. M. et Ch.* 4. *piceae feritatis paulum mitigatae satu: sapii autem materies caesa regenerata fit. M. Lego, e genere sit.* 5. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. feritate paulum mitigata Gr. et Al.* 6. *fiat Gr.*

d. Sappium) Ita MSS. R. Colb. Thuan. Glossae: *Sappinus*: πεύκη. Et *Sapinus*, πίτυς. H.

e. Ex cognatione) Ex cognatarum arborum semine, vt piceae, pinus, laricisque. H.

f. Qualis dicta est in nucleis) Supra c. 10. lib. XV. *Dalec. In nucleis)* L. XV. s. 9. vbi de nucibus pineis, nucleisque dictum est: vbi sappiniae nucis mentio, nempe e sappio arbore, et e satiua picea. H.

g. Sapinus autem) Sapinus, inquit, non arboris nomen est, sed materiei, e parte nimirum inferiore caesae iam abietis, et decorticatae: sicuti docebimus, s. 76. libri huius. Vide N. et Em. N. VI. (hic app.) *Sapinus)* Quem Plinius nunc signat locum, is nimirum est e s 76. libri huius, *Abietis*, inquit, *quae pars a terra fuit, enodis est: haec fluuiata decorticatur, atque ita sapinus vocatur.* Quo quum respexisse Plinium minime ambiguum sit, miror id fugisse Salmasium: tantumque deinde indulsisse eum coniecturae suae, vt legendum hoc loco pronunciarit, *Sapinus autem materies caesa regenerefiat*, in Solin. p. 903. quae nec Latina sunt, et a scriptoris mente abhorrent. H.

Procera haec ac teres: pinnata [1] et ipsa folio *h.*: multumque Homeri praeconio, et Achillis hasta *i.* nobilitata. Materies est ad plurima vtilis. *k.* Ea quidem, quae fit in Ida Troadis, in tantum [2] cedro similis *l.*, vt ementes fallat, cortice ablato. *m.* Graeci duo *n.* genera eius fecere: longam, enodem:

1. *Et ipso folio. M.* 2. *citro Gr. et Al.*

h. Pinnata et ipsa folio) Taxum similem esse τῇ ἐλατῇ Theophrastus ait c. 10. lib. III. histor. atque idem eodem c. tradit Abietis folium πτερύγας ἔχειν pinnatum esse: quod mouit Plinium, vt Fraxini folium, quam Milum esse putauit, pinnatum esse traderet. Legit nimirum loco τῆς μίλȣ apud Theophrastum τῆς μελείας. *Dal.*

Pinnata et ipsa) Sicuti de abiete diximus f. 19. Fraxinus, *le Frêne.* Pingitur a Dodonaeo, p. 821. H.

i. Achillis hasta) Apud Homer. Il. υ. v. 277. Πηλιὰς ἤϊξεν μελίη. Hinc apud Ouid. Metam. L. X. v. 93. *Et fraxinus vtilis hastis.* Hodieque oblongiores hastae, *les Piques*, ex maiore fraxino, βȣμελίᾳ, et ex corno fiunt. H.

k. Ad plurima vtilis) Vitruuius lib. II. cap. 9. *Dal.*

l. Citro similis) Materiae e qua fiunt citreae mensae pretiosissimae et pulcherrimae. *Dal.*

Cedro similis) Id vero Theophrastus, non de fraxino, seu μελίᾳ, sed de taxo, quae μίλος, refert. Vide N. et Em. N. VII. (hic pos.) *Ea quidem) Cedro* pro *citro* rescripsimus, tum vetustiorum codicum R. 1. 2. Colb. Th. etc. tum ipsius Theophrasti admonitu: etsi ea de fraxino, quae μελίαι Graecis, nunc commemorat, nominum similitudine forte delusus, quae ille de taxo seu μίλος. Sunt enim haec Graeci scriptoris verba, hist. L. III. c. 10. Ἡ δὲ μίλος ἐκ τῆς Ἴδης, ξανθὸν σφόδρα (ξύλον ἔχει) καὶ ὅμοιον τῇ κέδρῳ· διὸ καὶ τὰς πωλȣ̃ντας φασὶν ἐξαπατᾷν, ὡς κέδρον πωλȣ̃ντας πᾶν· γὰρ εἶναι καρδίαν, ὅταν ὁ φλοιὸς περιαιρεθῇ. Sed habet etiam fortassis hanc cum cedro cognationem Idaea fraxinus, quam ab aliis auctoribus acceptam nunc prodit. H.

m. Cortice ablato) De Taxo id Theophrastus cap. 10. lib. III. histor. *Dal.*

n. Graeci duo) Theophr. totidem verbis, hist. L. III. c. 11. H.

dem: alteram breuem, duriorem, [1] fuscioremque *o.*, laureis foliis. Bumeliam *p.* vocant in Macedonia amplissimam, [2] lentissimamque. *q.* Alii situ diuisere. Campestrem enim esse crispam *r.*, [3] montanam spissam. Folia earum iumentis mortifera *s.*, ceteris ruminantium innocua, Graeci prodidere. *t.* In Italia *u.*, nec iumentis [4] nocent. Contra serpentes *x.* vero succo expresso ad potum, et imposita hulceribus, opifera, ac nihil aeque, reperiuntur. Tantaque est vis *y.*, vt ne matutinas quidem, occiden-

1. *Flauioremque. Th.* 2. *lentam. Th. lego, latissimam.* 3. *leuem, montanam, scabram. Th.* 4. *nocet. M.*

o. Fuscioremque) Ita libri omnes: at Theophr. *flaviorem*, ξανθοτέραν. Forte Itali caeli foliue natura mutatus colos. H.

p. Bumeliam) Βουμελίαν, quam *fraxinum bubulam* vertit Gaza. Forte, quod fraxini folia ad boum pabulum reponuntur, ita prodente Columella L. VI. c. 3. Ego vero *fraxinum magnam* libentius dixerim: quod in compositionibus praefixa nomini ea vocula βου, significatum eius vocis auget, vt in βουσέλινον. H.

q. Lentissimamque) Teneram ac flexibilem. Vt *lenta salix* Virgilio dicitur. H.

r. Campestrem enim esse crispam) Theophrast. c. 17. lib. III. histor. *Dal.*

Campestrem) Theophr. l. c. H.

s. Iumentis mortifera) Id quoque de Taxo Theophrastus. *Dal.*

t. Graeci prodidere) Quorum in libris vereor ne μελίαν iterum pro μίλῳ, hoc est, pro taxo fraxinum legerit. De vi taxi venenata diximus, f. 20. H.

u. In Italia) Etiam boum pabulo, vt diximus, fraxineae frondes, cum vlmeis, populeisque autumno reponuntur. H.

x. Contra serpentes) Diosc. L. I. c. 108. περὶ μελίας, *de fraxino*. Τῶν φύλλων ὁ χυλὸς, καὶ αὐτὰ σὺν οἴνῳ πινόμενα, καὶ καταπλασσόμενα, ἐχιοδήκτοις βοηθεῖ. *Foliorum succus, et folia ipsa e vino pota, atque etiam imposita, viperarum morsibus opitulantur.* Th. Priscianus, L. I. c. 22. *de apum percussibus, vel scorpionum, ceterorumque serpentum: Et fraxini folia cum vino trita, bibenti dantur.* H.

y. Tantaque est vis, vt ne matutinas quidem occidentesve

cidentesue vmbras quamuis sint longissimae, serpens arboris eius attingat, adeo ipsam procul [1]fugiat. Experti prodimus *z.*: si fronde ea [2]gyroque claudatur ignis et serpens, in [3]ignes potius, quam in fraxinum fugere serpentem. Mira naturae benignitas, prius quam hae prodeant, florere fraxinum, nec ante conditas folia dimittere.

XXV. (XIV.) In tilia *a.* mas et femina differunt omni modo. *b.* Namque et materies [4]mari dura, [5]rufiorque *c.* ac nodosa, et odoratior *d.*: cortex

1. *Fuget. Vet.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. gyro claud. Gr. et Al.* 3. *sic et M. ignem Gr. et Al.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. maris Gr. et Al.* 5. *Flaua. Theophr.*

ve vmbras quam sunt longissimae, serpens arboris eius attingat) Verba temere et inordinate posita: videntur enim hoc modo esse legenda, *Tantaque est vis, vt ne matutinas quidem occidentesve vmbras arboris eius, quum sunt longissimae, serpens attingat.* Pint.

Tantaque) Simile est quod de σμίλῳ Callimachus affert apud Aelianum H. A. Libro IX. c. 27. vt μίλον rursum pro μελίᾳ accepisse Plinius videri possit, hoc est, taxum cum fraxino confudisse. H.

z. Experti prodimus) Plane aliter se rem habere, experiundo sibi compertum Charasius contestatur, L. de viperis, p. 115. viperam a se nimirum fronde fraxinea circumclusam, statutamque in medio, statim ad eam frondium struem insiluisse, ac sub eas abdidisse se. Alia forte vis est fraxineae frondi ingenita in Italo solo, caeloque, quam sit in nostro. De Vettonica Plinius idem tradit, L. XXV. s. 55. H.

a. In tilia) Theophr. hist. L. III. c. 10. Nostris *Tilleul*, et *tillau*. Graecis Φίλυρα. Pingitur a Lobelio recte in Obss. p. 606. H.

b. Differunt omni modo) Tota figura, ligni specie, foecunditate, Theophrast. c. 16. lib. III. histor. *Dal.*

c. Rufiorque) Theophr. ξανθή, quae vox interdum rubrum ex flauo sonat. Et mox: ἔτι δὲ εὐωδέστερον τῦ τῆς θηλείας τὸ ξύλον τῦ ἄῤῥενος. H.

d. Odoratior) De femina,

tex *e.* quoque craſſior, ac detractus inflexibilis. Nec ſemen fert, aut florem, vt femina *f.*, quae craſſior arbore, materie candida praecellenſque eſt. Mirum *g.* in hac arbore *h.*, fructum a nullo animalium attingi: foliorum *i.* corticiſque ſuccum eſſe dulcem. Inter corticem ac lignum tenues [1] tunicae multiplici membrana *k.*, e quibus vincula, tiliae vocantur: [2] tenuiſſimae earum philyrae *l.*, coronarum lemniſcis *m.* celebres, [3] antiquorum honore. Materies teredinem non ſentit, proceritate perquam modica, verum vtilis.

XXVI. (XV. *n.*) Acer *o.* eiuſdem fere amplitudinis,

1. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Dal. tenues tunicas Gr. et Al. 2. tenuiſſimum corium. Vet. 3. ſic ex MSS. em. Hard. antiquorum hoc. M. antiquorumque honore Gr. et Al.

na, id Theophraſt. c. 10. lib. III. hiſtor. *Dal.*

e. Cortex) Theophr. l. c. H.

f. Vt femina) Quae florem et fructum edit. Theophraſt. l. c. H.

g. Mirum) Theophr. H. Pl. L. I. c. 20. Ὁ δὲ καρπὸς οὐδενὶ βρωτός. H.

h. In hac arbore) Idem cap. 20 lib. I. *Dal.*

i. Foliorum etc.) Theophr. hiſt. L. III. c. 10. τὸ δὲ φύλλον, καὶ ὁ φλοιός, ἡδέα, καὶ γλυκέα. H.

k. Multiplici membrana) Idem c. 21. lib. III. hiſtor. *Dal.*

l. Philyrae) Vide Politianum cap. 27. Miſcell. *Dal.*

Philyrae) Vetus Horatii Interpres, in Oden vlt. L. I. *Philyra eſt cortex*, nempe tenuiſſimus, *tiliae arboris.* H.

m. Lemniſcis) Vide Turneb. Aduu. L. XVIII. c. 3. p. 536. et quae dicturi ſumus L. XXI. ſ. 4. H.

n. De aceris generibus decem) Vide Theophr. cap. 4. lib. XI. et XVII. lib. III. hiſtor. *Dal.*

o. Acer) Apud Theophr. Stagiritis, Sphendamnos: acer eſt neruoſum, et album; vulgo *bois blanc* vel *Plane* Zygias, Acer flauum et criſpum: Clinotrochos flauum et non criſpum: Olympicis vero Zygias montanum eſt, Sphendamnos et montanum et campeſtre: ac montanum quidem flauum, pulchrum, ſolidum, criſpum: Campeſtre, quod et Glinon vocant,

dinis, operum elegantia ac subtilitate [1] citro secundum. *p.* Plura eius genera. Album *q.* quod praecipui candoris, vocatur Gallicum in Transpadana Italia, transque Alpes nascens. Alterum genus *r.* crispo macularum discursu: [2] qui quum excellen-

1. *Sic et M. et Ch. Turn. et Cuiac. cedro Gr. et Al.* 2. *quod quum excellentius fuit. Ch.*

vocant, laxum, candidum, minus crispum. In hoc quoque genere marem a femina distinguunt, quod mas in planis potius nascatur, germinet citius, ligno sit crispiore et contorto. Campestria, e quibus Rumpotinum fit, Opulos Columella vocat, Insubres nunc *Opuli*, quod alibi monuimus. *Dal.*

Acer) In Indice, *aceris genera decem* spondet auctor: nunc fidem datam praestat. Primum enim est, Album seu Gallicum. 2. Pauonaceum. 3. Crassiuenium. Deinde genera bina, ex Graecorum campestri ac montano. Quae genera quinque, si in marem ac feminam singula diuidas, decem omnino efficient. De acere mare Plinius sect. sq. De campestri sexus vtriusque, Theophr. hist. L. III. c. 11. De montano item duplice, Plinius ipse plane modo. Graecis σφενδάμνος dicitur, nostris *Erable.* H.

p. Citro secundum) Atlanticae arbori, de qua diximus, L. XXIII. s. 29. Vide N. et Em. N. VIII. (hic coll.) *Citro)* Non *cedro*, vt in libris hactenus editis legebatur, praeter Parm. edit. quae vetustiorum codicum fidem sequuta, *citro* habet: quemadmodum et R. Colb. Th. Chiffl. etc. Martialis certe L. XIV. epigr. 90. cui lemma praefigitur, *Mensa acerna*, acerem cum citro confert. *Non sum crispa quidem, nec silvae filia Maurae: Sed norunt lautas et mea ligna dapes.* Et Plinius ipse sq. sect. de acere: *Si magnitudinem mensarum caperet: haud dubie praeferretur citro.* Sic enim exemplaria omnia, R. Colb. Chiffl. Th. tum edita typis, tum manu exarata praeferunt: etsi Turnebus Aduu. L. IV. c. 16. p. 118. *cedro* reponit. H.

q. Album) Est acer maius Valerii Cordi, de hist. plant. L. III. c. 5. Nostris *Sycomore*, et quibusdam *Plane*, a similitudine platani: et *Bois blanc.* H.

r. Alterum genus) Perperam corrigunt, *quod quum excellentius fuit:* nec enim ad

cellentior fuit, a similitudine caudae pauonum *s.* nomen accepit, in Istria, Rhaetiaque praecipuum. [1] E viliore genere, crassiuenium *t.* vocatur. Graeci situ discernunt. Campestre enim *u.* candidum esse, nec crispum, quod glinon *x.* vocant: montanum *y.* vero crispius, duriusque: etiamnum e mascula *z.* crispius

1. E molliore. M. E viliore. Cb. 2. alinon. Cb.

ad aceris genus id referri debet, sed ad venarum discursum, qui quum excellentior in illo aceris genere reperitur, pauonum caudae oculos imitatur, et inde nomen habet. *Salmas.* p. 506. a. Sequitur: *e viliore genere cursiuenium vocatur, Graecis* ἰνότροχον. *Dal.* ibid. *Alterum genus crispo, etc.)* Zygias Theophr. *Dalec.*

Alterum) Erable madré. Dalecampio, hist. plant. L. I. c. 28. opulus montana dicitur. Vidimus in horto Regio. Ouidio, Metam. L. X. v. 95. *Acerque coloribus impar.* H.

s. Pauonum) Fortassis *Pavonacei.* Dal.

Pauonum) Vt acer pauonaceum nuncuparetur. Sic et de citri maculis, L. XIII. f. 19. *Sunt*, inquit, *et undatim crispae: maiore gratia, si pauonum caudae oculos imitentur.* H.

t. Crassiuenium) Clinotrochos, Theophrast. *Dal.*

Crassiuenium) Ob crassiorem ac rudiorem venarum maculorumque discursum. Idem a Theophr. l. c. κλινότροχον vocatur, seu quod lecti ex eo fierent torno currente, seu quod rotulae ex eo tornarentur, subiectae pedibus lectorum. H.

u. Campestre enim, etc.) Sphendamni genus. *Dal.*

x. Quod glinon) Γλῖνον Theophr. hist. L. III. c. 11. γλεῖνον eidem, c. 4. Forte vilius acer vox ea sonat: nam Suidae γλίνη, ῥύπος, *sordes.* H.

y. Montanum) Sphendamni genus alterum. *Dal.*

z. E mascula) Hodie quoque lignatores Sequani, inquit Dalec. l. c. acer montanum mare feminaque distinguunt: colore magis flauo in mare, pallidiore in femina: ligno in mare duriore, venosiore, magisque crispo: in femina laxiore, molliore, solutioreque, ac minus crispo. Et mas quidem prius floret, quod Plinius quoque agnouit, f. sq. femina tardius. H.

crispius ad lautiora opera. Tertium genus zygiam *a.*, rubentem *b.*, fissili ligno, cortice liuido, et scabro. Hoc alii generis proprii esse malunt, et Latine carpinum appellant.

XXVII. (XVI.) Pulcherrimum vero est bruscum, multoque excellentius etiamnum molluscum. *c.* Tuber vtrumque arboris *d.* eius: bruscum intortius crispum: molluscum simplicius sparsum. *e.* Et si *f.* magnitudinem mensarum caperet, haud dubie praeferretur [1] citro. Nunc intra pugillares, lectorumque [2] filicios *g.*, aut laminas, raro vsu spectatur.

1. *Cedro.* *Turn.* *Cuiacius*, *citro*, *scribit et ita Ch.*
2. *solicios. Ch.*

a. Zygiam) Ζυγία Theophrast. hist. L. III. c. 11. Carpinum recte Gaza vertit. Vitruuius L. II. c. 9. p. 34. *Item Carpinus — — habet vtilissimam tractabilitatem. Itaque Graeci quod ex ea materia iuga iumentis comparant, quod apud eos iuga* ζυγὰ *vocitentur, item et eam* ζυγίαν *appellant.* Gallis, *Charme.* A Matthiolo pingitur in Diosc. L. I. p. 145. Gallia igni potius quam lautis operibus dicat. H.

b. Rubentem) Flauum, fissili ligno, platani modo, cortice paulo asperiore quam tiliae, subliuido, crasso Theophr. *Dal.*

c. Molluscum) Lignarii montis Iurae Abietum et Picearum candidissimos truncos: recto venarum discursu nec nodis interruptos ad opera faciles, adhuc vocant hodie *Louchon* et *Ouchon*, Theophrastus vero λεῖον, seruata vetusta dictione. *Dal.*

d. Arboris) Aceris. *Dal.*

Arboris eius) Nempe aceris. H.

e. Simplicius sparsum) Rectiori venarum discursu. *Dal.*

Simplicius) Recto ac simplice, non crispo aut contorto, venarum macularumque discursu, nec nodis interrupto. H.

f. Et si) Si mensarum ex eo tubere tanti orbes, quanti ex citro, forent: haud dubie citro praeferretur id aceris tuber. De magnitudine mensarum citrearum dictum est L. XIII. s. 29. De acerna mensa Martial. L. XIV. ep. 90. Vtraeque ex arboris suae tubere factae. H.

g. Lectorumque filicios) Porrectos inter eminentes sculpturas tabellarum velut abacos.

ctatur. E brusco fiunt et mensae nigrescentes. Reperitur et in alno tuber *h.*: [1]tanto deterius, quanto ab acere alnus ipsa distat. Aceris mares prius florent. Etiamnum in siccis natae praeferuntur aquaticis, sicut et fraxini. Est et trans Alpes arbor, simillima aceri albo [2]materia, quae vocatur staphylodendron. *i.* Fert siliquas, et in iis nucleos, sapore nucis [3]auellanae.

XXVIII. In primis vero materies honorata buxo est, raro [4]crispanti, nec nisi radice *k.*: cetero lenis

1. Et tanto. M. 2. materie. Ch. 3. abellanae. Ch. 4. crispanti, nec nisi radice. De cetero lenis quoque est materia silenti, et quadam duritia, ac. M. crispicanti Gr. et Al.

cos. Sed locus citra controversiam corruptus. Lego, *Lectorumque filaceas laminas*: scilicet luteas, flauas, qualis est Aceris color: qua voce vsus est Vitruuius cap. 5. lib. VII. Alii legunt, *Lectorumque scilicia aut laminas*: id est, secamenta, a *siciliendo*, id est, secando, quamuis rei rusticae scriptores peculiari significatione *sicilire* dicant secare, quae foeni feces praeterierunt. Apud Catonem *sicilimentum* pro foeno secto legitur. *Dal.* *Lectorumque filicios*) Lege. *Lectorumque solidos.* loquitur de brusco et mullusco quae et sunt aceris tubera. *Salmas.* pag. 416. a.

Silicios) Ita libri omnes, etiam scripti, et quos terimus, et quos Salmasius vidit, ipso prodente, in Solin. p. 416. Sed latet adhuc eius vocis significatus, nisi forte pro operimento laminae lectis mensisue addito, accipi quis velit. Quod indicare Plinius videtur, quum subiicit statim, *aut laminas.* Sunt qui *filaceas laminas* hic legant, hoc est, filis colore tinctas, qua voce Plinius iterum abutitur, L. XXXV. f. 32. H.

h. Reperitur et in alno tuber) Colore rubro, et macularum varietate, linearumque procursu excellens. Reperitur et in populo et in vlmo. *Dalec.*

Et in alno) Alnus, κλήθρα, *l' Aune.* H.

i. Staphylodendron) Pistaciam siluestrem alii vocant: Galli, *Nez coupés.* Pingitur a Dodonaeo, p. 806. Vidimus in horto Regio. H.

k. Nec nisi radice) Germani ex Gallia Narbonensi, locis Hispaniae finitimis, et praecipue montibus Pyrenaeis

lenis quies *l.*, materiae silentio quodam, et duritie, ac pallore commendabilis: in [1] ipsa vero *m.* arbore topiario opere. Tria eius genera: Gallicum, quod in metas *n.* emittitur, [2] amplitudinemque proceriorem. Oleastrum *o.* in omni vsu damnatum, grauem

1. *Ipsa vero arbor. Vet.* 2. *amplitudine procerius est. M.*

naeis, circa oppidum dictum *Limons* haud procul Carcassona, radicum buxi magnam copiam emunt, ob maculas varias, variosque et fluxosos linearum discursus ad opera lautiora expetitarum, quas seruato prisco vocabulo adhuc vocant *Brouchin et Brouchon.* Ex iis cochlearia pretiosa et cultellorum manubria faciunt, qui in monte Iura oppidum incolunt Diui Claudii nomine celebre. *Dal.*

l. Lenis quies) Pigra et tristis soliditas, oculos nullo fulgore excitans. *Dal.*

Lenis quies) Materiei perpetuus laeuor, qui et sit enodis, et crispo venarum discursu careat. Et quietem et silentium dici μεταφορικῶς hoc loco palam est. Buxus, *du Bouis.* Graeci πύξον vocant. H.

m. In ipsa vero) In arbore, inquit, ipsa, commendabilis maxime quies et patientia topiarii operis exhibendi, natura buxi tonsili. H.

n. In metas) In conum, et acuminatam arborem crescens. Herbarii buxum arborescentem vocant. H.

o. Oleastrum) Oleastrum, nisi mendosus locus sit, id buxi genus vocant, quod oleastri modo semper humile sit, ac vix vmquam in arbusculae magnitudinem assurgat: et quid reliquis generibus folium minus habet, quemadmodum oleastri folia, si cum oleo conferas, breuiora et angustiora sunt. Ego equidem prorsus deceptum fuisse Plinium, aut libertum eius scribam puto, et quum apud Graecum auctorem legisset secundum buxi genus ἄγριον ὅλον εἶναι, omnino siluestre et agreste esse, nec vtile materia, vt primum genus, nec vestiendis parietibus idoneum vt tertium, imo etiam abominandum foetore et grauitate odoris, incaute legisse ἀγριέλαιαν εἶναι oleastrum esse. *Dalec.*

Oleastrum) Genus id est nomenque buxi humilis, quale a Dodonaeo pingitur, Pempt. 6. L. II. c. 22. pag. 770. Nisi forte festinatio in legendo nimia Plinium transuersum

vem [1] praefert odorem. Tertium genus [2] nostrates vocant siluestre, vt credo, mitigatum satu: diffusius, et [3] densitate parietum; virens semper, ac tonsile. *p.* Buxus Pyrenaeis *q.*, ac Cytoriis montibus plurima, et Berecyntio tractu: crassissima in Corsica, [4] flore non spernendo *r.*: quae causa *s.* amaritudinis mellis. Semen illius *t.* cunctis animantibus inuisum. Haec in Olympo *u.* Macedoniae gracilior, sed breuis. Amat *x.* frigida, aprica. In igne quoque [5] duritia, quae ferro; nec flamma, nec carbone vtilis.

 XXIX.

1. Profert. Quidam. procul fert. Alii. fert. Vet. 2. *nostrates vocant siluestre. M.* 3. *densitati. Dal. id est, tegendis densa coma parietibus.* 4. *florem non ferendo. Vet. Lego, in Corsica, apibus florem non spernentibus, quae causa, etc.* 5. *duritia ferri, nec fl. nec carb. vtilis. M.*

versum egit, effecitque, vt quum ἄγριον ὅλον totum id siluestre buxi genus esse apud scriptorem aliquem Graecum inuenisset, vidisse se ἀγριέλαιαν putarit. H.

p. Ac tonsile) Et *tonsile buxetum* Martiali est, L. III. ep. 58. Tam densum illud, vt in hortis parietum vicem obtineat. H.

q. Buxus Pyrenaeis) Et Cyrene quoque, ἐν Κυρήνῃ, inquit Theophr. hist. L. III. c. 15. quam vocem cum Πυρήνῃ permutasse incaute Plinium, quidam falso putant. De Cytoro Virgil. Georg. L. II. v. 437. *Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum.* Nos de Berecynthio tractu, L. V. s. 29. H.

r. Non spernendo) Ob elegantem speciem, et iucundum colorem, ab apibus adeo non spernitur, vt vltro etiam appetatur. H.

s. Quae causa) Theophr. hist. L. III. c. 15. Διὸ καὶ τὸ μέλι οὐχ ἡδὺ, ὅζον τῆς πύξου. H.

t. Semen illius) Carthegon vocat c. 30. huius lib. *Dal.*

u. Haec in Olympo) Theophrast. l. c. H.

x. Amat) Theophr. l. c. Φύεται δ' ἐν τοῖς ψυχροῖς τόποις καὶ τραχέσι. *Nascitur locis frigidis, asperisque.* H.

XXIX. (XVII. *y.*) Inter has *z.* atque frugiferas, materie vitiumque amicitia, accipitur vlmus. Graeci duo eius genera nouere *a.*: [1] montuosam *b.*, quae sit amplior: campestrem, quae fruticosa. *c.* Italia Atinias vocat excelsissimas *d.*, et ex iis [2] siccanas praefert, quae non sint riguae. Alterum *e.* genus Gallicas. Tertium nostrates, densiore folio, et ab eodem [3] pediculo numerosiore. Quartum silvestre. Atiniae non ferunt *f.* [4] samaram *g.*: ita vocatur

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. montosam Gr. et Al.* 2. *siccaneas. praef. quae non sunt. Vet.* 3. *surculo. Vet.* 4. *Sic et M. samarim. Ch. Samara Gr.*

y. Genera quatuor) Columella cap. 6. lib. V. *Dal.*

z. Inter has) Inter siluestres, ac frugiferas. Inter siluestres quidem, bonitate materiae: inter frugiferas, affinitate vitium: hae enim maritantur vlmis, quae vuas, racemos, palmitesque sustinent, ac veluti partus suos ostentant. Vlmus, *l' Orme.* H.

a. Duo eius genera nouere) Theophr. c. 23. lib. III. histor. *Dal.*

Graeci duo) Theophr. hist. L. III. c. 14. H.

b. Montuosam) Theophr. Ὀρειπτελέα εὐαυξέστερος. Pingitur a Dodonaeo, Pemptad. 6. L. IV. c. 15. pag. 825. H.

c. Fruticosa) Ramis pluribus opaca, sed exiguis et breuibus. *Dal.*

Fruticosa) Frutici similis, θαμνωδέστερος. Iconem habet Lobelius in Obss. pag. 607. H.

d. Italia — excelsissimas) Nempe montuosas, quae sunt, vti dictum est, ampliores. Siccanae sunt, in siccis natae. Sic Columellae, L. II. c. 17. *Prati duo genera: alterum siccaneum, alterum riguum.* H.

e. Alterum) Gallicum genus ab Atinia, Columella non secernit. *Vlmorum, inquit, duo esse genera conuenit: Gallicum, et vernaculum. Illud Atinia, hoc nostras dicitur.* L. V. c. 6. p. 183. H.

f. Atiniae non ferunt) Columellae ferunt quidem, sed rariorem. *Dalec.*

g. Samaram) Columella, l. c. p. 184. *Atiniam vlmum, inquit, Tremellius Scrofa non ferre sameram, quod est semen eius arboris, falso est opinatus: nam rariorem sine dubio creat, et idcirco plerisque sterilis*

catur vlmi femen: omnefque [1] radicum plantis *h.* proueniunt: [2] reliquae femine. *i.*

XXX. (XVIII.) Nunc celeberrimis arborum dictis, quaedam in vniuerfum de cunctis indicanda funt. Montes amant cedrus *k.*, larix, teda, et ceterae, e quibus refina gignitur. Item aquifolia *l.*, buxus, ilex, iuniperus, terebinthus, populus *m.*, ornus *n.*, cornus, carpinus. Eft et in Apennino frutex, qui vocatur cotinus *o.*, ad [3] linamenta

1. *Radicibus plantatum. Dal.* 2. *reliqua. M.* 3. *lignamenta. Ch. ad lineamenta Gr. et Al.*

rilis videtur, feminibus inter frondem, quam prima germinatione edit, latentibus. At enimuero famaram Plinius vocat, non minutum illud femen quod fub foliis latitat; fed maiores baccas, quales in vlmo campeftri Lobelii delineatae apparent: quod hae folae in fatione vtiles. H.

h. Radicum plantis) Hoc eft, plantis cum radice ex vlmario vulfis: vt dicemus L. XVII. f. 9. et 15. Columella, l. c. *Nemo iam ferit ex famera, fed ex fobolibus.* H.

i. Reliquae femine) Siue famara, quam reliqua, praeter Atiniam, genera creant. De his enim Plinius, L. XVII. f. 15. *Vlmorum, priusquam folio veftiantur, famara colligenda eft circa Martias Calendas, quum flauefcere incipit.* H.

k. Montes amant cedrus) Theophraft. cap. 7. lib. II. c. 4. lib. III. c. 1. lib. IV. hift. *Dal.*

Montes amant) Theophr. Hift. Pl. L. III. c. 4. H.

l. Idem aquifolia) Parua nempe ilex, de qua f. 12. Ἀγρία h. l. a Theophrafto nuncupatur. H.

m. Populus) In planis haec magis nafcitur. *Dalec.*

Populus) At Theophr. hift. L. III. c. 1. populum vtramque, albam et nigram, lucos et aquas defiderare ait. Notum quoque Virgilii carmen, Ecl. 7. v. 65. *Fraxinus in filuis pulcherrima, pinus in hortis, Populus in fluviis, abies in montibus altis.* H.

n. Ornus) Virgil. Georg. L. II. v. 111. *Steriles faxofis montibus orni.* Ornus ea effe arbos exiftimatur, quae filveftris fraxinus Columellae. *Frefne fauvage.* Sed a βουμελίᾳ Macedonica difcrepat. H.

o. Cotinus) Coggyriam fupra vocauit, cap. 22. lib. XIII. Itali hodie vocant *Scotano*, Galli *Fuftet.* Hanc effe putant,

menta *p.* modo conchylii colore insignis. Montes et valles diligit abies *q.*, robur, castaneae, tilia, ilex, cornus. Aquosis montibus gaudent acer, fraxinus, sorbus, tilia, cerasus. *r.* Non temere in montibus visae sunt prunus, Punicae, oleastri, iuglans,

tant, quod Scytharion, tamquam Scythicum lignum, Graeci vocauerunt: alii Thapsum, alii Chrysoxylon, flavo melinoue colore, et lanas tingens, et capillum, Rhod. 24. XVIII. Apud Cratinum Hipponicus σκυθικὸς, id est, πυῤῥὸς vocatur. Interpres Theocriti ait eo ligno ἔρια βάπτεσθαι, μῆλα ποιεῖσθαι, τρίχας ξανθίζεσθαι, Asclepiademque id vocare, φυτὸν χλωρὸν, καὶ βάπτεσθαι ἐκ τούτου τὰ κροκοειδῆ. Paulus Aeginet. cap. 2. III. θάψον Rubiam exponit, perperam, vt sentio. Nam Rubiae tinctura subrubra est, non crocea. Quidam Glycyrrhizam vulgarem esse putant, cuius fructus aculeatus non est: quod in historia sua Dioscorides requirit ad eius coloris infecturam commodam, quam et *Scythicem* auctor vocat infra cap. 8. lib. XXV. Aristophanes in Vespis, γυναικὶ ζητέειν ἐοικὸς θαψινῇ. Plutarchus in Phocione, αἱ ταινίαι μὲν αἷς περιελίττουσι τὰς μυστικὰς κοίτας βαπτόμεναι θαψινὸν ἀντὶ φοινικοῦ χρῶμα καὶ νεκρῶδες ἀνήνεγκαν. Hoc loco θαψινὸν sepulchralem, ἀπὸ τοῦ θάπτειν intelligo, et atrum, non croceum, ἀπὸ τοῦ θάψου *Dalec.*

Cotinus) Est ea coriaria cotinus, quam Dodonaeus describit ac delineat, Pempt. 6. L. II. c. 19. p. 767. et 768. atque in Galliae plerisque Italiaeque montibus reperiri ait. Sabaudi vocant, *du fustet.* Anguillara, part. 4. p. 85. *Scotano* ab Italis appellari, radicem tingendis lanis pannisque purpureo colore vtilem tradit. Est et κότινος Graecis, nempe olea syluestris, quae ab hoc frutice multum discrepat. H.

p. Linamenta) Ad fila tantum vestesque lineas conchylii colore tingendas, idoneus. In editis hactenus libris perperam legebatur *lineamenta.* In MSS. *lignamenta.* H.

q. Diligit abies) Sic Theophr. hist. L. IV. c. 1. H.

r. Cerasus) Sic Palladius, L. XI. in Octobr. tit. 11. p. 152. H.

glans, [1] morus, sambuci. Descendunt *s.* et in plana, cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus. Subeunt et in [2] montuosa, vlmus, malus, pirus, laurus, myrtus *t.*, sanguinei frutices *u.*, ilex, tingendisque *x.* vestibus nascentes genistae. Gaudet frigidis sorbus *y.*, [3] et magis etiam betulla. *z.* Gallica haec arbor mirabili candore atque tenuitate, terribilis magistratuum virgis. *a.* Eadem circulis [4] flexibilis, item

 corbium

1. *Mori. Ch.* 2. *sic et Ch. montosa Gr. et Al.* 3. *sed magis. M.* 4. *flexilis Gr.*

s. Descendunt) Theophr. hist. III. c. 4. H.

t. Myrtus) Myrtum montanam Diosc. L. I. p. 133. reliquis generibus anteponit: etsi Virgilius canit Georg. L. IV. v. 124. esse *amantes litora myrtos.* Et L. II. v. 112. *Litora myrtetis laetissima.* H.

u. Sanguinei frutices) Tetragoniae, Theophrasto. Gaza vertit, *Quadratorias.* Sanguineam virgam auctor appellat c. 10. lib. XXIV. quo in loco et Sileris meminit. *Dalec.*

Sanguinei frutices) A colore corticis sanguineo nomen ei frutici inditum: hodieque vulgus *Sanguin* vocat. Ioh. de Ianua, in Cathol. *Sanguinus, quaedam parua arbor, quod cortex et fructus eius sit sanguinei coloris: vnde sanguinetum, locus vbi abundant sanguini.* Virgam sanguineam Plinius appellat, L. XXIV. s. 43. Haec Theophrast. l. c. θηλυκρανεία est, hoc est, cornus femina. A Dodonaeo delineatur, p. 770. H.

x. Tingendisque) Non genista quaelibet, sed quae a re ipsa *genista tinctoria* nominatur. Describit eam, delineatque Dodonaeus, p. 751. Galli vocant, *Fleur à teindre*, ou *Herbe à iaunir.* H.

y. Gaudet — sorbus) Pallad. L. II. in Ianuar. tit. 15. p. 44. *Amat loca humida, montana, et frigidis proxima, et solum pinguissimum.* H.

z. Betulla) *Du Bouleau.* H.

a. Terribilis magistratuum virgis) Vide Brissonium c. 14. lib. III. *Dalec.*

Magistratuum) Nunc quoque pueros virgis e betulla paedagogi terrent. His Consulares olim fasces plerumque constabant. Consulares, inquam: nam, vt recte Plinius, libro sup. s. 40. fasces Imperatorum laurus decorabat.

corbium [1] costis. *b.* Bitumen *c.* ex ea Galliae excoquunt. In eosdem situs comitatur [2] et spina, nuptiarum facibus *d.* auspicatissima, quoniam inde fecerint

1. *Sic et M. Turn. et Ch. sportis Gr. et Al.* 2. *et pinus. Vet.*

bat. Nunc betulla baculis praeterea scopisque nascitur. H.

b. Corbium costis) Sic MSS. omnes, et quos habemus prae manibus, et quos Turnebus laudat Aduu. L. IV. c. 16. p. 118. non *sportis*. Corbium costae veluti statumina sunt, crassioraque et firmiora vimina, quibus reliqua quae tenuiora subtilioraque firmantur, atque nectuntur. Vide inferius, s. 68. Sic *nauium costas* Plinius ipse superius dixit, L. XIII. s. 19. H.

c. Bitumen) Sane bitumine scatet: et in facibus resinosum quoddam emittit, picis instar nigrae. Matthiolus in Diosc. L. I. c. 93. H.

d. Spina, nuptiarum facibus, etc.) Quum ad maritum virgo prodiret, ingenuus patrimus, matrimusque puer ex alba spina facem accensam ferebat, eaque praelucente ad domum sponsi deducebat, more a priscis seculis tradito: quibus non nisi noctu et in tenebris vxorem aduenientem maritus excipiebat. Eam facem sub viri lecto posuisse, aut in sepulchro combussisse, tristissimum et inauspicatissimum credebatur. Alex. ab Alex. c. 5. II. Plautus in Casina: *Primum omnium huic lucebis nouae nuptae facem.* Vsi sunt et ad nuptiales faces pinu. Virg. *Nec mihi iam pingui sudabunt tempora myrrha, Pronuba nec castos accendet pinus honores.* Neque recte Parthenius, hoc loco impulsus, apud Catullum in Epithalamio pro *pineam quate tedam*, legit *spineam*. Ritum vxoris domum ducendae vide apud Brissonium cap. 18. lib. I. Vide et cap. 14. lib. III. et alium ritum nubentium apud Nonium. Rhodig. c. 15. XXVIII. Alex. ab Alex. cap. 5. Ouidius: *Exoptat pueros spinea teda Deos.* Dal.

Et spina) Non quaelibet, sed ea modo, ex qua fieri in nuptiis solitae faces, hoc est, spina alba: vt Varro testatur de vita populi Rom. apud Nonium L. II. c. 2. n. 340. Et Festus, verbo *Patrimi. Patrimi et matrimi pueri praetextati tres nubentem deducunt: vnus, qui facem praefert ex spina alba, quia noctu nubebant: duo qui tenent nubentem.* Ideo autem spina alba adhibita, quod pollere

cerint paſtores qui rapuerunt Sabinas, vt auctor eſt Maſurius. Nunc facibus carpinus et corylus *e.* familiariſſimae.

XXXI. Aquas odere cupreſſi, iuglandes, caſtaneae, laburnum. *f.* Alpina et haec arbor, nec vulgo nota, dura ac candida materie, cuius [1] florem cubitalem longitudine apes non attingunt. Odit et quae appellatur Iouis barba *g.*, in opere topiario tonſilis, et in [2] rotunditatem ſpiſſa, argenteo folio. Non niſi in aquoſis proueniunt ſalices *h.*, alni, populi, ſiler *i.*, liguſtra *k.* teſſeris *l.* vtiliſſima. Item vacci-

1. *Floris cubit. longitudinem.* 2. *rotunditate. Dal.*

pollere ea plurimum in auertendis malis noxis crederetur, teſte Naſone, Faſt. L. VI. *Sic fatus, ſpinam qua triſtes pellere poſſet A foribus noxas, haec erat alba, dedit.* Et mox: *Virgaque Ianalis de ſpina ſumitur alba* etc. Varro denique in Aetiis, apud Cariſium, L. I. p. 117. *Fax ex ſpina alba praefertur, quod purgationis cauſa adhibetur.* H.

e. Corylus) De corylo diximus, L. XV. ſ. 24. E coryli genere auellana eſt. H.

f. Laburnum) Eſt hoc Dalecampii Laburnum alterum, ab eo pictum hiſt. Pl. L. I. c. 36. p. 104. De eo plura dicemus L. XVII. ſ. 35. H.

g. Iouis barba) Hic frutex recte a Dalecampio pingitur, hiſt. Pl. L. II. c. 35. p. 194. Nondum in certi nominis Gallica lingua poſſeſſionem venit. In Baeterrenſi Galliae agro frequens, ipſo teſte: et in Italia iuxta Liuornam, ita prodente Anguillara. H.

h. Salices) Les Saules. Cato de R. R. c. 9. p. 14. *Salicta locis aquoſis, humectis, vmbroſis propter amnes ibi ſeri oportet.* Virg. Georg. L. II. v. 110. *Fluminibus ſalices, craſſiſque paludibus alni Naſcuntur.* H.

i. Siler) Vide infra c. 10. lib. XXIV. *Dalec.*

Siler) Fruticem vocat L. XXIV. ſ. 44. ex quo baculos ruſtici conficiunt, ad ſerpentes fugandos. Anguillara latifoliam eſſe ſalicem putat, cuius e cinere, ſulfure et aphronitro mixtis, puluis efficitur excutiendis tormentis bellicis. Sed verius fruticem ignotum remur. H.

k. Liguſtra teſſeris vtiliſſima) Alexander ab Alexandro

vaccinia m., Italiae [1] mancupiis n. sata: Galliae vero etiam

1. *In aucupiis Gr. et Al.*

dro cap. 21. III. tesseras hic lusorias interpretatur: ego vero lignea signa, vinum, frumentum, oleum, aut aliud quippiam eiusmodi significantia et promittentia, quibus in congiariis et publicis largitionibus Imperatorum vtebantur. De tessera militari vide apud eumdem scriptorem c. 24. *Dal.* *Ligustra*) Gallis, *Treosne*. Pingitur a Matthiolo, in Diosc. L. I. p. 170. H.

l. Tesseris) Nempe vel militaribus, vel iis quas imperatores in publicis largitionibus viritim dabant. His enim frustis ligni quadratis, certa insignitis, notatisque forma, qui a principe donati erant, ius eis deinde fuit petendi frumenti publici. H.

m. Item Vaccinia, etc.) Lege: *Item Vaccinia Italiae mancupiis sata, Galliae vero etiam purpurae tingendae causa ad seruitiorum vestes.* Ideo *satam mancupiis* dicit, quod mancupiorum pubertatem tardaret, idque vtile erat mangonibus, vt quam diutissime venales suos impubes conseruarent. Vaccinium, id est, hyacinthum, in Gallia seri dicit tingendae purpurae ad seruorum vestes. Dixerat supra in Gallia hyacintho hysginum tingi, hic purpuram vaccinio infici scribit; atqui hyacinthus et vaccinium idem: ergo purpureus et hysginus color idem, qui et hyacinthinus. Vide *Salmas.* pag. 272. b. 1225, a. *Item Vaccinia)* Constantinus e Turnebo legit: *Italia mancipiis sata: quia mangonio Vaccinii fardatur corporis pubertas, quod erat venalitiis vtile.* Ego vero si eam lectionem probarem, rationem potius ex sequentibus verbis afferrem, quia vaccinii succo tingantur seruitiorum vestes in purpurae colorem. Praeterea tardior pubertas iis vtilis non erat, sed dominis, et mangonibus, quod pluris eos nondum barbatos venderent. Constantinus putat Vaccinium fuisse Hyacinthum: ego vero arbusculam in sepibus frequentem, quam *Magaleb* quidam vocant. Vide c. 26. lib. XXI. Plinius certe Vaccinium arbusculam perperam loco citato Hyacinthum reddit, eamque inepte cum Hyacintho bulbosa herba confundit. *Dalec.*

n. Italiae mancupiis) MSS. editique libri, *in aucupiis*, praeferunt, manifesto errore, quem Turnebus ante nos

iam [1] purpurae tingendae *o.* causa ad seruitiorum vestes. Quaecumque communia *p.* sunt montibus planisque, maiora sunt, [2] aspectuque pulcriora in campestribus; meliora materie, crispioraque in montibus: exceptis malis, pirisque.

XXXII. (XIX.) Praeterea arborum *q.* aliis decidunt folia: aliae sempiterna coma virent. Quam differentiam antecedat necesse est prior. Sunt enim [3] arbores quaedam vrbaniores *r.*: quas his placet nominibus distinguere. [4] Hac mites, quae fructu, aut aliqua dote, vmbrarumue officio [5] humanius [6] iuuant, non improbe dicantur vrbanae.

XXXIII.

1. *Purpureae. M. Lego, purpuram purpurae tingendae. Turn. c. 16. IV. Aduers. et Ch. In Gallia vero etiam purpurea, tingendi causaGr. et Al.* 2. *aspectu, pulcrioraque. Ch.* 3. *arborum quaedam omnino siluestres, quaedam vrbaniores Gr. et Al.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Eae mites. M. Ergo mites Gr. et Al.* 5. *humanos. Dal.* 6. *viuunt, non impr. dicuntur. M.*

nos vidit, Aduu. L. IV. c. 6. p. 118. Emendationis causam repetit ex Plinii verbis L. XXI. s. 97. quam et nos probamus. Geminum itaque distingui vaccinium a Plinio scito: Italicum alterum, quod mancupiis seratur: alterum Gallicum, siue hyacinthum, qui et gladiolus vocetur, de quo dicemus L. XXI. s. 97. H.

o. Purpurae tingendae) Sic MSS omnes. Vitruuius L. VII. c. vlt. p. 148. *Vaccinium temperantes, et lac miscentes, purpuram faciunt elegantem.* H.

p. Quaecumque communia) Theophrastus cap. 4. et 11. lib. III. hist. *Dal.*

Quaecumque) Theophr. hist. L. III. c. 4. Ἅπαντα δὲ ὅσα κοινὰ τῶν ὀρῶν καὶ τῶν πεδίων, μείζω μὲν καὶ καλλίω τῇ ὄψει τὰ ἐν τοῖς πεδίοις γίνεται, κρείττω δὲ τῇ χρήσει τῶν ξύλων καὶ τῶν καρπῶν, τὰ ὀρεινὰ, πλὴν ἀχράδος, καὶ ἀπίου, καὶ μηλέας, αὗται δὲ ἐν τοῖς πεδινοῖς κρείττους, οὐ μόνον τοῖς καρποῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ξύλοις. H.

q. Praeterea arborum, etc.) Theophr. c. 14. l. I. hist. *Dal.*

r. Quaedam vrbaniores) Idem cap. 16. lib. eod. *Dal.*

XXXIII. (XX. *s.*) Harum generi *t.* [1] non decidunt: oleae, lauro, palmae, myrto, [2] cupresso, pinis, ederae, [3] rhododendro, et (quamuis herba *u.* dicatur) sabinae. Rhododendron *x.*, vt nomine apparet, a Graecis venit. Alii nerion vocarunt, alii rhododaphnen, [4] sempiternum fronde, rosae similitudine, caulibus fruticosum. Iumentis *y.* caprisque et ouibus venenum est. Idem homini *z.* contra serpentium venena remedio. (XXI.) Silvestrium *a.* generis folia non decidunt abieti, larici,

1. *Folia non.* *Dal.* 2. *cupressis.* *Ch.* 3. *rhododendro, et quamuis her. dicatur sabinae. Rhododendron. Man. Ch. Mercerus. Alii, Et quamuis herba, durant. Sabinae. Rhod. etc. Rhododendro. Et quamuis herba dicatur sabina rhod. Gr. et Al.* 4. *sempiterna. Vet.*

s. Quibus folia non decidunt) Theophr. cap. 15. lib. I. hist. *Dal.*

t. Harum generi) Hoc est mitiorum e genere, et vrbaniorum. Theophr. hist. L. I. c. 19. Eadem habet auctor Geopon. L. XI. c. 1. p. 305. H.

u. Quamuis herba) Herba, inquit, vocatur, inter frutices tamen numeranda. Virgilius in Culice: *Herbaque thuris opes priscis imitata Sabinis.* Arborem tamen δένδρον Dioscorides vocat, L. I. p. 104. Sed quoniam pumila est, et coactae breuitatis, herbam Romani appellauere. Dicemus de ea vberius, L. XXIV. s. 61. H.

x. Rhododendron) Lucius Apuleius *roseam lauream* appellat. *Dal.*

Rhododendron) Lauream rosam Apuleius vocat. Ῥοδωνίαν Theophr. hist. L. I. c. 15. Diosc. L. IV. c. 82. Νήριον, οἱ δὲ ῥοδοδάφνη, οἱ δὲ ῥοδόδενδρον θάμνος, etc. Pingitur a Matthiolo, in Diosc. L. IV. p. 1103. Gallis, *Laurier rose.* Italis, *oleandro*, teste Anguillara, L. de simpl. par. 4. p. 82. H.

y. Iumentis) Diosc. l. c. et Galen. de fac. simpl. medic. p. 215. Prudentius in Hamartigenia, v. 232. *Noxius in teneris sapor aestuat ecce frutetis: Cum prius in innocuas tulerit natura cicutas: Roscidus et viridem qui vestit flos rhododaphnen, Pabula lasciuis dederit sincera capellis.* H.

z. Idem homini) Diosc. l. c. H.

a. Siluestrium) Theophr. hist.

ci *b.*, pinaſtro, iunipero, cedro, terebintho, buxo *c.*, ilici *d.*, aquifolio *e.*, ſuberi, taxo, tamarici. *f.* Inter vtraque *g.* genera ſunt adrachne in Graecia *h.*, et vbique vnedo. *i.* Reliqua enim folia decidunt his, praeterquam in cacuminibus. Non decidunt autem *k.* et in fruticum [1] genere cuidam rubo, et calamo. *l.* In Thurino agro *m.*, vbi Sybaris fuit, ex ipſa vrbe proſpiciebatur quercus vna, numquam folia dimittens, nec ante mediam aeſtatem germinans. Idque mirum eſt, Graecis auctoribus proditum,

1. *Quibuſdam rubo. M. Theophr. c. 15. l. I. hiſt.*

hiſt. L. I. c. 15. et L. III. c. 4. H.

b. Larici) Meleziae arbori, quam eſſe laricem quidam volunt, decidunt hieme folia: et quidem ſoli, e coniferis arboribus. H.

c. Buxo) *Perpetuoque virens buxus.* Ouid. Metam. L. X. v. 97. H.

d. Ilici) Πρίνῳ, Theophr. ll. cc. H.

e. Aquifolio) Ἀγρίᾳ, Theophr. hiſt. L. I. c. 15. De ea diximus, ſ. 12. H.

f. Tamarici) Folia tamarici omnia in hortis noſtris hieme delabuntur. De eo diximus L. XIII. ſ. 47. H.

g. Inter vtraque) Inter ἀείφυλλα videlicet, et φυλλοβόλα, ea, quae perpetuo virent, et quibus folia decidunt. Sic Theophr. hiſt. L. I. c. 15. Δοκεῖ δὲ ἡ ἀδράχνη, καὶ ὁ οἴναρος (forte rectius, ὁ κόμαρος) τὰ μὲν κάτω φυλλοβολεῖν, τὰ δὲ ἔσχατα τῶν ἀκρεμόνων ἀείφυλλα ἔχειν. *Folia infima demittunt, cacuminibus perpetuo virent.* De adrachne et vnedone diximus, L. XIII. ſ. 40. H.

h. Adrachne in Graecia) Vide ſupra c. 13. l. XXII. *Dalec.*

i. Vnedo) Οἴναρος Theophraſt. c. 15. lib. I. hiſtor. quae eadem et κόμαρος dicitur. *Dal.*

k. Non decidunt autem) Idem ibid. *Dalec.*

l. Et calamo) Hoc eſt, arundini. Theophr. l. c. τῶν δὲ θαμνωδῶν, βάτος, ῥάμνος, κάλαμος. H.

m. In Thurino agro) Sybari, qui nunc Thurii dicuntur. Varro cap. 7. lib. I. de re ruſt. vbi et de Elephantine. *Dal.*

In Thurino) Theophr. l. c. H.

ditum, apud nos poſtea ſileri. *n.* Nam locorum tanta vis eſt *o.*, vt circa Memphim Aegypti, et in Elephantine Thebaidis nulli arbori decidant, ne vitibus quidem.

XXXVI. (XXII.) Ceterae omnes extra praedictas, (etenim enumerare [1] longum,) folia deperdunt: obſeruatumque non areſcere, niſi tenuia, et lata, et mollia. Quae vero non [2] decidant, callo craſſa *p.*, et anguſta eſſe. Falſa definitio eſt *q.*, non decidere his, quarum ſuccus pinguior ſit. Quis enim poteſt in ilice intelligere? Decidere Timaeus Mathematicus Sole Scorpionem tranſeunte, ſideris vi, et [3] quodam veneno aëris, putat. Cur ergo non eadem cauſa [4] aduerſum omnes polleat, iure miremur. Cadunt plurimis autumno. Quaedam tardius amittunt *r.*, atque in [5] hiemes prorogant moras. [6] Neque intereſt *s.* maturius germinaſſe:

1. *Longum eſt Gr.* 2. *decidunt. M.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. quodam veneno Gr. et Al.* 4. *aduerſus. Ch.* 5. *hiemem Dal.* 6. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. nec Gr. et Al.*

n. Apud nos — ſileri) Recitat tamen Varro de R. R. L. I. c. 7. p. 51. H.

o. Nam locorum tanta vis eſt) Theophr. cap. 6. et 15. lib. I. hiſtor. *Dal.*

Nam locorum) Theophr. et Varro, ll. cc. H.

p. Callo craſſa) Corpore, carne, et quadam veluti pulpa. H.

q. Falſa definitio eſt) Adverſatur Theophr. cap. 15. lib. I. hiſtor. *Dal.*

Falſa) Theophr. hiſt. L. I. c. 15. ea perpetuo virere ait, quae et anguſtiore folio et pinguitudine quadam praedita eſſent, et odore iucundo: quum abſint hae dotes ab ilice. Πάντα δὲ τῶν ἀλλων τὰ ἀείφυλλα, ϛενοφυλλότερα, καὶ ἔσχοντά τινα λιπαρότητα καὶ εὐωδίαν. H.

r. Quaedam tardius amittunt) Theophr. ibid. *Dal.*

Quaedam tardius) Theophraſt. hiſt. L. I. c. 15. H.

s. Neque intereſt) Haec verbis totidem Theophr. l. c. H.

nasse: vtpote quum quaedam primae germinent, et inter nouissimas nudentur; vt amygdalae, fraxini, sambuci. Morus [1] autem *t.* [2] nouissima germinat, cum primis folia dimittit. Magna et in hoc vis soli. *u.* Prius decidunt in siccis macrisque: et [3] vetustae prius arbori: multis etiam, antequam maturescat fructus. In serotina [4] ficu, [5] et hiberna piro, et malo granato est pomum tantum *x.* aspici in matre. Neque his autem *y.*, quae semper retinent comas, eadem folia durant: sed subnascentibus aliis, tu arescunt vetera: quod euenit circa [6] solstitia maxime. *z.*

XXXV. Foliorum vnitas *a.* in suo cuique genere per-

1. Item noger et cum. Dal. 2. nouissime. Gr. 3. vetustate. Cb. 4. fico. Cb. 5. et pyrastro Achrade. Theophr. 6. sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Cb. Quod euenit circa solstitium. Maxime fol. Gr. et Al.

t. Morus autem) Theophr. l. c. H.

u. Vis soli) Δοκεῖ δὲ καὶ ἡ χώρα συμβάλλεσθαι καὶ ὁ τόπος ὁ ἐνικμὸς πρὸς τὸ διαμένειν, etc. Theophr. l. c. In libris quibusdam, *vis solis*, male: quum sequatur proxime causa eiusce placiti: *Prius decidunt in siccis, macrisque.* H.

x. Pomum tantum) Decussis hieme foliis vniuersis, arbori adhuc pomum adhaerescit. H.

y. Neque his autem) Theophrast. l. c. H.

z. Circa solstitia maxime) Ita MSS. omnes. Apud Latinos, qui caste integreque in eloquendo versati sunt, non dicitur solstitium fere, nisi de aestiuo. Nam tametsi motus eadem proportio cum hiberno, tamen id Romani numquam dixere, sed brumam. Theophr. l. c. τοῦτο δὲ περὶ τροπὰς μάλιστα γίγνεται θερινάς. H.

a. Foliorum vnitas) Theophrast. c. 16. lib. I. histor. et cap. 22. lib. II. de Causs. *Dalec.*

Foliorum vnitas) Idem color, inquit, foliis in suo cuique genere, eadem forma, in iuuenta, et quum senescunt. At in populo, edera, et crotone, sunt diuersa. Theophr. hist. L. I. c. 16.

permanet, praeterquam populo, ederae, crotoni, quam et [1] cici diximus *b.* vocari. (XXIII.) Populi tria *c.* genera: [2] alba, ac nigra *d.*, et quae Libyca appellatur, minima folio, ac nigerrima, fungisque [3] enascentibus *e.* laudatissima. Alba folio bicolor, superne candicans, inferiore parte viridi. Huic *f.*, [4] nigraeque, et crotoni, folia in iuuenta circinatae rotunditatis *g*, sunt: vetustiora in angulos exeunt. E contrario ederae angulosa rotundantur. Populorum foliis grandissima *h.* [5] lanugo *i.* euolat: candi-

1. *Ricinum. Vet.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. alba et nigra. Alii alba nigra Gr. et Al.* 3. *euanescentibus. Laudatissima alba. M.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Vet. nigraeque et cocam Ch. nigrae vt crotani Gr. et Al.* 5. *lanugo euolat. Candida, etc. est et iülus. M. euolat, etc. candida, et vt villi. Folia gran. etc. Lego, Euolant candidae, et vt villi. Tradita numerosiora folio candida Folia gran. etc. Lanugo. Euolat candidae tradita folio numerosiore candida, vt iülus. Gr. et Al.*

b. Cici diximus) L. XV. f. 7. H.

c. Populi tria) Ab his verbis ductum hactenus capitis primordium est: quam inepte, ex totius orationis serie liquet. H.

d. Alba ac nigra) *Peuplier blanc, et noir.* Libycam vulgo Tremulam vocant, a tremulorum foliorum crepitu strepituque assiduo, *Tremble.* Triplex id populi genus a Dodonaeo accurate delineatur, Pempt. VI. L. IV. c. 14. p. 823. et 824. H.

e. Enascentibus) Ramo, aut caudici adnascentibus. H.

f. Huic) Hoc est, populo albae. Theophr. l. c. τῆς δὲ λεύκης, τᾶ κιττᾶ, καὶ τᾶ καλεμένα κρότωνος - - τὰ νέα (φύλλα) περιφερῆ· τὰ δὲ παλαιότερα, γωνοειδῆ. H.

g. Circinatae rotunditatis) Theophr. c. 16. lib. I. hist. Dalec.

h. Populorum foliis grandissima lanugo) Legend. *Populorum foliis grandissima lanugo euolat, candidae, traditae folio numerosiore, candida, et vt villi.* Dicit populorum foliis in genere grandissimam euolare lanuginem, hoc est grandissimum βρύον· candidae vero, traditae folio numerosiore candidam euolare et vt villos,

candidae, traditae *k.* folio numerosiore, candida, [1] et vt villi. *l.* Folia granatis et amygdalis rubentia.

XXXVI. Mirum [2] in primis *m.*, quod vlmo, tiliaeque, et oleae, et populo albae, et salici euenit. Circumaguntur *n.* enim folia earum [3] per solstitium: nec alio argumento certius intelligitur sidus confectum. *o.* (XXIV.) [4] Est et publica omnium foliorum in ipsis *p.* differentia. Namque *q.* pars inferior *r.* a terra herbido viret colore. [5] Ab eadem *s.* laeuiora

1. Et vt villae folia. Gran. Ch. 2. inprimis id quod Gr. 3. post Gr. 4. est et publ. foliorum in omnibus ipsis differentia. V. 5. Ab ead. laeu. Fibras enim ac venas habent in prona, veluti manus. Theoph. Negligenter haec Plin.

los. *candida tradita folio numerosiore*, loquutio Pliniana, id est, quae traditur esse folio numerosiore. *Salmas.* 329. b.

i. Lanugo) Seu βρύον, vt diximus L. XII. s. 62. H.

k. Candidae, traditae) Hoc est, quae traditur esse folio numerosiore. Ita MSS. R. Colb. Th. H.

l. Et vt villi) In MSS. proxime laudatis, *et vt villae.* Forte, *et vt vuae.* Nam vt L. XII. s. 62. bryon vua populi albae dicitur. H.

m. Mirum in primis id) Theophr. c. 16. l. I. histor. Vide infra c. 28. l. XVIII. *Dal.*

n. Circumaguntur) Vertunt partes supinas statim post aestiuum solstitium: eoque argumento solstitium exactum rustici intelligunt. Theophr. hist. L. I. c. 16. Tractat hoc argumentum v-

berrime et eleganter Plinius, L. XVIII. s. 68. H.

o. Sidus confectum) Solstitium peractum. Auctor Geop. L. IX. c. 2. p. 219. Προσημαίνει δὲ καὶ τὰς τροπὰς θερινὰς στραφέντα τὰ φύλλα τῆς ἐλαίας, ὥσπερ ἡ φιλύρα, καὶ ἡ πτελέα, καὶ ἡ λεύκη. Causam eius rei aperit Theophr. de caus. L. II. c. 26. p. 262. H.

p. In ipsis) In vlmo scilicet, tilia, olea, populoque alba, de quibus dictum est proxime. Sic Theophr. hist. L. I. c. 16. H.

q. Namque) Haec a Plinio verissime pronunciata: etsi nonnihil discrepare videtur Theophr. hist. L. I. c. 16. H.

r. Inferior) Superior. Supina Theophr. τὰ ὕπτια ποωδέστερα, colore magis herbaceo viret. *Dalec.*

s. Ab eadem) Quum ab inferio-

laeuiora, neruos, callumque, et articulos in superiore habent parte: incisuras *t.* vero subter, vt manus humana. Oleae superne candidiora *u.*, et minus laeuia: item ederae. Sed omnium *x.* folia quotidie ad Solem oscitant *y.*, interiores partes tepefieri volentia. *z.* Superior pars *a.* omnium lanuginem quantulamcumque habet, quae in aliis gentium *b.* lana est.

XXXVII. In Oriente *c.* funes validos e palmae foliis *d.* fieri dictum est, eosque in humore vtiliores esse. Et apud nos fere palmis *e.* a messe decerpuntur.

feriore parte laeuiora sint folia, in superiore neruos habent et callum, et articulos: tenuiores fibras, atque incisuras, seu veluti venas in inferiore, Theophr. l. c. Ἶνας καὶ φλέβας, ἐν τοῖς πρανέσιν, ὥσπερ ἡ χείρ. Quae venae Graeco auctori, et ἶνες, Latino incisurae appellantur. H.

t. Incisuras) Nihil de incisuris Theophrastus. *Dal.*

u. Oleae superne candidiora) Theophr. Oleae folia supina et superiore parte, contra aliorum naturam, candidiora sunt, et minus laeuia: Hederae vero superne, non quidem candidiora, sed minus laeuia. *Dal.*

Oleae) Theophr. l. c. τῆς ἐλαίας δὲ λευκότερα, καὶ ἧττον λεῖα. H.

x. Omnium) Vel maximae partis. *Dal.*

y. Oscitant) Conuertuntur. *Dal.*

Oscitant) Superne conuertuntur. Theophr. Πάντα δὴ ἢ τάγε πλεῖςα ἐκφανῆ ἔχει τὰ ὕπτια, καὶ ταῦτα γίνεται τῷ ἡλίῳ φανερά. H.

z. Interiores partes tepefieri volentia) Haec de suo Plinius, et absurde. *Dal.*

Interiores) Eaedem et inferiores, terramque spectant. H.

a. Superior pars) Inferior et prona. *Theophr.* Dal.

b. In aliis gentium) Apud Seras, aliosque, vt dictum est L. VI. s. 20. H.

c. In Oriente — — dictum est) L. XIII. s. 7. H.

d. Funes validos e palmae foliis) dictum est supra c. 4. lib. XIII. Fiunt et ex iis scopae. Martialis: *In pretio scopas testatur palma fuisse, Otia sed scopis nunc analecta dabunt.* Dal.

e. Et apud nos fere palmis) Et apud nos vere palmea a matre

tur. Ex his meliora, quae fefe non diuiferint. Siccantur fub tecto quaternis diebus: mox in Sole expanduntur, et noctibus relicta, donec [1] candore *f.* inarefcant, poftea in opera finduntur. *g.*

XXXVIII. Latiffima fico *h.*, viti, platano: angufta myrto, Punicae, oleae: capillata *i.* pino, cedro: aculeata aquifolio, et ilicum generi *k.*: nam [2] iunipero fpina pro folio eft: carnofa cupreffo, tamarici: craffiffima alno *l.*: longa arundini, falici: palmae etiam *m.* duplicia *n.*: circinata piro, mucronata malo, angulofa ederae, diuifa platano: infecta pectinum *o.* modo piceae, abieti: finuofa toto ambitu robori: fpinofa cute, rubo. Mordacia funt quibufdam, vt vrticis. *p.* Pungentia pino, piceae, abie-

Z 2

1. *Donec fub dio cum cand.* 2. *Iuniperi. M. iuniperis. Ch.*

matre integra decerpuntur. Meliora enim funt, quae diuifa non fuerint. Vetufta omnia. Conuenit id cum eo, quod fcripfit cap. 4. lib. XIII. Palmae folia quum primum nouellas demonftrauere gemmas, in opera varia findi. *Dal.*

f. Donec candore) Donec fe arida probent candore. H.

g. In opera finduntur) In funes vitiliumque nexus, et capitum leuia vmbracula, vti dictum eft loco proxime appellato, L. XIII. f. 7. H.

h. Latiffima fico, etc.) Haec maximam partem apud Theophr. leges, hift. L. I. c. 16. H.

i Capillata) Vel, vt alibi capillacea, τριχόφυλλα. H.

k. Ilicum generi) Hoc eft, ilici geminae, de qua f. 8. diximus. H.

l. Craffiffima alno) Theophraft. neruofa dixit: ἰνώδη, hift. L. III. c. 14. H.

m. Palmae - - duplicia) Quamobrem bifidata foliorum palmae latera vocat, L. XIII. f. 7. H.

n. Duplicia) Velut ex duobus compofita, Theophr. *Dalec.*

o. Infecta pectinum) in rectum velut ferra diffecta. *Dalec.*

Infecta) Theophr. hift. L. I. c. 16. εὔσχιστα, καθάπερ τὰ τῆς ἐλάτης, etc. Probe fecta, fiffaque. Sic L. IX. f. 56. *pectini infecto* dixit. H.

p. Vrticis) In lexico vetere Graecolatino ob id Vrtica, fiue ἀκαλύφη, *Acia* et *Aciela*

abieti, larici, cedro, aquifoliis. *q.* Pediculo breui oleae, et ilici: longo vitibus: tremulo populis, et iisdem folis inter se crepitantia. Iam et in pomo ipso, mali quodam in genere *r.*, parua mediis emicant folia, interim et gemina. Praeterea aliis *s.* circa ramos, aliis et in cacumine ramorum *t.*: robori, [1] et in caudice ipso. Iam densa, ac rara, semperque lata rariora. Dispofita myrto *u.*, concaua buxo, inordinata pomis. Plura eodem pediculo *x.* exeuntia malis pirisque. Ramulofa *y.* vlmo, et cytiso. Quibus adiicit Cato decidua *z.*, [2] populea quernaque, animalibus iubens dari non perarida: bubus quidem et ficulnea, ilignaque, et ederacea. Dantur et ex arundine, ac lauro. Decidunt sorbo vniuersa, ceteris paulatim. Et de foliis hactenus.

XXXIX.

1. *Et ex. Dal.* 2. *a populo. M.*

Aciela dicitur, quod vt ferri acies vlceret. Turn. c. 12. lib. XVII. *Dal.*

q. Aquifoliis) Hoc est, et aquifolio simul, et aquifoliae ilici. De vtroque genere, f. 8. et 12. H.

r. Mali quodam in genere) Quod melofolium ex ea re appellatum vidimus, L. XV. f. 15. H.

s. Praeterea aliis) Haec etiam Theophr. loco proxime citato. H.

t. In cacumine ramorum) Ex surculis, Theophr. ἐκ τῶ ἀκρεμόνων. *Cacumen ramorum.* Plinius inconsiderate vertit. *Dal.*

u. Dispofita myrto) Ei praesertim, quam hexasticham vocant, vt diximus. L. XV. f. 37. a senis foliorum versibus. H.

x. Eodem pediculo) Eodem potius petiolo: vnde cum suis pediculis folia plura pendent. H.

y. Ramulofa) Venosa, vt quidem reor: sic enim cytisum Diosc. L. IV. c. 113. ait ῥάχιν ἔχειν μείζονα, spina dorsi prominentiore esse. H.

z. Quibus adiicit Cato decidua) Scribendum puto, *et caedua* non *decidua*. Cato cap. 5. *Frondem populneam, vlmeam, querneam caedito, et per tempus condito, non perarida pabulum ouibus.* Haec Cato. Quum igitur Plinius hic scribat *animalibus*, non vt Cato *ouibus*, et Cato addat

XXXIX. (XXV.) Ordo autem naturae *a.* annuus ita se habet. Primus est conceptus, flare incipiente vento Fauonio, circiter fere sextum *b.* Idus Februarii. Hoc [1] maritantur *c.* [2] viuescentia e terra: [3] quippe quum etiam equae in Hispania, vt diximus. *d.* Hic est genitalis spiritus mundi, a [4] fouendo *e.* dictus, vt quidam existimauere. Flat ab occa-

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. Circiter fere sexto Idus . . . Hoc enim maritantur . . . quo etiam equae Gr. et Al. 2. *viuiscentia. Dal.* 3. *quippe quum etiam Man. et Ch. quin etiam. V. quum etiam. Parm.* 4. *fauendo. M.*

dat *vlmeam*, quod in Plinio non legitur, adducor vt putem scribendum hic, *a populo quercuque et vlmo ouibus.* indoctus enim librarius, vt coniicio, pro *vlmo ouibus*, scripsit *animalibus.* Pintian. *Quibus adiicit Cato decidua, etc.*) Capite 30. et 54. *Dal.*

Cato decidua) Decidua pro *caedua* dixit paulo licentius. Sic enim MSS. omnes. Catonis verba sunt ea, e cap. 5. p. 11. *Frondem populneam, vlmeam, querneam caedito: per tempus eam condito, non peraridam, pabulum ouibus.* Et c. 30. p. 28. *Bubus frondem vlmeam, populneam, querneam, ficulneam, vsque dum habebis, dato.* Denique c. 45. p. 42. *Bubus — si fenum non erit, frondem iligneam, et ederaceam dato.* Vide Columellam L. VI. c. 3. H.

a. Ordo autem naturae) Theophrast. cap. 10. lib. I. caus. et cap. 6. lib. III. hist. *Dalec.*

b. Circiter fere sextum) Vt dictum est L. II. s. 47. H.

c. Maritantur) Ad conceptum stimulantur, inuitantur, illiciuntur. *Dal.*

Hoc maritantur) Hoc vento fecundantur, stimulantur, illiciuntur, inuitantur ad conceptum. Sic palmae mares *afflatu visuque* dicuntur feminas *maritare* L. XIII. s. 7. H.

d. Vt diximus) L. VIII. 67. H.

e. A fouendo) Ita MSS. omnes. Graecis pariter Ζέφυρος, qui Fauonius est, quasi Ζοηφόρος, *vitam afferens*, appellatur. Sic Fauonius a fouendo, quoniam foueat sata, *genitabilis aura Fauoni*, vt canit Lucretius, L. III. Isidorus, Origg. L. IX. c. 5. *Fauonios appellabant,*

occaſu aequinoctiali, ver inchoans. *f.* [1]Catulitionem ruſtici vocant *g.*, geſtiente natura ſemina accipere, [2]eoque animam *h.* inferente omnibus ſatis. Concipiunt variis diebus, et pro ſua quaeque natura. Alia protinus *i.*, vt animalia: tardius aliqua, et diutius grauida partus [3]gerunt: quod germinatio ideo vocatur. Pariunt vero quum florent, floſque ille [4]ruptis conſtat vtriculis. *k.* [5]Educatio in [6]pomo eſt *l.*: [7]hoc *m.*, et germinatio, laborum.

XL.

1. *Catilitionem.* M. 2. *eaque.* M. *eaque animam ferente.* Ch. 3. *egerunt.* M. 4. *e promptis conſtat vtriculis. Sed dubitatio.* M. Lego, *floſque ilico ruptis exſtat.* ἐξίϛαται. 5. *Edubitatio.* Ch. 6. *pomo. Eſt et hoc vt germinatio arborum. Flos.* Vet. 7. *hoc et germinatio. Arborum flos eſt* pl. Gr. et Al.

bant, quia quaedam animalia Fauonio ſpiritu hauſto concipere exiſtimantur. H.

f. Ver inchoans) Vide infra c. 34. lib. XVIII. *Dal.*

g. Catulitionem ruſtici vocant) Catulire, ad Venerem incitari. Apuleius de feminis ſubare, ὀργᾷν, dixit, de maribus furire, καπρᾷν, vt vetus Grammaticus exponit. Inde Catulaſter in Critico, ἔφηβος. *Catilitionem* hic multi legunt ex fide veruſti exemplaris. Apud Vitruuium pro *Catlaſtros* legitur Cataſtos. *Ideoque ſemper,* inquit, *tranſmarinos cataſtos emere formoſos et puellas maturas, eoſque coniungere, vt qui naſcerentur ex iis, non ſolum egregia voce, ſed etiam forma eſſent non inuenuſta.* Turn. cap. 7. lib. XXIV. Aduerſ. σκύζᾷν canum eſt ad libidinem incitatorum et prurientium, καπριᾷν ſuum, ταυριᾷν taurorum, ἱππομανεῖν equorum. *Dal.*

Catulitionem) MSS. R. Colb. Th. *Catlitionem.* Catulire Grammatici nouitii aiunt idem eſſe, atque in Venerem incitari. H.

h. Eoque animam) Eo vento ſcilicet, Fauonio. H.

i. Alia protinus) Theophr. c. 6. L. III. hiſtor. *Dal.*

k. Vtriculis) Hoc eſt, calyculis, vnde flos erumpit. Ἔλυτρα ſunt Dioſcoridi L. II. c. 114. H.

l. In pomo) Quamdiu pendet a matre pomum quaſi quaedam fetus educatio intelligitur. H.

m. Hoc) Eſt et haec educatio, et germinatio plena laboris. H.

XL. Flos eſt pleni veris *n.* indicium, et anni renaſcentis, flos gaudium arborum. Tunc ſe novas, aliaſque quam ſunt, oſtendunt: tunc variis colorum picturis in certamen vſque luxuriant. Sed hoc negatum [1] pleriſque. Non enim omnes florent: et ſunt triſtes quaedam, quaeque non [2] ſentiant gaudia annorum. Nam neque ilex *o.*, picea, larix, pinus, vllo flore exhilarantur, nataleſue pomorum recurſus annuos verſicolori nuntio promittunt: nec fici *p.*, atque caprifici. Protinus enim fructum [3] flores gignunt. In ficis mirabiles ſunt et ab-

1. *Plerumque. Nam nec omnes. M.* 2. *ſentiunt. M.* 3. *non flores.*

n. Arborum flos eſt pleni veris, etc.) Apud Athenaeum lib. XIII. Chaeremon vocat flores, nunc veris, nunc pratorum filios, ἐν ἰοῖ Ἀνθηρᾶ τέκνα ἔαρος πέριξ ϛρώσαντες. In Centauro, ἔνθεν μὲν αὐτῶν εἰς ἀπείρονα ϛρατὸν τῶν ἀνθέων ἀλόχων ἐϛράτευσαν ἡδοναῖς θηρωμένων λειμόνων τέκνα. Aeſchylus in Perſis, Ἀνθηρόπλεκτα παμφόρου γαίας τέκνα Victorius c. 21. XXXII. ex Athenaeo. *Dal.*

Laborum) Eſt nutritio pomi, inquit, eſt et germinatio arbori, vt fere mulieri partus, et educatio fetus, plena laboris: flos autem res plena gaudii. Vide N. et Em. N. IX. (hic poſ.) *Educatio* etc.) Sic reſtituimus ope codicum R. Colb. Th. quum prius perperam legeretur, *Hoc, et germinatio.* *Arborum flos eſt*, etc. Sinceram, quam nos edidimus, lectionem, vel noſtra vna interpretatio, et orationis ſeries ipſa conſtabilit. H.

o. Nam neque ilex, etc.) Apud Theophraſt. c. 5. l. III. hiſtor. Ilex floret. Eidem cap. 6. libro eodem, Piro pro flore eſt ſquammatim compactilis meta, κύτταρος. Larix autem vere florem mittit, e ramulorum cacuminibus, in purpura ardenter rubentem, foliolis comantibus adnexum, miro quodam naturae artificio. *Dal.*

Nam neque ilex) Ilicem tamen florere Theophraſtus aſſeuerat, extremo c. 5. L. III. hiſt. Πρίνος ἀνθεῖ. H.

p. Nec fici) Macrob. Sat. L. II. c. 16. p. 378. *Nec hoc ignorandum*, inquit, *ficum ſolam ex omnibus arboribus non florere.* H.

[1]abortus, qui numquam maturescunt. Nec iuniperi florent. *q.* Quidam earum *r.* duo genera tradunt: alteram florere, nec ferre: quae vero non floreat, ferre protinus baccis [2] nascentibus, quae biennio haereant. Sed id falsum: omnibusque iis dura facies semper. *s.* Sic et hominum multis fortuna sine flore *t.* est.

XLI. Omnes autem germinant, etiam qui non florent, magna et locorum differentia. Quippe quum ex eodem *u.* genere quae sunt in palustribus, priora germinent: mox campestria, nouissima [3] in siluis. *x.* Per se autem tardius piri siluestres, [4] quam cetera. *y.* [5] Primo Fauonio *z.* [6] cornus, proxime laurus, pauloque ante aequinoctium tilia

1. *Abortiui. M.* 2. *sic et Ch. subnascentibus Gr. et Al.* 3. *in montibus. Theophr.* 4. *quam piri ἀχράδες, ἢ ἄπιοι. Theoph.* 5. *Ante Fauonium. Theoph.* 6. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. Primo Fauonio germinat cornus. Gr. et Al.*

q. Nec iuniperi florent) Modestius Theophrast. c. 6. lib. III. histor. diligentius inquirendum id esse censet. *Dalec.*

Nec iuniperi) Itane se res habeat, an secus, amplius considerandum, Theophr. admonet, σκεπτέον, histor. L. III. c. 6. Iuniperus, *Genévrier*, *et Geniévre.* H.

r. Quidam earum) Sic etiam Theophr. l. c. suffragante nunc quoque in Gallis experientia. H.

s. Dura facies semper) Flore nuda et priuata. *Dal.*

t. Sine flore) Numquam benigna, aut blande arridens. H.

u. Quippe quum ex eodem) Theophrast. loco proxime citato. *Dal.*

x. Nouissima in siluis) In montibus, Theophr. ἔσχατα δὲ τὰ ἐν τοῖς ὄρεσιν, etc. l. c. H.

y. Quam cetera) Quam vrbanae, inquit Theophr. l. c. Ἀχρὰς δὲ μικρῷ ὕστερον τῆς ἀπίου H.

z. Primo Fauonio) Etiam ante Fauonium in Graecia, πρὸ ζεφύρου, teste Theophr. l. c. H.

tilia, acer. Inter primas *a.* vero populus, vlmus, salix, alnus, nuces. Festinat *b.* et platanus. Ceterae vere [1] coepturo *c.*, aquifolium, terebinthus, paliurus, castanea, glandes. *d.* Serotino *e.* autem germine malus, tardissimo suber. Quibusdam germinatur *f.* germinatio, [2] nimia soli vbertate, aut inuitantis caeli voluptate: quod magis in herbis segetum euenit. In arboribus tamen nimia germinatio [3] elassescit. *g.* Sunt aliae naturales quibusdam, praeterque vernas, quae suis constant *h.* sideribus *i.*, quorum ratio aptius reddetur tertio ab hoc volumine. Hiberna Aquilae exortu, aestiua Canis ortu, tertia Arcturi. Has duas quidam omnibus arboribus communes putant: sentiri autem maxime in fico, vite, Punicis: causam afferentes, quoniam in Thessalia Macedoniaque plurima tum ficus

Z 5 exeat.

1. *Concepto. V. coepto.* 2. *minima. Ch.* 3. *lassescit. Vet.*

a. Inter primas) Theophr. l. c. H.

b. Festinat) Sic tamen, vt paulo serius germinet, quam proxime appellatae. Theophrast. l. c. H.

c. Vere coepturo) Sic libri omnes. Theophr. περιενισαμένε τε ἦρος, *ineunte vere.* H.

d. Glandes) Iuglandes, ex Theophr. c. 6. L. III. histor. τὰ δ' ἄλλως περιενισαμένε τε ἦρος, οἷον ἐρινεὸς, φιλύκη, ἀξυάκανθος, παλίερος. Τέρμινθος, καρύα, Διὸς βάλανος. *Dal.*

Glandes) Vel *iuglandes* scribi necesse est, ex Theophr. l. c. qui καρύα dixit: vel Iouis glandes intelligendae. H.

e. Serotino) Theophr. l. c. H.

f. Quibusdam germinatur) Ita MSS. omnes: sincerior tamen lectio haud dubie, *geminatur.* H.

g. Elassescit) Arborum fecunditatem exhaurit, efficitque saepenumero, vt fructus suos alternent. H.

h. Quae suis constant) Quae certorum exortu, occasuue siderum eueniunt: quorum ratio expedietur vberrime L. XVIII. s. 57. et sequentibus. H.

i. Sideribus) Theophr. c. 7. lib. III. hist. *Dalec.*

exeat. Maxime tamen in Aegypto apparet haec ratio. Et reliquae quidem arbores *k.*, vt primum coepere, continuant germinationem: Robur, et abies, et larix, [1] intermittunt tripartito *l.*, ac terna germina edunt: [2] ideo et ter squamas *m.* corticum spargunt: quod omnibus arboribus in germinatione euenit, quoniam praegnantium rumpitur cortex.

1. *Intermittunt, tripartita ac terna. Man.* 2. *διὸ καὶ τρίσλιποι, tergenitali succo turgent. Plinius legit, τρίσλιποι. ideo et inter Gr. et Al.*

k. Reliquae quidem arbores) Idem ibidem. *Dal.*

Et reliquae) Haec totidem verbis Theophr. hist. L. III. c. 6. H.

l. Intermittunt tripartito) Ter intermittunt germinationem, terque turgent. Πεύκην δὲ καὶ ἐλάτην καὶ δρῦν διαλείπειν, καὶ τρεῖς ὁρμὰς εἶναι, καὶ τρεῖς ἀφιέναι βλαστούς. Theophr. l. c. En rursum δρῦς Plinio robur est, abies ἐλάτη, πεύκη larix, vt diximus. Sed melezia, quam laricem esse eruditi volunt, non intermittit. H.

m. Ideo et ter squamas) Ter corticem, qui squamarum instar est, genitali; qui interlabitur, insinuatque sese, humore respergunt: quod in vnaquaque germinatione euenire vel ex eo intelligitur, quod tum facile cortex absistat, detrahaturque corpori. Haec plane mens Theophrasti, Pliniique est, quae Interpretes hactenus male vexauit. Vide N. et Em. N. X. (hic coll.) *Ideo*) Hactenus legebatur, *Ideo et inter squamas*: nulla plane aut inepta sententia. Theophrasti locus eiusmodi est, ex hist. pl. L. III. c. 6. Διὸ καὶ τρίσλιποι. Πᾶν γὰρ δὴ δένδρον ὅταν βλαστάνῃ λιπᾷ. Porro τρίσλιπα δένδρα dicuntur arbores, quae terna germinatione genitali humore turgescunt. Λιπᾶν dicuntur arbores, quum pinguescunt. Quod si tum ima parte castrentur, per forulum effluet ille liquor, humorque pinguis, ceu saliuarius lentor emanabit. Idem Theophr. sub finem eius capitis, abietis caedendae tempus opportunum esse circa solstitium monet, διὰ τὸ λιπᾶν (ed. Ald. λοπᾶν) quia tunc cortex facile absistit, auelliturque a corpore, vt ipse statim explicat, εὐπεριαίρετος ὁ φλοιός. Neque tamen admodum reluctabor, si quis simpliciore vsus interpretatione malit ternis corti-

tex. Eſt autem prima *n.* earum incipiente vere, circiter XV. diebus. Iterum germinant tranſeunte Geminos *o.* Sole. Sic fit, vt [1] prima *p.* cacumina impelli ſequutis appareat, geniculato incremento. Tertia eſt earumdem ad ſolſtitium breuiſſima, nec diutius ſeptenis diebus. Clareque et tunc cernitur excreſcentium cacuminum articulatio. *q.* Vitis ſola bis parturit *r.*: quum primum emittit vuam: iterum quum digerit. Eorum quae non florent, partus tantum eſt et maturitas. Quaedam ſtatim in germinatione florent, properantque in eo: ſed matureſcunt tarde, vt vites. Serotino quaedam germinatu florent, maturantque celeriter, ſicuti morus

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. ſumma, Alii, ſic fit, vt quina Gr. et vulgg.*

corticum ſquamis, triplicem intelligi corticem: quoniam in vnaquaque germinatione et partu adnaſci corticem, qui arborem circumueſtiat, auctor eſt Theophr. idem de cauſ. L. I. c. 6. p. 204. Ἅμα γὰρ τῇ ἐγκυήσει καὶ βλαστήσει ὁ φλοιὸς ἐπιφύεται καὶ περιλαμβάνει. H.

n. Eſt autem prima) Alia ratio eſt Graeciae, quam Theophr. explicat l. c. alia Italiae, quam Plinius nunc declarat. H.

o. Tranſeunte geminos) Theophraſt. l. c. περὶ τὸν Σκιῤῥοφοριῶνα λήγοντα. Vide quae dicturi ſumus de menſibus Graecis, L. XVII. ſ. 37. circa finem. H.

p. Sic fit vt prima) Priora cacumina ſequentibus, quae adnaſcuntur, apparet impelli: et articulis quibuſdam ſeu nodis incrementa diſtinguuntur. Ruellius de nat. ſtirp. L. I. p. 29. legit ita: *Sic fit vt dum prima cacumina propelluntur, ſe cutis aperiat*, etc. Sed male. H.

q. Articulatio) Geniculatum cacuminum incrementum, vt dictum eſt proxime. Fit illud, quum cacumina creſcunt ramorum, medulla ante ſe tendente, et nouam impellente materiam, vt dicetur L. XVII. ſ. 35. H.

r. Vitis ſola bis parturit, etc.) Bis, ſi bifera eſt: ter, ſi trifera. *Dal.*

Vitis — bis parturit) Bis germinat. H.

morus *s.*, quae nouissima vrbanarum germinat, nec nisi exacto frigore; ob id dicta sapientissima arborum. Sed quum coepit, in tantum vniuersa germinatio erumpit, vt vna nocte peragat, etiam cum [1]strepitu.

XLII. Ex his, quae hieme Aquila exoriente (vt diximus *t.*) concipiunt, floret *u.* prima omnium amygdala mense Ianuario: Martio vero [2]pomum maturat. Ab ea proxime florent Armeniaca *x.*, dein tuberes, et praecoces *y.*: illae peregrinae, hae coactae. *z.* Ordine autem naturae, silueſtrium primae, sambucus *a.*, cui medulla plurima: et cui nulla, cornus mascula. Vrbanarum, malus: paruoque post, vt simul videri possit, pirus, et cerasus, et prunus. Sequitur laurus, illamque cupressus: dein Punica, fici. At vites et oleae florentibus iam iis germinant. Concipiunt Vergiliarum exortu. *b.* Hoc sidus illarum est. Floret autem solstitio

1. *Sterritu. Ch.* 2. *pomo matura. M.*

s. Sicuti morus) Theophr. c. 21. lib. I. causs. *Dal.*

Sicuti morus) Quae propter frigiditatem soli tarde germinat, eadem propter debilitatem cito maturat. Theophr. de caus. L. I. c. 21. Vide quae dicturi de moro sumus, L. XVIII. s. 67. H.

t. Vt diximus) Sect. sup. H.

u. Floret) Flore purpureo. In Priapeis, *Amygdalumue flore purpureo fulgens.* Dal.

x. Armeniaca) Scilicet prunus, de qua L. XV. s. 11. H.

y. Praecoces) Nempe praecocia Persica, de quibus L. XV. s. 11. H.

z. Hae coactae) Hominis industria et cultura effectae. *Dalec.*

Hae coactae) Ad velociorem maturitatem arte euocatae, praeter insitam a natura indolem. H.

a. Sambucus) Sambuci tamen interiora mire firma tradi posthac scribit c. 39. huius libri. *Dal.*

Sambucus) *Du sureau*, arbor notissima, et passim in dumetis obuia. H.

b. Vergiliarum exortu) Circa

ſtitio vitis, et quae paulo ſerius incipit, olea. Deflorefcunt omnia ſeptenis diebus, non celerius: quaedam tardius, ſed nulla pluribus bis ſeptenis. Omnia et intra VIII. Idus Iulii, eteſiarum praecurſu. *c.*

XLIII. Nec ſtatim fructus ſequitur in aliquibus. (XXVI.) Cornus enim circa *d.* ſolſtitia reddit primo candidum, poſtea ſanguineum. Ex eo genere femina poſt autumnum fert baccas acerbas, et inguſtabiles cunctis animantibus: ligno quoque [1] fungoſa et inutilis, quum mas e fortiſſimis quoque ſit: tanta differentia ab eodem genere *e.* [2] fit. Sed et terebinthus meſſibus *f.* reddit ſemen, et acer *ff.*; et fraxinus: nuces, et mala *g.*, et pira, praeterquam hiberna, aut [3] praecocia, autumno. Glandife-

1. *Fungoſo et inutili. M.* 2. *fit. Et terebinthus.* 3. *praecocia. Autumno glandiferae: ſerius etiamnum Vergiliarum occaſu. Aeſculus. Vet.*

Circa nonum aut decimum diem Maii. *Dal.*

Vergiliarum exortu) De quo L. XVIII. ſ. 66. H.

c. Eteſiarum praecurſu) Sic plane vt eteſiarum ortum anteueniant: qui ortus incidit in VIII. Cal. Aug. vt dicetur L. XVIII. ſ. 68. H.

d. Cornus enim circa, etc.) Hoc Theophraſtus c. 6. l. III. hiſt. At idem c. 12. lib. eiuſd. fructum eodem fere tempore ferre ſcribit, quo olea *Dal.*

Cornus enim) Haec habet iiſdem verbis Theophr. hiſt. L. III. c. 6. Κρανεία μὲν - - περὶ τροπὰς θερινὰς, etc. H.

e. Ab eodem genere) Tanta eſt, inquit, in ſexu differentia, in arboribus etiam eiuſdem generis. Theophr. τοσαύτη δὲ ἡ διαφορὰ περὶ ἄμφω. H.

f. Sed et - - meſſibus) Theophraſt. περὶ πυρῦ ἄμητον, *circa meſſem tritici.* H.

ff. Et acer - - autumno) Haec pariter omnia Theoph. l. c. H.

g. Nuces et mala, etc.) Alnus, nux iuglans, et Achradum quoddam genus, autumno: Quercus et caſtanea ſerius, circa Vergiliarum occaſum. *Dalec.*

diferae *h.* ſerius etiamnum, Vergiliarum occaſu *i.*: eſculus tantum autumno. Incipiente autem hieme *k.* quaedam genera mali, pirique, et ſuber. Abies flores *l.* [1] croci colore circa ſolſtitium, [2] ſemen reddit poſt Vergiliarum occaſum. *m.* Pinus autem *n.* et picea praeueniunt germinatione [3] quindecim fere diebus. Semen [4] vero *o.* poſt Vergilias et ipſae reddunt.

XLIV. [5] Citreae, et iuniperus *p.*, et ilex, anniferae *q.* habentur, nouuſque fructus in his cum [6] annotino pendet. In maxima tamen admiratione pinus eſt: habet fructum matureſcentem: habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. Nec vlla arborum auidius ſe promittit. Quo menſe nux ea decerpitur, eodem matureſcit alia: et ſic diſpenſatur, vt nullo non menſe matureſcant. Quae ſe in arbore ipſa diuiſere, aza-

1. *Cocci. V. κόκκινον apud Theoph.* 2. *ſemen vero reddit. Vet.* 3. XV. *diebus. M.* 4. *vere. Ch.* 5. *Cedri et iun. et il. annuae fere. V.* 6. *autumno. M. V.*

h. Glandiferae) Vt robur, et caſtanea, δρῦς καὶ Διὸς βάλανος, Theophr. H.

i. Vergiliarum occaſu) De quo L. XVIII. ſ. 59. H.

k. Incipiente autem hieme, etc.) Alia hiemis initio, Malus primis frigoribus, Achra ſerotina hieme. *Dalec.*

l. Abies flores) Theophr. l. c. καὶ τὸ ἐλάτης ἄνθος κρόκινον, etc. H.

m. Poſt vergiliarum occaſum) Circa diem nonum Decembris. *Dal.*

n. Pinus autem, etc.) Theophraſt. πεύκη δὲ καὶ πίτυς προτέρουσι τῇ βλαστήσει μικρόν, etc. H.

o. Semen vero) Theophr. l. c. μετὰ Πλειάδα, hoc eſt, μετὰ δύσιν Πλειάδος. H.

p. Citreae et iuniperus) Celaſtri, Iuniperus et Ilex tardiſſime perficiunt fructum, etc. Theophr. cap. 6. lib. III. hiſt. Plinius haec negligenter vertit. *Dalec.*

Citreae) De citreis iam veriſſime ſuperius affirmauit L. XII. ſ. 7. De iunipero et ilice, Theophr. l. c. H.

q. Anniferae) Toto anno ferre fructum exiſtimantur. H.

*azaniae r. vocantur: laeduntque ceteras nisi detrahantur.

XLV. Fructum arborum solae nullum ferunt, hoc est, ne semen quidem, tamarix s. scopis tantum nascens, populus t., alnus u., vlmus Atinia x., alaternus y., cui folia inter ilicem et oliuam. Infelices z. autem existimantur, damnataeque religione, quae neque seruntur a. vmquam, neque fructum

1. Sic et Ch. zamiae vocantur Gr. et Al.

r. *Zamiae*) Ζημίαι, damna, detrimenta. *Dal.*

Azaniae vocantur) Hoc est, exarescentes, ab ἀζάνω, *exaresco*, vel ab ἀζαίνω *exsicco*, quod vel siccitate aeris, vel longiore mora in arbore factae aridiores dehiscant nuces eae pineae. Ita porro MSS. R. Th. Colb. Chiffl. non *Zamiae*. H.

s. *Tamarix*) Myrica silvestris, et nostras, Dioscoridi fructum fert compage muscosum. Aegyptia vero et satiua, Gallae similem. *Dal.*

Tamarix) Nempe siluestris, et nostras, quae plane est sterilis, vt dicetur L. XXIV. s. 42. non satiua, quae in Aegypto Syriaque fert fructum. H.

t. *Populus*) Infra cap. 8. lib. XXIV. Populus semen fert comitialibus vtile, Columella cap. 5. lib. V. Vlmus Atinia. *Dal.*

Populus) Alba nimirum, λεύκη. Nam nigrae semen in comitialibus morbis ipse commendat, L. XXIV. s. 32. H.

u. *Alnus*) Alnos in Creta fructum ferre scribit auctor L. de mirab. auscult. p. 1155. Apud nos oblongum quiddam emittit, ex multis compactum squamulis, quod pro fructu habetur: iis dehiscentibus semen autumno excidit. H.

x. *Vlmus Atinia*) Diximus de ea vlmo, s. 29. H.

y. *Alaternus*) Vide Macrobium. Is Alaternum sanguine infelicem esse ait. *Dal.*

Alaternus) Et hanc Macrobius inter infelices arbores reponit, Sat. L. II. c. 16. p. 878. A Clusio pingitur hist. pl. L. I. c. 33. p. 50. Gallis, *Alaterne*. Plura eius sunt genera in horto Regio. H.

z. *Infelices*) Felices arbores vocant, quae fructum ferunt: infelices, quae non ferunt. Liuius L. V. p. 95. *Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum.* H.

a. *Quae neque seruntur, etc.*) Voca-

ctum ferunt. [1]Cremutius auctor est *b.*, numquam virere arborem, ex qua Phyllis *c.* se suspenderit. Quae gummi gignunt, post germinationem aperiuntur *d.*: [2]gummi vero non nisi fructu detracto spissatur.

XLVI. Nouellae arbores carent fructu quamdiu crescunt. Perdunt facillime *e.* ante maturitatem,

1. *Cremetius.* *M.* 2. *gummini.* *Ch.*

Vocarunt et infelicem, ad quam capitis damnatus suspendio necaretur, obtecto, velatoque capite, quod constat ex illo prisco diro carmine. *Caput obnubito, arbori infelici suspendito*, recitato a Cicerone in Orat. pro Caio Rabirio: nisi quis forte existimet, non solitos veteres supplicium id sumere ad alias arbores, quam quae esset ex infelicium genere. Muret. in Var. cap. 9. VIII. Brod. cap. 6. IV. Apud Gellium cap. 15. lib. X. Flaminica surculum de arbore felici in rica habet, quod inarculum, a tegendo, *arcere* enim hoc significauit, olim nominarunt. Fuit autem Rica cingulum capitis, quo sacerdos vittae loco redimibat se. Arborem felicem Punicam malum Festus exponit. *Scalig.* Inarculum quod fuit Flaminicis, *Stroppus* in Flaminum pileis dicebatur. *Idem in Varr.*

b. Cremutius auctor est, etc.) Id est quod fabulantur, Phyllidem post suspendium mutatam in amygdalum nudam foliis, et cum Athenis reuersus Demophoon eius truncum amplecteretur, quasi sponsum sentiret, frondem emisisse. *Dal.*

c. Ex qua Phyllis) Fuit haec Lycurgi Thraciae regis filia, quae Demophoonta Thesei regis Atheniensis ex Phaedra filium amauit, excepitque e Troiano bello redeuntem. Is quum Athenas ad componenda regni negotia reuersus, illic longiores contra datam fidem traheret moras, Phyllis se spretam rata, amoris impatientia vitam laqueo finiuit, et in arborem amygdalum foliis carentem est mutata. Reuersus deinde Demophoon, quum arborem amplexus esset, illa sponsi aduentum velvti sentiens emisit folia, quae ab eius nomine φύλλα deinde dicta sunt, quae prius πέταλα dicebantur. Vide Hygin. fab. 243. H.

d. Aperiuntur) Finduntur vt gummi exeat. *Dal.*

Aperiuntur) Dehiscunt, vt gummi emittant. H.

e. Perdunt facillime) Theophrast. hist. L. II. c. 9. H.

tem, palma, ficus, amygdala, malus, pirus: item Punica, quae etiam roribus nimiis et pruinis florem amittit. Qua de caufa inflectunt ramos eius *f.*, ne [1] fubrecti humorem infeftum excipiant, atque contineant. Pirus *g.* et amygdala, etiamfi non pluat, fed fiat Auftrinum caelum, aut nubilum, amittunt florem et primos fructus; fi, quum defloruere, tales dies fuerint. Ocyffime autem falix *h.* amittit femen *i.*, antequam omnino maturitatem fentiat, ob id dicta Homero frugiperda *k.*; [2] fequuta aetas *l.* fcelere fuo interpretata eft hanc fententiam, quando femen falicis mulieri fterilitatis medicamen-

1. *Subtecti. M. et Ch.* 2. *fic ex MSS. em. Hard. conf. M. fequutaque aetas Gr. et Al.*

f. Inflectunt ramos eius) Theophraft. c. 11. lib. II. de cauffis. *Dal.*

g. Pirus) Theophr. ibid. *Dalec.*

Pirus et amygdala) Plinius ipfe, L. XVII. f. 2. *Adeo vt amygdalae et piri, etiamfi omnino nubilum fuit, Auftrinusue flatus, amittant fetus.* H.

h. Ocyffime - falix) Apud Theophr. hift. L. III. c. 2. quod Plinius ipfe iterum repetit, L. XXIV. f. 38. Id porro femen, quod in araneam abit, ante quam percoquatur, etfi Theophr. καρπὸν appellat, Galenus, Aegineta, et alii, malunt florem vocare. H.

i. Salix amittit femen) Theophraft. c. 2. lib. III. hiftor. *Dal.*

k. Dicta Homero frugiperda) Homerus Odyff. κ. *Dal.*

Homero) Odyff. κ'. v. 510. Μακραί τ' αἴγειροι, καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι. Vbi Didymus Interpres: Ὠλεσίκαρποι· ἐπειδὴ τὸ ἄνθος ἀποβάλλουσιν· ἢ ἐπεὶ οἱ πίνοντες ἄνθος ἰτέας, ἄγονοι διαμένουσι. Quoniam florem amittit: vel quod in potu fumptus fterilitatem inducit. H.

l. Sequuta aetas) Theophraftus ἐν Φυτικοῖς, citante Didymo l. c. Democritus in Geopon. L. XI. c. 14. p. 312. vbi Homericus verfus ita fcribitur, Κλῆθραί τ', αἴγειροι, καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι. Diofc. L. I. p. 136. Aelian. hift. Anim. L. IV. c. 23. ac Plinius ipfe rurfum L. XXIV. f. 38. H.

dicamentum *m.* esse constat. Sed in hoc quoque prouidens natura, facile nascenti, [1] et depacto surculo *n.*, incuriosius semen [2] dedit. Vna [3] tamen *o.* proditur ad maturitatem perferre solita, in Creta insula, ipso descensu Iouis speluncae, toruum ligneumque, magnitudine ciceris.

XLVII. Fiunt vero quaedam [4] loci vitio infructuosa, sicut in Paro silua caedua, quae nihil fert. [5] Persicae arbores *p.* in Rhodo florent tantum. Fit haec differentia *q.* et ex sexu *r.*: in iisque mares non ferunt. Aliqui hoc *s.* permutantes, mares esse, quae ferant, tradunt. Facit et densitas sterilitatem.

XLVIII. Gignentium autem *t* quaedam et lateribus ramorum, et cacuminibus ferunt: vt pirus, Punica, ficus, myrtus: [6] cetero eadem natura *u.*, quae

1. *ex dep. Vet.* 2. *reddit. M.* 3. *tantum. Vet.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. vt in loci. Vet. quaedam loci Ch. Fiunt vero quaedam et loci vitio Gr. et Al.* 5. *Persaeae. Theophrast.* 6. *Ceteris M.*

m. Sterilitatis medicamentum) Quod sterilitatem inducit, Nonius ἀκυρολογία. *Dalec.*

Medicamentum) Φάρμακον, quod sterilitatem affert. H.

n. Et depacto surculo) Quum vel depacto, inquit, in terram nulla fere arte, vel cultura, facile haec nascatur arbos, indiligentius ei natura semen dedit, quod vix perfert ad maturitatem. H.

o. Vna tamen) In eiusdem speluncae aditu fuisse et populum nigram, quae fructum ferret. Theophr. hist. L. III. c. 5. H.

p. Persicae arbores) Id iam superius memoratum L. XV. s. 13. Idem de arbore Persea Theophrastus, hist. L. III. c. 5. quoniam arbos vtraque Aegypti indigena fuit. H.

q. Fit haec - - et ex sexu) Apud Theophr. hist. L. III. c. 6. H.

r. Et ex sexu) Theophr. cap. 6. lib. III. histor. *Dal.*

s. Aliqui hoc) Teophr. l. c. H.

t. Gignentium autem, etc.) Theophr. cap. 25. lib. I. histor. et cap. 23. lib. eod. *Dal.*

Gignentium) Theophr. hist. L. I. c. 23. H.

u. Cetero eadem natura) Arbo-

quae frugibus. Namque [1] et in eis spica in cacumine nascitur, legumina in lateribus. Palma sola (vt dictum est *x.*) in spathis habet fructum, racemis propendentem.

XLIX. Reliquis sub folio pomum, vt protegatur, excepta fico, cui folium maximum vmbrosissimumque, et ideo supra id pomum: [2] ei demum serius folium nascitur, quam pomum. Insigne proditur in quodam genere Ciliciae, Cypri, Helladis, ficos sub folio *y.*, grossos vero [3] post folium nasci *z.* Ficus et praecoces *a.* habet, quas Athenis prodromos

1. vt eis sp. in cac. nasc. ita legumini siliqua in lat. Vet. 2. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. et Vet. Et demum inferius folium. M 3. supra M.

Arborum aliae fructum edunt cacumine, aliae lateribus, aliae vtraque parte. Ex aliis plantis cacumine plures ferunt quam arbores, vt frumenta quae spicam gignunt, etc. *Theophr.* male hunc locum vertit Plinius. *Dal.*

Cetero eadem natura) Cetero constant hae arbores eadem natura, quae frugibus inest. Namque et in ipsis frugibus spica est in cacumine, vt in frumento: legumina sunt in lateribus, vt in faba. Haec Plinius fere, sed alio certe ex fonte, quam ex Theophrasto. H.

x. Vt dictum est) Cap. 4. lib. XIII. *Dal.*

Vt dictum est) L. XIII. s. 7. vbi spathas, quae vox Graeca est, palmites transtulit. Pollux L. I. c. vlt. ἐξ ὧ κρεμῶνται οἱ βάλανοι, σπάθη. H.

y. Ficos sub folio) Hoc est, infra folium. Grossos vero post folium, hoc est a tergo foliorum, et vti nos loquimur, supra folia. Haec quoque recitat Athenaeus ex Theophr. L. III. p. 77. τὸ μὲν σῦκον ἔμπροσθεν φέρει τῷ φύλλῳ· τὸν δὲ ὄλυνθον ἐξόπισθεν. Grossus est pomum serotinum, vel raro, vel numquam maturescens. H.

z. Nasci) Theophr. c. I. L. V. Causs. Athenaeus L. III. *Dal.*

a. Ficus et praecoces) Theophr. de caus. L. V. c. 1. et in hoc argumento habitat, et causas eius rei investigat. H.

mos vocant. In Laconico genere maxime sunt. *b*.

L. (XXVII.) Sunt et biferae *c*. in eisdem. In Cea insula *d*. caprifici triferae sunt. Primo fetu sequens euocatur, sequenti tertius: hoc fici *e*. caprificantur. Et caprifici autem ab aduersis foliis *f*. nascuntur. Biferae et in malis ac piris quaedam, sicut et praecoces. Malus siluestris bifera. Sequens eius fructus post Arcturum *g*. in apricis maxime. Vites quidem et triferae sunt *h*., quas ob id insanas vocant:

b. In Laconico - - maxime sunt) Vide N. et Em. XI. (hic coll.) *In Laconico*) Ita MSS. omnes, non vti hactenus editum, *maximae*. Neque enim sententia est in Laconico genere nasci ficus mole priores: sed in eo potissimum genere praecoces seu prodromos reperiri Sunt enim haec Theophrasti verba, apud Athen. L. III. p. 7. et apud Theophrast. ipsum De causis plantarum L. V. c. 1. Πάλιν δὲ τὰς προδρόμας αἱ μὲν φέρουσιν, ἥτε Λακωνική, καὶ ἡ λευκομφάλιος, καὶ ἕτεραι πλείους· αἱ δὲ οὐ φέρουσι. Ficus quaedam praecoces fructus gignunt, vt Laconica, et Leucomphaliae: quaedam minime. H.

c. Sunt et biferae) In ficubus, vt dictum est, L. XV. s. 19. H.

d. In Cea insula) Chio. Hodie etiam incolae eius insulae hunc caprificandi morem retinent. *Dal.*

In Cea) Ἐν Κέῳ Theophr. de plant. L. II. apud Athen. L. III. p. 77. H.

e. Hoc fici) Hoc nempe tertio caprifici fetu, fici vrbanae caprificantur, quo dictum est modo, L. XV. s. 21. H.

f. Ab aduersis foliis) Supra folia, vt fici: non sub ipsis, vt reliqua poma. H.

g. Post Arcturum) Μετ' Ἀρκτοῦρον Theophr. hist. L. I. c. 23. post Arcturi exortum, de quo dicemus L. XVIII. s. 74. H.

h. Vites quidem et triferae sunt) Non ter, sed triplicem fructus varietatem ferentes: vt apparet ex Aristot. lib. περὶ θαυμ. ἀκουσμάτων. *Constant.* Ego vero sic dictas puto, quod ter fructum quotannis edant: quales multis in locis mihi visae sunt, et praecipue in horto Guil. Caulii Lugduni. Ea-

vocant: quoniam in iis alia marurefcunt, alia turgefcunt, alia florent. M. Varro auctor eft, vitem fuiffe Smyrnae *i.* apud [1] Matroum *k.* biferam, et malum

Aa 3

1. matrem M. Matream Vet. matream antriferam. Ch. apud mare Gr. et Al.

Earum meminit Theophraft. cap. 11. I. Cauff. *Dalec.*

Vites quidem) Theophr. de cauf. L. I. c. 11. p. 211. H.

i. M. Varro auctor eft vitem fuiffe Smyrnae apud mare) Archetypum Toler. non *mare* habet, fed *matream;* quae dictio non temere mutanda fuit: fortaffe enim Plinius *Metroon* fcriptum reliquit, hoc eft templum Matris deorum, quale in Elide Peloponnefi fuiffe auctor eft Paufanias in Eliacis. *Pint. M. Varro auctor eft, etc.)* Locus Varronis hic eft cap. 7. lib. I. *Propter eamdem caufam multa funt bifera, vt vites apud mare Smyrnae: maius bifera, vt in agro Confentino.* Dal.

M. Varro) De R. R. L. I. c. 7. p. 51. H.

k. Apud Matroum) Matris Deûm Cybeles fanum. Vide N. et Em. N. XII. (hic pof.) *M. Varro)* Caftigandus hoc loco Varronis locus eft, qui ad ea pertinet, quae modo recitantur; de vite Smyrnenfi bifera. Quum enim in libris Plinii vulgatis hactenus legeretur, *M. Varro auctor eft, vitem fuiffe Smyrnae apud mare biferam:* atque ita fane, vt nunc funt libri editi, apud ipfum Varronem legatur: vtrobique mendum exftare haud leue ex MSS. Plinii exemplaribus deprehendimus. Nam in R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. Chiffl. ipfoque Toletano tefte Pintiano, fcribitur, *apud Matream triferam:* quum fcribi haud dubie par fit, *apud Matroum biferam.* Et Μητρῷον certe Smyrnae fuiffe Matris Deûm Cybeles fanum, Strabo L. XIV. p. 646. locupletiffimus eft auctor. Plinius quoque ipfe L. XIV. f. 6. vbi de vino Pramnio: *Nafcitur Smyrnae regione, iuxta delubrum Matris Deûm.* Hinc hymnos Cybeles ματρῷα vocarunt, quos primus tibia cecinit Sirites tefte Athenaeo, L. XIV. p. 618. et Iul. Polluce, c. 19. Σειρίτης κατηύλησε τὰ Ματρῷα πρῶτος, Dalecampio τὰ ματρῷα *Ceacreales hymnos* nequicquam reddente. Biferam autem ibi fuiffe, non triferam, ex eo efficimus, quod in Tacapenfi etiam agro non alia quam

lum in agro Consentino. Hoc autem euenit perpetuo in [1] Tacapensi Africae agro, de quo plura alias *l.*: ea est soli fertilitas. Trifera est et cupressus. Namque baccae eius colliguntur mense Ianuario, et Maio, et Septembri: ternasque earum *m.* [2] gerit magnitudines. Est vero et in ipsis arboribus *n.* etiam onustis peculiaris differentia. Summa sui parte [3] fertiliores, arbutus, quercus: inferiore, iuglandes, [4] fici *o.* mariscae. *p.* Omnes, quo magis senescunt, hoc maturius ferunt, et in apricis locis, nec pingui terra

1. *Venesi. Ch.* 2. *gerunt. Vet. generit. Ch. forte, generis.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. fertilior est arbutus Gr. et Al.* 4. *fici, mariscae Gr. et Al.*

quam bifera fuerit, vt dicetur L. XVIII. s. 51. cui agro Smyrnensis nunc confertur. H.

l. Alias) Infra cap. 22. lib. XVIII. *Dal.*

Plura alias) L. XVIII. s. 51. H.

m. Ternasque earum) Tergemina est, inquit, magnitudinis baccarum differentia. H.

n. Et in ipsis arboribus, etc.) Theophr. c. 23. lib. I. histor. *Dal.*

o. Summa parte fertilior est arbutus; quercus inferiore, iuglandes, fici, mariscae.) Emendatius antiquus codex: *Summa sui parte fertiliores arbutus, quercus; inferiore, iuglandes, fici, mariscae.* Pint.

Summa] sui parte) Vide N. et Em. N. XIII. (hic pos.) *Summa*) Haec loci huius sincerissima lectio, quam partim ex re ipsa; partim Varronis ipsius testimonio tuemur. Sic enim ille de R. R. L. I. c. 6. *Sursum fertiliora, vt arbutus ac quercus: deorsum, vt nuces Graecae, et mariscae fici.* Varro tamen eo toto capite quum *sursum* ac *deorsum* dicit, non partem arboris signat, superiorem, inferioremue: sed soli, in quo est, situm, montanum scilicet, vel planum et campestrem. Prius legebatur: *Summa sui parte fertilior est arbutus: quercus inferiore, iuglandes, fici, mariscae.* Multiplici, vt patet, errore. H.

p. Mariscae) Praegrandes. Vide supra c. 18. lib. XV. *Dalec.*

Fici mariscae) De his egimus L. XV. s. 19. H.

terra. Siluestriora *q.* omnia tardiora. Quaedam ex iis omnino [1] nec maturescunt. Item quae subarantur *r.*, aut quae ablaqueantur, celeriora neglectis: haec et fertiliora *s.*

LI. [2] Est etiamnum aetatis differentia. Amygdala enim et pirus in senecta fertilissimae: [3] vt et glandiferae, et quoddam genus ficorum. Ceterae in iuuenta tardiusque maturantes: quod maxime notatur in vitibus. Vetustioribus enim vinum melius: nouellis copiosius. Celerrime vero senescit, et in senecta deteriorem fructum gignit malus: namque et minora poma proueniunt, et vermiculis obnoxia. Quin et in ipsa arbore nascuntur. Ficus sola ex omnium arborum fetu, maturitatis [4] causa medicatur *t.*: iam quidem ex portentis *u.*; quoniam maiora

Aa 4

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. non maturescunt Gr. et Al.* 2. *Et Vet.* 3. *Sic et Ch. vt glandiferae Gr. et Al.* 4. *Causam meditatur. M. vide c. 19. lib. XV.*

q. Siluestriora) Tardius ea fructus suos perficiunt. Theophrast. hist. L. III. c. 3. πεπαίνει γὰρ ὀψαίτερον. H.

r. Item quae subarantur) Subarare, est subtus arando terram mouere: idem fere quod ablaqueare. H.

s. Haec et fertiliora) Nempe, quae subarantur. Nam vt paulo post ipse verissime, *Omnis cura fertilitatem adiicit.* H.

t. Medicatur) Veluti Medicina iuuatur. Caprificatione id fit, quum putrescente caprifici fructu culices geniti in vrbanae fructus euolant, et fructum mordent, sic properante eius maturitate. Vide cap. 19. lib. XV. *Dal.*

Medicatur) Sparso ad radices hordeo, milioque, terraque obruto. Qua arte ficus praesertim humiles ac pumilae in vasis fictilibus satae nutriuntur: et citius eae, quam reliquae, germinant, et fructum edunt. Neque enim de caprificatione hic sermo, vt Dalecampius est arbitratus. H.

u. Ex portentis) Portentosae, inquit, cuiusdam luxuriae est, maiore esse in pretio eas quae sic medicatae coguntur ad maturitatem, ac

maiora sunt pretia praeposteris. *x.* Omnia autem celerius senescunt praefecunda. *y.* Quin et protinus moriuntur aliqua, caelo *z.* fecunditatem omnem oblandito: quod maxime vitibus euenit. (XXVIII.) Contra morus tardissime senescit, [1] fructu minime *a.* laborans. Tarde et quorum crispa materies: vt acer, palma, populus. Et subarata ocyus senescunt. (XXIX.) Siluestria autem tardissime. *b.* Atque in totum, omnis cura fertilitatem adiicit *c.*, fertilitas senectam: ideo et praeflorent talia *d.*, [2] et praegerminant, atque in totum praecocia fiunt: quoniam omnis infirmitas caelo magis *e.* [3] obnoxia est. *f.*

LII.

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. fructus. Ch. fructibus Gr. et Al.* 2. *et quae germinant tota M.* 3. *accidit M. occidit Ch.*

ac praepostere nec legitimo tempore perficiuntur: quum sint eae minus salubres. Plinius iterum L. XXIII f. 63. *Nouissimae ficus salubriores, quam primae; medicatae vero, numquam.* Dalecampius hallucinatur, qui praepósteras hoc loco nouissimas putat esse. H.

x. Praeposteris) Serotinis et nouissimis, quae salubriores censentur. Infra cap. 7. lib. XXIII. *Dal.*

y. Praefecunda) Quorum coacta medicamentis fecunditas est, quae domini auiditas ad fertilitatem celerius quam par est, euocat. Simili fato, similique forte de causa, *senilis prudentia praematurae mortis signum est*, vt ait Plinius, L. VII. f. 52. H.

z. Caelo) Caeli et aeris benignitate ad fecunditatem arbores inuitante. H.

a. Fructu minime) Ita R. 2. et alii R. 1. Colb. Th. *fructus.* Haud multum, inquit, in edendo fructu morus laborat: ideo tardius senescit. H.

b. Siluestria autem tardissime) Theophrast. cap. 14. lib. IV. histor. *Dal.*

c. Omnis cura fertilitatem adiicit) Idem cap. lib. II. Causs. *Dal.*

d. Praeflorent talia) Nempe siluestria. H.

e. Caelo magis) Caeli vires affectionesque sentit. H.

f. Magis obnoxia est) MSS. R. Th. Colb. etc. *magis oboccidit.* H.

LII. Multae vero plura gignunt *g.*, vt diximus *h.* in glandiferis: inter quas laurus vuas suas *i.*: maximeque *k.* sterilis, quae non gignit aliud: ob id a quibusdam mas existimatur. Ferunt et auellanae iulos *l.* compactili callo, ad nihil vtiles. (XXX.) *m.* Plurima vero buxus. *n.* Nam et semen suum, et

Aa 5 gra-

g. Multae vero plura gignunt) Idem c. 10. lib. III. histor. *Dal.*

h. Vt diximus) A sect. 9. ad sect. 14. H.

i. Inter quas laurus vuas suas) Apud Theophr. c. 15. lib. II. Causs. et cap. 11. lib. III. hist. Laurus haec fert τὰ βρύα non βότρυας, nempe consertos flores, similes quercuum et olearum floribus. Gaza tamen hoc Plinii loco deceptus, apud eumdem Philosophum cap. 8. lib. III. hist. βότρυας, inconsiderate reposuit, nec in aliis supra citatis locis emendandum putauit, inconstanti iudicio. *Dal.*

Vuas suas) Quiddam vuae simile. H.

k. Maximeque) Et satiua quidem, inquit, et sterilis: sed haec maxime, quae fructum alium nullum gignit. Theophr. hist. L. III. c. 8. Ἡ δὲ δάφνη τὸ βοτρύδιον· φέρει μὲν καὶ καρποφόρος, εἰ μὴ καὶ πᾶσα, ἀλλὰ καὶ γένος τι αὐτῆς· οὐ μὴν ἀλλὰ πλέον, καὶ ἄκαρπος, ἣν δὴ καὶ ἄῤῥενα τινες καλοῦσιν. H.

l. Iulos) Theophr. l. c. Ἡρακλεωτικὴ καρύα, τὸν ἴουλον. Est autem iulus, quem auellanae florem Suidas vocat, callo seu squamula plurima ex qua compingitur: et tamdiu quidem compactilis dicitur, donec in flosculos exiguos dehiscat. Galli vocant, *des chatons.* H.

m. Ad inscr. siue loto) Loti genera tria diligenter distincta vide cap. 2. lib. XXIV. *Dal.*

n. Plurima vero buxus) Scribendum non *buxus*, sed *ilex* manifeste ex Theophrasto libro III. cap. 16. Nihil enim tale, quale hic dicitur a Plinio, fert buxus, ex eodem Theophrasto cap. 15. De ilice vero mox loco ante citato sic tradit: *Fert praeter glandem granum quoddam puniceum et viscum atque hyphear habet. Quapropter vt fructus quaternos habeat interdum contingit, binos proprios, binosque alienos, visci scilicet atque hyphearis: fert a septemtrione viscum, a meridie hyphear.* Quod autem sequitur *carthegon*, legen-

granum, [1] quod crataegum *o.* vocant, et a feptemtrione vifcum *p.*, a meridie hyphear: de quibus plura mox paulo. *q.* Interdumque pariter res quaternas habent.

LIII. [2] Arbores quaedam *r.* fimplices, quibus a radice caudex vnus: et rami frequentes, vt oliuae, fico, viti. Quaedam fruticofi *s.* generis, vt paliurus, myrtus: item nux [3] auellana: quin imo melior

1. *crategum. Vet. et Ch. Carthegon Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. Arbores quidem fimplices, etc. ex Theophr. arborum quaedam Gr. et Al.* 3. *abellana. Ch.*

gendum quidam *crategon*: fed arbor eft non granum eidem Theophrafto crategon, eodem libro capite 15. Et eiufdem nominis herba Diofcoridi libro III. *Pint.*

o. Quod crataegum) MSS. omnes h. l. *grataegum.* In Indice, *grataecum.* Nos vtrobique crataegum refcripfimus. In editis perperam *carthegon.* H.

p. Vifcum) De Ilice hoc Theophraftus et non de Buxo c. 16. lib. IV. hift. et c. 32. lib. II. Cauff. τὸν πύξον σὺν τῷ πρίνῳ Plinius confundit. *Dal*

Vifcum) Vifcum et hyphear ilici pariter, πρίνῳ attribuit Theophr. hift. L. III. c. 16. Nec tamen illos audio, qui buxum pro ilice acceptum hoc loco a Plinio volunt: aut κράταιγον aliud nullum effe, praeter arborem eam, quam Theophr. c. 15. extremo, poft buxum defcribit. H.

q. Mox paulo) Cap. 44. eodemque vltimo huius libri. Dal.

Mox paulo) Sect. 93. vbi et ilici vifcum affignat. H.

r. Arbores quaedam) Diffimilia plane funt quae Theophraftus affert hift. L. I. c. 13. et ab hoc argumento, in quo Plinius habitat, valde difcrepantia. Οὐδὲν πρὸς ἔπος, vt aiunt. Vt plane fruftra fint Rob. Conftantinus, Dalecampius, ceterique, qui Plinianam orationem ex Theophraftea metiri, falfique coarguere moliuntur. H.

s. Quaedam fruticofi) Hoc eft, fruticibus annumeranda. Eft autem frutex, qui ad iuftam arboris magnitudinem, craffitudinemue non affurgit: lignofo tamen et ipfe caudice, qui non perarefcat,

lior est, et copiosior fructu, in plures dispersa ramos. In quibusdam omnino nullus *t.*, vt in suo genere buxo, loto transmarinae. *u.* Quaedam bifurcae, atque etiam in quinas partes [1] diffusae. Quaedam diuiduae *x.*, nec ramosae, vt sambuci. *y.* Quaedam indiuiduae *z.*, ramosae, vt piceae. Quibusdam ramorum ordo, sicut piceae, abieti. Alias [2] inconditus, vt robori, malo, piro. Et abieti quidem subrecta diuisura *a.*, ramique in caelum tendentes, non in latera proni. Mirum *b.*, cacuminibus eorum decisis moritur *c.*: totis vero detruncatis

1. *diffissae. Quaedam indiuiduae. Vet.* 2. *inconditi. Vet.*

rescat, vt in herbis accidit, sed perennis eduret. H.

t. In quibusdam omnino nullus) Theophrast. cap. 13. lib. I. hist. Spissae omnes raris fere magis nodosae. Mares autem et siluestres omnes spissiores: nisi si qua ob spissitudinem prorsus enodis sit, aut nodos paucos habeat, vt Buxus, Lotus, etc. Infeliciter haec vertit Plinius. Fefellit eum aequiuoca significatio τȣ̃ ὄζȣ et ramum indicantis, vt ait Theophrast. c. 2. lib. I. hist. et nodum. *Dal.*

In quibusdam — nullus) Subintellige, nullus caudex: sed statim pullulat a radice ramorum silua, vt in buxi genere quodam, lotoque Africana, de qua diximus, L. XIII. f. 32. H.

u. Loto transmarinae) Nihil Theophrastus. Dioscoridi, Lotos arbor, Lotos siluestris, Lotos Aegyptia caulem habent. *Dal.*

x. Quaedam diuiduae) Caudice bifurco, vel in plures partes diffisso. H.

y. Sambuci) Theophrast. c. 2. lib. I. histor. Laurus, ficus. *Dal.*

z. Indiuiduae) Simplici, nec vsquam scisso, vel bifurco caudice. H.

a. Et abieti quidem subrecta diuisura) Haec non satis fideliter Plinius recitat e cap. 13. lib. I. hist. Theophr. *Dal.*

Et abieti) Theophr. hist. L. I. c. 13. Iconem vide abietis apud Matthiolum, p. 107. H.

b) Mirum) Theophr. hist. L. III. c. 8. H.

c. Cacuminibus eorum decisis moritur) Theophrast. cap. 19. lib. IV. histor. cap. 8. lib. III. eiusd. et cap. 24. lib. V. de Caus. *Dalec.*

tis durat. Et si [1] infra *d.*, quam rami fuere, praecidatur, quod superest, viuit, si vero cacumen *e.* tantum auferatur, tota moritur. Alia ab radice brachiata, vt vlmus. Alia in cacumine ramosa, vt pinus, lotos, siue faba Graeca *f.*: quam Romae a suauitate fructus siluestris quidem, sed cerasorum paene natura, loton appellant. Praecipue domibus expetitur ramorum petulantia, breui caudice latissima exspatiantium vmbra, et in vicinas domos saepe transilientium. [2] Nulli opacitas breuior: nec aufert Solem hieme, decidentibus foliis. [3] Nulli cortex iucundior, aut oculos excipiens blandius. [4] Nulli rami longiores, validioresque, aut plures, vt dixisse totidem arbores liceat. Cortice pelles tingunt *g.*, radice lanas. Malis proprium genus: ferarum enim rostra reddunt *h.*, adhaerentibus [5] vni maximo minoribus.

LIV.

1. *intra quam. M. et Ch.* 2. *Nulla. M. et Ch.* 3. *Nullis. Ch.* 4. *Nullis Ch.* 5. *vni ramo pluribus. Dal.*

d. Et si infra) Theophr. l. c. ὅταν δὲ τὰ κατωτέρω, etc. H.

e. Si vero cacumen) Theophrast. ἐὰν τὸ ἄκρον μόνον ἐπικοπῇ, vel solo deciso cacumine moritur. H.

f. Lotos, siue faba Graeca) Lotos quatuor nouimus: Primam Dioscoridis, et Theophrasti priorem, vulgo *Micacolier*, *Perlaro* Italis: Secundam quae Theophrasti posterior est, vulgo Laurocerasus: Tertiam Diospiton Theophrasti, Gaiacanam vulgi, Fabam Graecam Romanorum. Cerasum Constantinopolitanam Matthioli: Quartam Polybii apud Athenaeum lib. XIV. *Dalec.*

Lotos siue faba) Gallis, *l'Alisier*, arbor Biturigibus Cubis valde familiaris. Recte a Dodonaeo pingitur, et describitur eadem accurate, Pempt. 6. L. IV. c. 24. p. 834. H.

g. Cortice pelles tingunt) Dioscorides decoctum ramentorum Loti capillum ruffat. Sed ea diuersa est a Faba Graeca. *Dalec.*

h. Malis proprium genus, ferarum enim rostra reddunt) Scribendum reor: *Malis proprii nodi: ferarum enim rostra reddunt.* Theophrast. lib. I. cap.

LIV. Ramorum aliqui caeci *i.*, qui non germinant: quod natura fit, si non eualuere *k.*: aut poena, quum deputatos cicatrix hebetauit. *l.* Quae diuiduis in ramo natura est *m.*, haec viti in oculo, arun-

cap. 13. *Malis profecto nodi peculiares; faciebus enim beluarum similes exstant. Vnus praegrandis: alii circa eum parui complures.* Pint.

Malis proprium) Arbori, inquit, quae malus vocatur, peculiaris est ramorum forma seu facies: ferarum enim rostra referunt nodis suis: vnus est eorum praegrandis: complures exigui circumadhaerescunt. Theophr. hist. L. I. c. 13. Ἰδιώτατοι δὲ οἱ τῆς μηλέας ὄζοι· ὅμοιοι γὰρ θηρίων προσώποις· εἷς μὲν ὁ μέγιστος, ἄλλοι δὲ περὶ αὐτὸν μικροὶ πλείους. H.

i. Ramorum aliqui caeci, etc.) Deceptus et hic est ambiguitate vocis ὄζον, quae in eo loco Theophr. nodum significat, non ramum. *Dal.*

Ramorum aliqui) Ramorum, inquit, ὄζους Theophrastus vocat, (quod eodem recidit: nam ὄζοι nodi sunt, vnde rami exeunt,) alii coeci, (sic enim vocantur infertiles, ἄβλαστοι,) qui non germinant: quod et natura fit, genitali ibi deficiente succo: et laesione, deputatis ramis, excisis, auulsis. Theophr. l. c. Εἰσὶ δὲ τῶν ὄζων οἱ μὲν τυφλοὶ, οἱ δὲ γόνιμοι. Λέγω δὲ τυφλοὺς, ἀφ᾽ ὧν μηδεὶς βλαστός· οὗτοι δὲ καὶ φύσει, καὶ πηρώσει γίνονται. Index huius loci, De ramis. H.

k. Si non eualuere) Viribus defecti germen non ediderunt. *Dal.*

Si non eualuere) Plinianum hoc *eualescere* respondere Theophrasteae voci ἐκβιάζεσθαι, ex loco citato falso credidit Constantinus in Lexico: quum isti Latinae *aut poena*, etc. Graeca aequiualeat. H.

l. Quum deputatos cicatrix hebetauit) Quum discerpti, auulsi, excisi, incendio mutilati fuerint. Theophrast. *Dalec.*

m. Quae diuiduis in ramo natura est) Quod nodus in ceteris, id in vite oculus, siue gemma, in arundine geniculum. Theophr. *Dal.*

Quae diuiduis in ramo) Quod in arboribus, quarum caudex diuiditur, ramus est, hoc in vite oculus, siue gemma, in arundine geniculum est: omnium natura similis, calamitas par: iisdem obuia cuncta casibus, siue naturae vitio, siue laesione ea iniuriaque hominum accidant. Theophr. l. c. Ὡς γὰρ ὁ ὄζος ἐν ἄλλοις, οὕτω καὶ ὀφθαλμὸς

arundini in geniculo. Omnium terrae proxima craſſiora. In longitudinem excreſcunt abies *n.*, larix, palma, cupreſſus, vlmus, et ſi qua vniſtirpia. *o.* Ramoſarum ceraſus etiam in XL. cubitorum *p.* trabes, aequali per [1] totam duûm cubitorum craſſitudine [2] reperitur. (XXXI.) Quaedam ſtatim in ramos ſparguntur *q.*, vt mali.

LV. Cortex aliis tenuis *r.*, vt lauro *ſ.*, tiliae: aliis craſſus, vt robori. Aliis laeuis, vt malo, fico. Idem ſcaber robori, palmae. Omnibus in ſenecta rugoſior. *t.* Quibuſdam rumpitur ſponte, vt viti.

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Cb. totum Gr. et Al.* 2. *reperitur in M. deeſt.*

μὸς ἐν ἀμπέλῳ, καὶ ἐν καλάμῳ γόνυ. H.

n. In longitudinem excreſcunt abies) Theophraſt. cap. 8. et 14. lib. I. hiſtor. *Dal.*

o. Vniſtirpia) Μονοςελεχῆ. *Dalec.*

Vniſtirpia) Quae ſimpliciore aſſurgunt caudice, μονοςελέχη. Theophr. hiſt. L. I. c. 14. H.

p. In XL. cubitorum) Vide N. et Em. N. XIV. (hic adi.) *Ceraſus*) Ita libri omnes, etiam manu exarati. Rectius tamen fortaſſis pro *quadraginta*, ſcripſeris *quatuor et viginti.* Nam ita ſuadent haec Theophraſti verba hiſt. L. III. c. 13. Ἴδιον δὲ τῇ φύσει δένδρον ὁ κέρασός ἐςί, μεγέθει μὲν μέγα· καὶ γὰρ εἰς τέσσαρας καὶ εἴκοσι πήχεις αὔξεται· ἐςὶ δ' ὀρθοφυὲς σφόδρα· πάχος δὲ, ὥςε καὶ δίπηχον τὸν περίμετρον πρὸ τῆς ῥίζης ἔχειν. H.

q. Quaedam ſtatim in ramos ſparguntur) Theophraſt. c. 14. lib. I. hiſt. *Dalec.*

Quaedam ſtatim) Theophr. l. c. Ἔνια δὲ εὐθὺς σχίζεται, οἷον ἡ μηλέα. H.

r. Cortex aliis tenuis) Idem ibid. c. 8. *Dalec.*

Cortex aliis) Quae de corticis multiplici natura hic produntur, a Theophraſto quoque traduntur, hiſt. L. I. c. 8. H.

ſ. Vt lauro) Vt Lauro Phillyreae. Vitioſum eſt exemplar Theophraſti cap. 8. lib. I. quum idem ſcribat cap. 10. lib. III. Tiliae craſſum eſſe corticem. *Dalec.*

t. Omnibus in ſenecta rugoſior) Scribo, *quibuſdam*, non *omnibus.* Theophraſtus libro I. capite 8. *Quaedam*, inquit, *ſcabro cortice, vt robur,*

viti. *u.* Quibusdam etiam *x.* cadit, vt malo, vnedoni: carnosus, suberi, populo: membranaceus, *y.* vt viti, arundini: libris similis, ceraso: multiplex tunicis, vt vitibus, tiliae, abieti. *yy.* Quibusdam simplex, vt fico, arundini. *z.*

LVI. Magna et radicum differentia. *a.* Copiosae fico, robori, platano: breues et angustae, malo: singulares abieti, [1] larici. *b.* Singulis [2] illis innituntur, quamquam [3] minutis in latera dispersis. Crassiores lauro et inaequales *c.*: item oleae, cui et ramo-

1. *pino. Theophr.* 2. *enim Gr.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. minimis in latera Gr. et Al.*

bur, suber, palma. Haec dum adolescunt, laeuiori cortice sunt: quum senescunt, crassiori, scabriorique. Pint.

u. Quibusdam rumpitur sponte, vt viti) Ἔνια ῥηγόφλοια, inquit Theophrast. vbi perperam legitur ῥηζόφλοια, quod Gaza non animaduertens, sic inepte locum eum vertit: *Nonnullis cortex radicis specimen gerit, vt viti.* Dalec.

Quibusdam rumpitur) Ἔνια δὲ καὶ ῥηξίφλοια; sic enim apud Theophrastum legi oportere, non ῥιζόφλοια, et Plinius admonet, et experientia docet. H.

x. Quibusdam etiam, etc.) Theophr. sic habet: τὰ δ' ὡς περιπίπτειν, ὡς ἀδράχνη, νηλεια κόμαρος. Quibusdam veluti per circuitum cadit, vt Adrachnae, vnedoni, Arbuto. Loco νηλεια lego ἐπιμηλέα, quae et ἐπιμηλὶς dicitur. Dalec.

y. Membranaceus) Neruosus, gracilisque, ac minime carnosus, ἰνώδης καὶ ἄσαρκος - οἷον ἀμπέλȣ, καλάμȣ, etc. H.

yy. Abieti) Addit Theophr. Linospartum et Caepas. *Dal.*

z. Arundini) Addit idem Lolium. *Dalec.*

a. Magna et radicum differentia) Idem c. 9. lib. I. histor. *Dalec.*

Magna et radicum) Haec radicum differentia proditur totidem fere verbis a Theophrast. hist. L. I. c. 9. H.

b. Abieti, larici) Aliis vna tantum radix, vt abieti et larici. Τὰ δὲ μονόῤῥιζα, καθάπερ ἐλάτη, πεύκη. En iterum: πεύκη, larix, vt diximus s. 19. H.

c. Crassiores lauro et inaequales) Quibusdam, crassae magis,

ramosae. *d.* At robori carnosae. Robora *e.* suas in profundum agunt. Si Virgilio *f.* quidem credimus, esculus, quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Oleae, [1] malisque, et cupressis *g.*, per summa cespitum. *h.* Aliis recto meatu, vt lauro *i.*, oleae: aliis flexuoso, vt fico. Minutis haec capillamentis [2] hirsuta, vt abies, multaeque siluestrium: e quibus montani praetenuia fila decerpentes, spectabiles lagenas, et alia vasa nectunt. Quidam non altius *k.* descendere radices, quam Solis calor tepe-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. malis et cupressis Gr. et Al.* 2. *hirsuta abieti, multisque. Vet.*

magis, quibusdam inaequales, vt Lauro, item Oleae, cui et nodosae ac fimbriatae. Theophr. ὀζώδεις, καὶ θυσανώδεις. *Dalec.*

d. Cui et ramosae) Theophrast. l. c. ὀζώδεις. Plinius ramosas recte scripsit, Gaza *nodosas* perperam interpretatus est. H.

e. Robora) Theophr. Ἔστι δὲ καὶ τὰ μὲν βαθύῤῥιζα, καθάπερ δρῦς. Robur Plinio δρῦς est, vt diximus saepius. H.

f. Si Virgilio) Georg. L. II. v. 291. *Esculus in primis, quae quantum vertice ad auras Aethereas, tantum radice in tartara tendit.* H.

g. Malis et cupressis) Theophrastus ibidem. Eius loci sensum Plinius non intellexit. *Dalec.*

h. Per summa cespitum) In summa terra adrepunt. Theophr. Τὰ δὲ ἐπιπολαιόῤῥιζα, καθάπερ ἐλαία, ῥόα, μηλέα, κυπάρισσος. H.

i. Aliis recto meatu, vt lauro) Quibusdam rectae et aequales: aliis obliquae, et inaequales: idque partim natura, vt Lauro et Oleae, partim qui recto meatu non distenduntur, sed flexuoso, vt Fico. *Dalec.*

Aliis recto) Etsi aliquantum obliquae radices lauro, oleaeque sint, tamen illae aequabiliore cursu per summa cespitum repunt: ficus, flexuoso magis et contorto. Haec e re ipsa, non e Theophrasto, petita. H.

k Quidam non altius, etc.) Tacite reprehendit Theophrastum a quo id scriptum est, cap. 11. lib. I. histor. *Dal.*

Quidam non altius) Theophrastum in eam sententiam iuisse liquet, hist. L. I. c. 11. H.

tepefaciat, idque natura *l.* loci [1] tenuioris crassiorisue dixere, quod falsum arbitror. Apud auctores *m.* certe inuenitur, abietis planta quum transferretur, VIII. [2] cubitorum *n.* in altitudine: nec totam refossam, sed abruptam. Maxima spatio atque plenitudine et [3] citri *o.* est. Ab ea platani *p.*, roboris, et glandiferarum. Quarumdam radix viuacior superficie, vt lauri. Itaque cum [4] trunco inaruit, recisa etiam laetius fruticat. Quidam breuitate *q.* radicum celerius senescere arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices *r.* longissimae, et senectus ocyssima. Falsum arbitror et quod aliqui prodidere, radices arborum vetustate minui. Visa

1. *tenuiores crassioresue.* *Vet.* 2. *cubitorum altitudine radicem fuisse, nec totam.* *Vet.* 3. *cedri.* *Vet.* 4. *truncus.* *Vet.*

l. Idque natura) Conferre ii dixere, inquit, ad βαθυῤῥιζίαν, et teporem Solis, et tenuitatem soli: ἐὰν ᾖ κοῦφη, καὶ μανὴ, καὶ εὐδίοδος, inquit Theophr. In MSS. R. etc. *idque natura loci tenuiores, grauissime dixere.* Haud recte, vt alii ante nos intellexere. H.

m. Apud auctores) Lego *plantae* non *planta,* vt repetas radicem. Consimiliter mox paulo quum dicit, *Visa etenim est annosa quercus vi tempestatis euersa,* legendum patrio casu, *annosae quercus vt tempestatis euersae.* vt rursus subaudias *radix.* Pintianus.

Apud auctores) Quod de abietis radice Plinius, hoc ipsum de larice Theophr. hist. L. II. c. 7. Πεύκην δέ τις, etc. H.

n. VIII. cubitorum) Subintellige, radicem fuisse. H.

o. Et citri) Vt dictum est superius, L. XIII. s. 29. H.

p. Ab ea platani) De platani radicibus XXXIII. cubitorum, dictum est L. XII. s. 5. ex Theophrasto et Varrone. H.

q. Quidam breuitate, etc.) Theophrastus c. 11. L. I. hist. non ita quidem scribit, vt refert Plinius, sed nouellas et vigentes arbores longius et altius radices mittere quam vetustas, radicemque marcescente arbore minui, et velut vna contabescere: quod verissimum est. *Dalec.*

r. Quarum radices) Theophrast. hist. L. I. c. 11. H.

Visa [1] etenim est annosa quercus euersa vi tempestatis, et iugerum soli *s.* amplexa.

LVII. Prostratas *t.* restitui plerumque, et quadam terrae cicatrice [2] viuescere *u.*, vulgare est. Et familiarissimum hoc platanis *x.*: quae plurimum ventorum concipiunt propter densitatem ramorum: quibus amputatis, [3] leuatae onere *y.* in sua scrobe reponuntur. Factumque iam est hoc in iuglandibus, oleisque, ac multis aliis. (XXXII.) *z.* Est in exemplis, et sine tempestate, vllaue causa [4] alia quam prodigii, cecidisse multas ac sua sponte resurrexisse. Factum hoc *a.* [5] populi Rom. Quiritibus *b.* ostentum Cim-

1. *enim.* *Cb.* 2. *Sic et M. et Cb. reuiuescere Gr. et Al.* 3. *leuato M.* 4. *alia in M. d.* 5. *Sic quoque M. et Cb. populo Rom. Quiritibus Gr. et Al.*

s. Et iugerum soli) Partim corpore et ramis, partim radicibus, iugerum amplexa. H.

t. Prostratas) Haec sunt etiam apud Theophr. hist. L. IV. c. 19. H.

u. Viuescere) Sic MSS. omnes, non *reuiuescere.* H.

x. Et — platanis) Theophr. l. c. H.

y. Leuatae onere) MSS. omnes: *leuato onere.* At L. XVII. s. 39. *Arboribus putatione leuatis onere.* H.

z. Ad inscr. de prodigiosis arboribus) Arborum ostenta, vide et infra cap. 25. lib. XVII. *Dalec.*

a. Factum hoc) Iul. Obsequens, c. 103. p. 54. *Nuceriae vlmus vento euersa, sua sponte erecta in radicem coaluit.* H.

b. Pop. R. Quir.) *Populi R. Quirites* sunt e Populo R. non quilibet, (nam toto orbe Romano sparsus Populus R. fuit:) sed ii qui in ipsa Vrbe regia, ἐν τῇ κυρίᾳ πόλει, domicilium haberent. Auctor Virgilius, qui Georg. L. IV. v. 200. de apibus sic cecinit: *Verum ipsae foliis natos et suauibus herbis Ore legunt; ipsae* REGEM, *paruosque* QVIRITES *Sufficiunt, aulasque, et cerea* REGNA *refingunt.* Vbi *parui Quirites* sunt apes, quae regem sui quique aluearis assidue ac proxime circumcingunt, vt regi suo olim ciues vrbis regiae Romae proxime aderant. Inde est et *Quirinus*, qui proinde conditor regiae ciuitatis est, nempe Romulus. Plinius L. XV. s. 36. *Inter antiquissima delubra habetur*

Cimbricis bellis *c.* Nuceriae in luco Iunonis, vlmo, poſtquam etiam cacumen [1] amputatum erat, quoniam in aram ipſam procumbebat, reſtituta ſponte, ita vt protinus floreret: a quo deinde tempore maieſtas populi Romani *d.* reſurrexit, quae ante va-

Bb 2 ſtata

1. *amputamentum.* Ch.

betur QVIRINI, *hoc eſt ipſius Romuli.* Eſt Quirini nomen etiam in nummo vetere familiae Memmiae, apud Patinum p. 174. capite Romuli laureato, vultu ſenili et barbato, cum hac epigraphe pone caput QVIRINVS: e regione, C. MEMMIVS C. T. Triumuir monetalis: qui nempe ex aliqua Romuli filia ſe genus trahere gloriabatur. Eſt ergo *Quirinus*, vt diximus, Vrbis regiae conditor, vel rector. Virile nomen illud etiam Caeſari Auguſto tribuitur a Virgilio, Georg. L. III. v. 26. *In foribus pugnam ex auro ſolidoque elephanto Gangaridum faciam, victoriſque arma* QVIRINI. Hoc eſt, Romani Principis, qui Romae in vrbe regia ſedem habet. Denique legitur etiam in Vitellii et Galbae nummis haec epigraphe: VESTA P. R. QVIRITIVM. *Veſta Populi Romani Quiritium*: hoc eſt, Religio Pietaſque Populi Romani, nempe eorum qui in Vrbe regia Roma degunt. In ſingulari numero dixit *Quiritem* Horatius, L. I. ep. 5. v. 7. *Quid plauſus, et amici dona Quiritis?* Veriſimiliora certe haec videntur, quam quae Feſtus comminiſcitur de voce *Curis* et *Curitis.* Vide N. et Em. N. XV. (hic adi.) *P. R. Quir.*) Sinceriſſima haec eſt omnium librorum ſcriptura, tum manu exaratorum, tum etiam typis editorum, ante Dalecampium, qui *Populo R. Quiritibus* ſcripſit. Accepit hunc modum loquendi, credo, a Briſſonio, de formulis, L. I. p. 62. vbi antiquo receptum vſu multis veterum teſtimoniis probat, quae tu conſule. Verum iſta, *Populi Romani Quirites*, genuina eſſe libri omnes conditiui clamant, Reg. Colb. Th. Chiffl. Par. aliique, et quid illa verba ſignificent, abunde in prioribus Notis, ex Virgilio in libris Georgicon, Plinioque, et nummis antiquis oſtendimus. H.

c. Cimbricis bellis) Cimbros Marius cum Catulo vicit A. V. DCLIII. Vide Plutarch. in Mario. H.

d. Maieſtas populi R.) Simile

ſtata cladibus fuerat. Memoratur hoc *e.* idem factum et in Philippis *f.*, ſalice procidua atque detruncata: et Stagiris *g.* in Muſeo populo alba: omnia fauſti ominis. Sed maxime *h.* mirum, Antandri platanus etiam circumdolatis lateribus *i.* reſtibilis ſponte facta *k.*, vitaeque reddita longitudine quindecim cubitorum, craſſitudine quatuor vlnarum.

LVIII. Arbores, quas naturae debeamus *l.*, tribus

mile oſtentum de maieſtate Senatus primum florente, deinde et marceſcente, relatum eſt ſuperiore libro, ſ. 36. H.

e. Memoratur hoc, etc.) Theophr. cap. 4. lib. V. Cauſſ. et cap. 19. lib. IV. hiſt. *Dal.*

Memoratur) Theophr. hiſt. L. IV. c. 19. et de cauſ. L. V. c. 3. p. 328. H.

f. Philippis) Thraciae oppido, de quo L. IV. ſ. 18. H.

g. Et Stagiris) Theophr. ἐν Σταγείραις ἐν τῷ Μεσείῳ, hiſt. L. IV. c. 19. H.

h. Sed maxime) Theophraſt. loco mox cit. H.

i. Circumdolatis lateribus) Ramis amputatis et aliqua parte circumdolata. Theophraſt. ibidem. *Dal.*

Circumdolatis) Duobus lateribus circumdolatis, παραπεπελεκημένη δ' ἐτύγχανεν ἐκ τῶν δύο μερῶν. Theophr. l. c. H.

k. Reſtibilis ſponte facta) Sponte erecta et ſibi reſtituta. Obſerua ſignificationis modum. *Dal.* Simile propemodum exemplum narrat oculatus teſtis Cl. Iacobus Palmerius Exercitat. Criticar. ad Theophraſt. lib. V. p. 598. de quercu quadam truncum habente 25. pedes aut circiter longum, craſſum vero vnius pedis, aut paulo minus diametro: haec ventorum violentia deiecta et humi proſtrata iacuit per duorum menſium ſpatium, poſtea vero ramis: amputatis onere leuata denuo ſponte reſurrexit, et tamquam nihil paſſa viguit. *Dal.*

Reſtibilis) Regerminans, reſtituta fecunditate, παλίμβλαστος. H.

l. Quas naturae debeamus) Theophraſtus cap. 1. lib. I. Cauſſ. *Dal.*

Arbores, quas naturae) Non arti, non curae, aut induſtriae. Vnde in Indice huius libri locus hic notatur his verbis: *Quot modis ſponte naſcuntur arbores.* H.

bus modis *m.* nascuntur: sponte, aut semine, aut ab radice. Cura numerosior exsistit: de qua suo dicemus volumine *n.*: nunc enim totus sermo de natura est, multis modis mirisque memorabili. Namque non omnia in omnibus locis nasci docuimus *o.*, nec translata viuere. [1]Hoc alias fastidio, alias contumacia, saepius imbecillitate eorum, quae [2]transferantur, euenit: alias caelo inuidente, alias solo repugnante.

LIX. Fastidit balsamum alibi [3]nasci *p.*: nata [4]Assyria

1. *Sic ex MSS. em Hard. Hoc aliaque. Ch. hocque alias transferuntur Gr. et Al.* 2. *Sic quoque. Ch.* 3. *nasci natura. Syria malus alibi ferre. Ch. nasci. Natura nisi in Syria noluit: nec non et palmam nasci vbique aut natam. M.* 4. *deest nata in Gr.*

m. Tribus modis) Vide N. et Em. N. XVI. (hic coll.) *Arbores, etc.)* Tergeminam arborum originem tam paucis verbis perstrinxit, quam luculenter Virgil. explicat Georg. L. II. v. 9. exemplisque illustrat, quae iuuat hic commemorare: *Principio arboribus varia est natura creandis. Namque aliae, nullis hominum cogentibus, ipsae Sponte sua veniunt, camposque et flumina late Curua tenent: vt molle siler, lentaeque genistae, Populus et glauca canentia fronde salicta. Pars autem posito surgunt de semine, vt altae Castaneae; nemorumque Ioui quae maxima frondet Esculus, atque habitae Graiis oracula quercus. Pullulat ab radice aliis densissima silua, vt cerasis, vlmisque: etiam Parnassia laurus, Parua sub ingenti matris se protegit vmbra. Hos natura modos primum dedit: his genus omne Siluarum, fruticumque viret, nemorumque sacrorum. Sunt alii quos ipse via sibi repperit vsus.* Quam multa noster quam paucis contraxit. H.

n. Suo dicemus volumine) L. XVII. a sect. 9. *Nunc de his arboribus dicemus, quae cura hominum atque arte proueniunt.* H.

o. Docuimus) L. XII. s. 7. H.

p. Fastidit balsamum alibi nasci, etc.) Lege, *Fastidit balsamum alibi: nata Assyria malus alibi ferre.* Feracem alibi esse negat nisi in Assyria, quamuis alibi natam. Vide *Salmas.* p. 964. a.

ſyria malus *q.* alibi ferre: nec non et palma naſci vbique aut nata parere; vel quum [1] promiſit *r.* etiam, oſtenditque ea educare, quae tamquam inuita peperit. Non habet vires frutex cinnami in Syriae vicina perueniendi. Non ferunt amomi nardique deliciae, ne in Arabia quidem [2] ex India, [3] et naue *s.* peregrinari. Tentauit enim Seleucus rex. Illud maxime mirum, ipſas arbores plerumque exorari vt viuant, atque [4] tranſmigrent: aliquando et a ſolo impetrari, vt alienas alat, aduenaſque nutriat: caelum nullo [5] modo flecti. Viuit in Italia piperis arbor *t.*: caſiae vero etiam in ſeptemtrionali *u.* plaga: vixit:

1. *promiſit oſtenditque etiam educare.* *M.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. ex India naue Gr. et Al.* 3. *Sic et M. et Ch.* 4. *tranſmigrans aliquorſum et a ſolo M.* 5. *modo quit flecti. Vet.*

q. Nata Aſſyria malus) Voculam *nata* ex MSS. R. Colb. Thuanoque adiecimus. Negat alibi feracem malum eam eſſe, quamuis alibi natam. Sic ſtatim de palma: *Nec non et palma naſci vbique* faſtidit, *aut nata parere.* H.

r. Vel quum promiſit) Alludit ad ea, quae ſuperius ipſe notauit, L. XIII. ſ. 6. de palmis: *Ferunt in maritimis Hiſpaniae fructum, verum immitem: dulcem in Africa, ſed ſtatim euaneſcentem.* H.

s. Et naue) Etiam naue, quod tranſuectionis genus molliſſimum eſt. H.

t. Vivit in Italia piperis arbor) Piperis arborem a Plinio dici volunt fruticem, quem vulgus adhuc vocat *Poiurier*, officinae vero Ribes nigrum: Caſiam autem plantam non quidem Indicam, ſed Hyginii, Theophraſti Cneoron, nempe Roſmarinum coronarium et noſtratem Lauendulam ſiue Spicam. *Dalec.*

Viuit in Italia) Vt dictum eſt L. XII. ſ. 14. H.

u. In ſeptemtrionali) Vide L. XII. ſ. 43. De caſia porro aromatica accipi haec oportere, Columella teſtis eſt, cuius haec oratio, L. III. c. 8. *Tmolon et Corycion florere croco animaduertimus: Iudaeam et Arabiam pretioſis odoribus illuſtrem haberi. Sed nec noſtram ciuitatem praedictis egere ſtirpibus: quippe quum pluribus locis Vrbis iam caſiam*

vixit [1] in Lydia *x.* thuris. Sed vnde *y.* sorbentes succum omnem ex iis Soles, coquentesque lacrymam? Illud proxime mirum, mutari naturam *z.* [2] in iisdem, atque pro indiuiso *a.* valere. Cedrum aestuosis *b.* partibus dederat: [3] et in Lyciis *c.* Phrygiisque montibus nascitur. Frigus inimicum lauro fecerat: sed in Olympo *d.* copiosior nulla est. Circa

 Bos-

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. vixit et in Lydia Gr. et Al. *2. in iisdem atque ex improuiso. Ch. in iisdem locis, atque improuisa. M. atque improuiso. Vet.* *3. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. at in Gr. et Al.*

casiam frondentem conspicimus: iam thuream plantam, florentesque hortos myrrha et croco. H.

x. In Lydia) Nempe Sardibus, vt diximus L. XII. s. 31. H.

y. Sed unde) Sed sunt eae arbores, inquit, in alieno caelo, soloque, sine succo, sine lacryma, absumente fortassis vtrumque vi Solis, et, si superis placet, sorbente. H.

z. Mutari naturam, etc.) Vt aestuosa plantas edant frigidis locis familiares, et frigida plantas gignant in aestuosis nasci solitas. *Dal.*

Mutari naturam in iisdem) In iisdem scilicet arboribus; quum eas, quae aestuosis fere nascuntur locis, etiam edant frigida, et versa vice. Vide N. et Em. N. XVII. (hic pos.) *Mutari)* Adiecere hic voculam interpolatores, *in iisdem locis*, quae Plinianam sententiam labefactat. Nos sequuti scriptoris mentem, fidemque codicum vetustiorum, inter quos cum Chiffl. et Par. eamdem erasimus. H.

a. Pro indiuiso) Perinde. Sic R. 2. aliique, et editi omnes. Ea voce vsus idem superius L. IX. s. 64. H.

b. Cedrum aestuosis, etc.) Cedrus quidem Conifera in aestuosa Syria gignitur, ac baccifera in Ida. Theophr. cap. 12. lib. III. histor. Cedrum in Lycia multam nasci, materia ad nauium fabricam vtili. Strabo scribit lib. XIV. *Dal.*

Cedrum aestuosis) Syriae. Theophr. hist. L. IV. c. 6. H.

c. Et in Lyciis) Theophrast. l. c. Κέδρον δὲ καὶ τὰ Θρᾴκια ὄρη, καὶ τὰ Φρύγια. H.

d. Sed in Olympo) Nempe Pierico, de quo L. IV. s. 15. Quem νιφόεντα montem niuosum Homerus alter

Bosphorum *e.* Cimmerium in Panticapaeo vrbe, omni modo laborauit Mithridates Rex, et ceteri incolae, sacrorum certe *f.* causa, laurum myrtumque habere: non contigit *g.*, quum [1] teporis arbores *h.* abundent ibi, Punicae *i.*, ficique, iam mali et piri laudatissimae. Frigidas *k.* [2] eodem tractu non genuit arbores, pinum, abietem, piceam. Et quid attinet in Pontum abire? iuxta Romam ipsam castaneae cerasique aegre proueniunt; Persica in Tusculano, [3] nec non nuces Graecae cum taedio [4] inseruntur, Terracina siluis [5] scatet earum.

LX. (XXXIII.) Cupressus *l.* aduena, et difficillime nascentium fuit, vt de qua verbosius saepiusque,

1. *teporis, in M. d. temporis. Ch.* 2. *idem tractus. Vet. natura eodem tractu. Alii. Vet.* 3. *Nam nuces. M.* 4. *Inseruntur. Terracina siluis scatet earum M.* 5. *scatente Gr.*

alter vocat, hymno in Hercul. Theophr. l. c. H.

e. Circa Bosphorum) Theophrast. l. c. H.

f. Sacrorum certe) Quoniam in sacris adhiberi myrtus laurusque soleret, ad purgationes, ad suffimenta, vt dictum est libro sup. s. 36. et 40. diceturque vberius, L. XXV. s. 59. H.

g. Non contigit) Frigus perferre negat posse myrtum Virg. Ecl. VII. v. 6. *Dum teneras defendo a frigore myrtos.* Et Plinius Iun. L. V. ep. 6. villam suam membratim describens: *Caelum*, inquit, *est hieme frigidum et gelidum: myrtos, oleas, quaeque alia assiduo tepore laetantur, aspernatur ac respuit.* Apud Aremoricos, qui Britones nominantur, multa myrtus est, caelum tamen hieme frigidum satis, gelidumque. H.

h. Teporis arbores) Tepido calidoque caelo feliciter prouenientes. H.

i. Punicae, etc.) Theophrast. l. c. H.

k. Frigidas) Theophr. rursum l. c. H.

l. Cupressus, etc.) Κυπάριττος Graecis, ἀπὸ τᾶ κύειν τὰς παρίσας ἀκρέμονας. Quidam Cupressos χάριτας dixere ab eleganti venustaque coma. In Arcadia apud Psophidem tantae proceritatis fuerunt, vt proximus

que, quam de omnibus aliis, prodiderit Cato. *m.* Natu morosa *n.*, fructu superuacua *o.*, baccis torua *p.* folio amara, odore violenta, ac ne vmbra quidem gratiosa, materie rara *q.*, vt paene fruticosi generis,

ximus mons inumbraretur: dictae παρθένοι, quia ferro intactae, et Alcmaeoni sacrae, quoniam Argis necata matre illuc se recepisset. Materia Cupressi ἄσηπτος. quamobrem eorum, qui in bello ceciderant, corpora acris e cupresso condi solita Thucydides scribit: et Plato leges publicas, sacrorumque ritus, ob aeternam firmitatem in tabulis cupressinis describi voluit. Rhodig. c. 2. XXV. Veiouis simulacrum ex hoc ligno in arce durauit ab vrbis conditae anno 551. ad auctoris vsque tempora. Infra c. 40. huius libri. *Dal.*

¹ *Cupressus aduena)* Quoniam ei patria a Creta fuit, vt mox dicetur. H.

m. Cato) Cap. 42. et 151. *Dal.*

Cato) Libro de R. R. c. 48. et c. 151. p. 80. et 81. H.

n. Natu morosa) Theophrast. cap. 8. lib. I. Causs. *Dal.*

Natu morosa) Δυσαυξὴς, Theophr. de caus. L. I. c. 9. crescens aegre admodum. Vnde poetis dicta *Lenta cupressus.* Plinius L. XVII. s. 34. de esculo, *Minus morosa nasci.* H.

o. Fructu superuacua) Cessit ea res in prouerbium, Κυπαρίττε καρπὸς, *Cupressi fructus*, de re pulcra quidem, et aspectu speciosa, sed prorsus inutili. Vide Cael. Rhodig. L. XXV. c. 2. H.

p. Baccis torua) Galbulis. Varroni, conis et nucibus. *Dal.*

Baccis torua) Quae gustanti faciem toruam reddunt, cum *ora*, vt Virgil. cecinit Georg. L. II. v. 247. *Tristia tentantum sensu* male torquet *amaror*. Baccas eiuscemodi galbulos appellat Varro, L. de R. R. c. 40. et tamquam pilas corticias ait esse, in quibus semina natura concluserit. Pilulas Plinius L. XVII. s. 14. Theophr. de caus. L. I. c. 5. καρπὸν σφαιροειδῆ. H.

q. Materie rara) Macilenta. Quod de cupresso femina verissimum, quam Dodonaeus delineauit, p. 848. *Cypres femelle.* Quid fruticosum sit, diximus, s. 53. H.

Diti sacra *r*., et ideo funebri signo *s*. ad domos *t*. posita. Femina sterilis diu. *u*. Metae demum *x*. aspectu

r. Diti sacra) Festus: *Cupressi mortuorum domibus ponebantur ideo, quia huius generis arbor excisa non renascitur: sicut ex mortuo nihil est iam sperandum: quam ob causam in tutela Ditis patris esse putabatur.* H.

s. Funebri signo, etc.) Nobilium tantum et diuitum Lucanus: *Et non plebeios luctus testata cupressus.* Varro adhiberi rogis cupressum ait propter grauem vstrinae nidorem: quoniam fetorem cadaueris dum vritur, odoris sui iucunditate lenit. Festus Diti sacram esse, Seruius Proserpinae vult, quia praeciso capite moritur, et subsecta non renascitur, praeterquam in Aenaria, quemadmodum ex mortuis nihil speratur. Fabulas de Cyparissa filia Boreae, Cyparissarum Eteoclis gnatarum, Cyparissi a Telepho geniti, cuius meminit Ouid. X. Metam. Seruius Aeneid. III. prolixe narrat. Hadr. Iun. cap. 20. lib. I. Hermippus sceptrum Iouis e Cyparisso edolatum fuisse prodit, ideoque Pythagoraeos arculis et vtensilibus cupressinis abstinuisse Laërtius refert. Virgilius de funere Polydori: — *stant Manibus arae, Caeruleis moestae vittis, atraque cupresso.* Dal.

t. Ad domos) Nobilium scilicet. Lucanus, L. III. v. 442. *Et non plebeios luctus testata cupressus.* Neque ad domos tantum, sed et ad sepulcra. Horat. L. II. ode. 14. *Linquenda tellus, et domus, et placens Vxor, neque harum quas colis arborum, Te praeter inuisas cupressos, Vlla breuem dominum sequetur.* Et apud Maronem, Aen. L. VI. v. 215. in Miseni funere, *ferales ante* pyram *cupressos constituunt.* H.

u. Femina sterilis diu) Legendum arbitror, *spreta*, non *sterilis*. Supra enim traditum fuit, feminam esse feracem, marem sterilem, indicant id etiam verba protinus sequentia: *Metae demum aspectu non repudiata.* Pint.

Feminae sterilis diu) Tarde fructum edit. Sed mas omnino non gignit, vt dicetur inferius, L. XVII. s. 14. Et Geopon. auctor diserte monet, L. XI. c. 6. p. 308. Κυπάρισσος δὲ ὁ ἄῤῥην ἄγονός ἐστιν. H.

x. Metae demum) Acuminato fastigio placuit, siue cono. Vnde *coniferae cyparissi* apud Virgil. Aen. L. III. v. 680. *Et metas imitata cupressus*, apud Ouid. Metam. L. X. v. 106. H.

aſpectu non repudiata, diſtinguendis tantum *y.* pinorum ordinibus *z.*: nunc vero tonſilis facta in denſitate parietum *a.*, coërcitaque gracilitate *b.* perpetuo tenera. *c.* Trahitur etiam in picturas [1] operis topiarii *d.*: venatus, claſſeſue, et imagines rerum tenui

1. operi hiſtoriarum. M. *opere hiſtoriali Gr. et Al.*

y. Diſtinguendis tantum, etc.) Id fieri ſolitum duobus modis intelligunt, aut quum in ſingulis ordinibus, duabus Pinis Cupreſſum vnam interponebant: aut quum duobus Pinorum ordinibus Cupreſſorum ordinem vnum interſerebant, venuſtatis gratia, elegantiſque et iucundi aſpectus. *Dalec. Diſtinguendis tantum pinorum ordinibus*) Scribo *vinearum*, non *pinorum*, ex M. Varrone libro primo, cap. 26. *In omni*, inquit, *vinea diligenter obſerva, vt ridica vitis ad ſeptemtrionem verſus figatur, et ſi cupreſſos viuas pro ridicis inſerunt, alternos ordines imponunt, etc.* Pint.

z. Pinorum ordinibus) Sic libri omnes, etiam MSS. non *vinearum*, vti reponere ex Varronis L. I. c. 26. nititur Pintianus. Et aliud Varro voluit de R. R. L. I. c. 15. de limitatione agrorum, ita ſcribens: *Serunt alii circum fines praediorum pinos, vt habet vxor in Sabinis: alii cupreſſos, vt ego habeo in Veſuuio.* Aliud Plinius, qui ipſos pinorum ordines claudi cupreſſis interſitis ac diſtingui monet. H.

a. In denſitate parietum) Veſtiendis parietibus. *Dalec.*

In denſitate) Tam denſum, vt in hortis parietum vicem obtineat. Simili modo et de buxo ſuperius, ſ. 28. *Denſitate parietum virens ſemper, ac tonſile.* H.

b. Coërcitaque gracilitate, etc.) Lege: *coërcitaque gracilitate perpetuo terete. Trahitur etiam in picturas operis topiarii: venatus claſſeſue et imagines rerum tenui folio breuique et virente ſemper veſtiens*: Et poſtea ſcribe: *vulgoque dotem filiae antiqui plantare appellabant*: quod erat quaeſtuoſiſſima illa ratio Cupreſſuum plantandarum ad perticas et aſſeres, quum eas pangebant, vulgo dictitabant antiqui dotem filiae plantare ſe. *Salmaſ.* p. 173. b.

c. Perpetuo tenera) Tonſili. H.

d. Operis topiarii) Sic hodie in hortis elegantioribus cupreſſos tractas in acies, claſſes, et Centauros videmus. In MSS. *operi iſtoriarum.* In editis, *opere hiſtoriali*, quae defendi vtcumque ſcriptura poteſt. Pintianum ſequuti ſumus. H.

tenui folio, breuique, et virenti [1] ſemper veſtiens. Duo genera earum: Meta in faſtigium conuoluta, quae et femina appellatur. Mas ſpargit extra ſe ramos, deputaturque et accipit vitem. *e.* Vtraque autem *f.* immittitur in perticas, aſſereſue, amputatione ramorum, qui XIII. anno denariis ſingulis *g.* veneunt. Quaeſtuoſiſſima *h.* in ſatus ratione ſilua: vulgoque, dotem filiarum *i.* antiqui plantaria appellabant. Huic patria inſula Creta *k.*, [2] quum Cato *l.* Taren-

1. *ſic ex MSS. em. Hard. ſuperueniens. Vet. et virente ſemper veſtiens. Ch. ſuperueſtiens Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. quamquam Cato Gr. et Al.*

e. Accipit vitem) Maritantur et cupreſſo vites. Varronem vide de R. R. L. I. c. 26. Fiunt et e cupreſſu pedamina vitium teretia, teſte Columella, L. IV. c. 26. H.

f. Vtraque autem) Cupreſſus mas feminaque creſcere finitur in ramos longiores, quibus amputatis perticae fiunt, aſſereſue. H.

g. Denariis ſingulis) Monetae Gallicae aſſibus octo. H.

h. Quaeſtuoſiſſima) Inter ea quae feruntur. Solinus, c. 11. p. 30. H.

i. Dotem filiarum, etc.) Dos apud Romanos quanta olim fuerit, explicat Alexander ab Alex. c. 4. VIII. *Dalec.*

Dotem) Cupreſſorum plantaria dotem filiarum nominabant: nam dotis vſum et commoditatem praeſtabant, quod ex iis pecuniam ad illas maritandas conficerent. Ita Petauius noſter in Miſcell. Exerc. H.

k. Huic patria inſula Creta, etc.) Lege: *Huic patria inſula Creta, quum Cato Tarentinam eam appellet, credo quod primum eo venerit, et in Aenaria ſucciſa regerminat. Sed in Tarento quocumque in loco terram mouerit quiſpiam, ſi naturalis haec gignitur protinuſque emigrat: in illa vero etiam non appellato ſolo e ſponſo, maximeque, etc. naturalis terra eſt* οἰκεία, vt vocat Theophraſtus de eadem re loquens. *Salmaſ.* p. 173. *Huic patria inſula Creta, etc.)* Theophr. c. 2. et 3. lib. I. hiſt. *Dal.*

Huic patria) Theophr. hiſt. L. IV. c. 6. H.

l. Cato) L. de R. R. c. 151. *Semen cupreſſi Tarentinae per ver legi oportet, etc.* H.

Tarentinam eam appellet: credo, quod primum eo [1] venerit. Et in Aenaria *m.* succisa regerminat. Sed in Creta *n.* quocumque *o.* in [2] loco terram moverit quispiam, [3] vi naturali haec gignitur, protinusque [4] emicat *p.*: illa vero etiam *q.* non [5] appellato solo,

1. *euenerit. Vet.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. quocumque loco Gr. et Al.* 3. *Sic et M. nisi feratur alia Gr. et Al.* 4. *emigrat. Ch.* 5. *aperto. Dal.*

m. Et in Aenaria) De qua diximus L. III. s. 12. Vide N. et Em. N. XVIII. (hic adi.) *Et in Aen.)* Sic libri omnes conspirante consensu: prorsus vt mirari subeat esse aliquos, qui hanc lectionem sollicitent, scribique velint, *Et in Tarrha*, ex Theophr. hist. L. II. c. 2. qui hoc ipsum ἐν Τάῤῥᾳ contingere prodidit: perinde ac si non et alibi cupressi, quam in Tarrhensi agro, vim eam obtineant. Certe nihil de Tarrha Plinium cogitasse, quum haec scriberet, argumento est, quod statim ipse subiungit, *Sed in Creta*, *etc.* quum sit ipsius Cretae oppidum. Τάῤῥα, Stephano teste. H.

n. Sed in Creta) Vide N. et Em. N. XIX. (hic pos.) *Sed in)* Salmasius in Solin. p. 173. legit inuitis omnibus libris, *sed in Tarento*, ita necessario, vt sibi videtur, flagitante sententia. At de Tarento ne quidem Plinius somniauit: sed Cretam dicere sane voluit, quod Theophrasti locus euincit, hist. L. III. c. 2. Ἐνιαχῇ δὲ ἂν μόνον ὑπεργάσωνται καὶ κινήσωσιν, εὐθὺς ἀναβλαστάνειν τὰ οἰκεῖα τῆς χώρας, ὥσπερ ἐν Κρήτῃ κυπάριττοι. *Alicubi, si leviter sulcum impresserint, ac mouerint, statim emergere familiaria illi terrae, vt in Creta cupressi.* H.

o. Quocumque, etc.) Idem ibid. *Dal.*

p. Haec gignitur protinusque emicat) In aliis codicibus non *emicat*, legitur, sed *emigrat*, minus vitiose: legendum enim, vt opinor, *emergit:* quo verbo tamquam Pliniano vsus est Theodorus in tertio Theophrasti libro, cap. secundo: *Nonnusquam modo subegeris noueri sque solum, familiaria protinus terrae illius emergunt, vt in Creta insula cupressi.* Pint.

Vi naturali) Per sese, ac nullo satu, natiua quadam terrae vi cupressus erumpit. Vide N. et Em. N. XX. (hic consp.) *Vi n.)* Sic vetus codex Dalecampii satis sane pro-

solo, ac sponte *r.*, maximeque in Idaeis *s.* montibus, et quos Albos vocant *t.*, summisque iugis, [1] vnde niues numquam absunt, plurima, quod miremur: alibi non nisi in tepore prouenienis *u.*, et nutricem *x.* magnopere fastidiens.

LXI.

1. *Vbi. Vet.*

probabiliter. Neque tamen improbanda penitus librorum impressorum lectio, *nisi feratur alia*, (nempe arbos,) *haec gignitur.* Quum in R. 2. *ni feratur alia*, scriptum agnouerimus. In R. 1. Colb. 1. 2. et Th. *nisi naturalia.* In Colb. 3. *ni naturali.* Mox vero pro *emicat* MSS. omnes *emigrat* prae se ferunt. Salmasius, p. 173. *Si naturalis haec:* quam durum illud? quam ridiculi sensus? Nempe si propria et naturalis ei haec terra fuerit? H.

q. Illa vero etiam) In eadem insula, inquit, non solum impressa leuiter tellure, nullo satu ac sponte gignitur cupressus, quod vnum Theophrastus de illa scripsit: verum etiam non commota terra, hoc est, non appellato ac fossionibus sollicitato solo, et quasi ad pariendum compulso, sed sponte. H.

r. Ac sponte) Ita libri, et MSS. omnes. Etsi *ex sponso* legi Petauio τῷ μακαρίτῃ placet in Misc. Exerc. c. 11. quoniam dum colitur, exerceturque terra, quasi nexu quodam obligatur, vt ex sponso, vel vt alii aiunt, ex sponsu, citari cogique possit ad reddendum mutuum. *Sponsus* pro sponsione in Dig. tit. de verb. sign. legitur *sponsio.* H.

s. In Idaeis) Theophr. hist. L. IV. c. 1. Ἐν Κρήτῃ γοῦν φασὶν ἐν τοῖς Ἰδαίοις ὄρεσι, καὶ ἐν τοῖς Λευκοῖς καλουμένοις ἐπὶ τῶν ἄκρων, οὗπερ οὐδέποτε ἐπιλείπει χιὼν, κυπάριττον εἶναι. Hinc apud Virg. Georg. L. II. v. 84. *Idaeae cyparissi.* H.

t. Et quos Albos vocant, etc.) Lege: *Et quos Albos vocant, summisque in iis unde numquam, etc.* De summis Albis montibus intelligit, vnde numquam niues absunt, et inde Albi dicti. *Salmas.* p. 172. a.

u. In tepore prouenienis) Theophr. c. 6. lib. IV. hist. *Dalec.*

In tepore) Theophr. hist. L. IV. c. 6. ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς, καὶ τοῖς πρὸς μεσημβρίαν, *locis apricis, et meridiano Soli expositis.* H.

x. Et nutricem) Et ab eo loco transferri magnopere cupiens,

LXI. Nec terrae tantum *y.* natura circa has refert, aut perpetua caeli; verum et quaedam [1] temporaria vis imbrium. *z.* [2] Aquae plerumque *a.* semina afferunt: et certo fluunt *b.* genere, aliquando etiam incognito: quod accidit *c.* Cyrenaicae regioni, quum primum ibi laserpitium natum est: vt in herbarum natura dicemus. *d.* Nata [3] est et silua *e.* vrbi ei proxima, imbre piceo crassoque, circiter vrbis Romae annum CCCCXXX. *f.*

LXII.

1. temporaria vis: imbres aliquae plerumque Gr. et Alii. 2. alioqui. M. 3. est enim. Vet.

cupiens, vbi primum alta et enutrita est. H.

y. Nec terrae tantum, etc.) Lege: *Nec terrae tantum natura, etc. temporaria vis, imbre aliquo plerumque semina afferente. Certe fluunt genere aliquando etiam incognito: quod, etc.* Vide *Salmas.* p. 173. b.

z. Vis imbrium) Theophr. de caus. L. I. c. 5. Vide N. et Em. N. XXI. (hic adi.) *Vis)* MSS. R. Colb. etc. *vis imbrium aliqua*, etc. Libri editi: *vis imbres aliquae*, etc. Mallem *imbres aliqui.* Sed sincerior ea lectio est, quam coniectura nostra excudit. H.

a. Aliquae plerumque, etc.) Theophr. cap. 2. lib. III. histor. et cap. 5. lib. I. Cauff. *Dalec.*

b. Certo fluunt) Nunc certa vehunt amnes, et cognita nobis semina: nunc etiam prius incognita. Theophrast. hist. L. III. c. 2. Ἐνιαχοῦ καὶ ὑδάτων ἐπιγινομένων ἰδιότερον ἀνατεῖλαι ὕλης πλῆθος. Quare Salmasius in Solin. p. 173. perperam *certe* reponit, vel libris inuitis. H.

c. Quod accidit) Refert hoc ipsum Theophr. l. c. Accidisse A. V. C. CXXXVI. Plinius ipse admonet, L. XIX. s. 15. H.

d. Dicemus) Infra cap. III. lib. XIX. *Dal.*

Dicemus) L. XIX. s. 15. H.

e. Nata est et silua) Theophrast. l. c. Refert quiddam simile in Peruuia occidentalis Indiae regione accidisse, Ios. a. Costa, L. IV. c. 31. H.

f. CCCCXXX.) CXXXVI. ex cap. 3. L. IX. Nam vrbs Cyrenae condita est anno vrbis Romae 143. defluxit autem is imber annis septem priusquam conderetur. *Dal.*

LXII. (XXXIV.) Edera iam *g.* dicitur in Asia nasci: negauerat Theophrastus *h.*: nec in India, nisi in monte Mero. Quin et Harpalum *i.* omni modo laborasse, vt sereret eam in [1] Medis *k.*, frustra: Alexandrum *l.* vero ob raritatem ita coronato exercitu, victorem ex India rediisse, exemplo Liberi Patris: cuius Dei et nunc [2] adornat thyrsos, galeasque etiam [3] ac scuta, in Thraciae populis, in solemnibus sacris. Inimica [4] arbori *m.*, satisque omnibus: [5] sepulcra, muros rumpens: serpentium [6] frigori *n.* gratissima, vt mirum sit vllum honorem habitum ei. Duo genera eius prima *o.*, vt reliqua-

1. *Mediis. Ch.* 2. *adornant thyrso galeas, quin etiam ac scuta Thraciae populi. M.* 3. *et Gr.* 4. *arbor satis omnibus. M. arbori satisque. Dal.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. sepulchraque ac muros Gr. et vulgg.* 6. *frictui. Pint.*

g. Edera iam, etc.) Theophrast. cap. 4. lib. IV. histor. Vide infra cap. 10. lib. XXIV. *Dal.*

h. Theophrastus) Hist. L. IV. c. 4. H.

i. Quin et Harpalum, etc.) Hoc male Plinius. Confer Theophrast. *Dal.*

k. In Medis) Non in ipsa Media, sed Babylone, quae Medorum ditionis fuit. Theophr. l. c. ἐν τοῖς παραδείσοις τοῖς περὶ Βαβυλῶνα, Ἅρπαλος φυτεύων - - οὐδὲν ἐποίει πλέον. De Harpalo, quem olim Alexander inter fidissimos mox inter hostes habuit, vide Curtium, L. X. c. 6. p. 393. De monte Mero diximus L. VI. s. 23. H.

l. Alexandrum) Theophr. l. c. et ex eo Arrianus, L. VI. s. 23. H.

m. Inimica arbori, etc.) Laberius, *Vt hedera serpens vires arboreas necat, Ita me vetustas amplexu annorum enecat, Sepulchris similis, nil nisi nomen retineo.* Dal.

Inimica arbori) Quoniam arbores necat, vt mox dicetur. Edera, Gallis *Lierre.* H.

n. Serpentium frigori) Quoniam edera frigidis locis gaudet, sub ea serpentes libenter latent, quarum est etiam natura perfrigida. H.

o. Duo genera eius prima) Theoph. cap. 18. lib. III. hist. *Dal.*

Duo genera) Quae κίσσῳ vel κίςῳ tribuenda erant, ea κίςῳ ederae imprudenter assignasse

quarum *p.*, mas, [1] et femina. *q.* Maior traditur [2] mas corpore, et folio duriore [3] etiam ac pinguiore, et flore ad purpuram accedente. Vtriusque autem flos similis est rosae silvestri, nisi quod caret odore. Species horum generum tres. *r.* Est enim candi-

1. *atque. Ch.* 2. *mas et corp. Ch.* 3. *etiam, in M. d.*

assignasse quibusdam videtur, sed falso. Vide N. et Em. N. XXII. (hic adi.) *Duo g.*) Theophrasti Graeca, quae hic repraesentari vulgo creduntur, haec sunt, ex hist. pl. L. VI. c. 2. Καὶ γὰρ κισσȣ̃ δύο γένη διαιρȣ̃σι, τὸ μὲν ἄῤῥεν, τὸ δὲ θῆλυ. Τῷ τὸ μὲν μεῖζον καὶ σκληρότερον, καὶ λιπαρώτερον φύλλον ἔχειν, καὶ τὸ ἄνθος ἐπιπορφυρίζον· ἄμφω δ᾽ ὅμοια τοῖς ἀγρείοις ῥόδοις, πλὴν ἐλάττω, καὶ ἄοσμα. Quae omnia sunt Plinianis simillima. Sed Plinio imposuisse existimatur mendum illud quod iam tum ab illius aeuo in Theophrasti codicibus inoleuisse aiunt, hodieque perseuerare, vt κισσὸς pro κιςὸς vel κισθὸς legatur, vnde ederae incautus adscripserit, quae cisthi fruticis sunt propria. Cur enimuero Theophrastus hoc libro sexto ederam iterum retractandam sumeret inter frutices, quam libro iam tertio, cap. vlt. fuse explicarat? Neque vero ederae flos vllam habet cum rosa similitudinem: cisthi flos habet. Verum ab inuidis obtrectatoribus, et maleuolis id obiectum Plinio arbitramur, quum ederam ipsi viderimus, in horto Regio, attrectauerimusque, plane ea facie, eoque purpureo flore, quo donata a Plinio est. Ibi et altera est edera saxatilis magno flore, quam asarinam alii vocant, eaque a Dalecampio pingitur, sub Asarinae Lobelii nomine, hist. L. VIII. c. 17. p. 915. H.

p. Vt reliquarum) Arborum scilicet: arborum enim nomine et vites et ederae continentur, vt dicitur in Lexico Iuris Ciuilis. H.

q. Mas, et femina) Turpissime lapsus hic Plinius, quae de Cisto audienda sunt, τῷ κιττῷ, id est, Hederae, tribuit. Nec apud Theophr. nec apud Dioscorid. vlla Hederae differentia statuitur e sexu petita. *Dal.*

r. Species horum generum tres) Theophrasto, Hederae summa duo genera sunt: altera quae humi repit; altera quae in altum tollitur. Posterioris rursum tria genera,

candida, et nigra edera, tertiaque quae vocatur helix. Etiamnum *s.* hae species diuiduntur in alias: quoniam est aliqua fructu tantum candida, alia et folio: fructum quoque candidum ferentium aliis densus acinus, et grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi. *t.* Item [1] selenitium *u.*, cuius est minor acinus, sparsior racemus. Simili modo in [2] nigra. *x.* Alicui *y.* et semen nigrum, alii

1. *sileniticum. Ch. sileniticum est minus acinis, sparsius racemis. M.* 2. *nigra, alicui. M.*

nera, candida, nigra, helix, etc. *Dal.*

Species horum) Tria pariter ederae summa genera Theophrastus habet, hist. L. III. c. 18. ὅ τε λευκὸς, καὶ ὁ μέλας, καὶ τρίτον ἡ ἕλιξ. Helix a Dodonaeo pingitur, p. 408. Ἕλιξ ab ἑλίσσω, quod circumuoluta magis est ista: vel quod cincinnos, qui ἕλικες vocantur, magis conspicuos habet. H.

s. Etiamnum) Theophr. l. c. H.

t. Qui vocantur corymbi) Lego, *quae vocantur corymbiae*, ex Theophrasto lib. III. cap. 18. Neque enim ad ramos referenda est vox *corymbi*, sed ederas fructum album ferentes. Est et genus ederae corymbia, Dioscoridi II. *Dal.*

Corymbi) Racemus in edera est, vt in vite, ex quo grana plura pendent: hunc quidam corymbum vocant: ὃν δὴ καλοῦσί τινες κόρυμβον, inquit Theophr. H.

u. Item selenitium) An ei generi a σελήνη nomen? *An selinicium*, vt in MSS. R. aliisque, ab aliqua acinorum, siue granorum similitudine cum semine apii, quod Graeci σέλινον vocant? In Anthol. L. III. c. 24. Epigram. 40. mentio est σκηνίτου κισσοῦ, hoc est, tabernacula integentis, seu topiariae ederae. An denique Silenicum, a Sileno paedagogo et comite Bacchi, quem et edera pariter coronari Plinius asseuerat, s. 63. H.

x. Simili modo in nigra) Vt in candida proxime dictum est: sic in nigra, aliqua fructu tantum nigra est, alia et folio: alia maiore fructu, seu acino, alia minore. Theophrast. l. c. Ἔχει δὲ ὁ μέλας διαφοράς. At mox idem subiicit, ἀλλ' οὐχ

alii crocatum *z.*: cuius coronis Poëtae *a.* vtuntur, foliis minus nigris: quam quidam [1] Nysiam *b.*, alii Bacchicam vocant, maximis inter nigras corymbis. Quidam apud Graecos etiamnum duo genera huius faciunt, a colore acinorum: [2] erythranum *c.*, et chrysocarpum. *d.* Plurimas autem habet differentias helix, quoniam folio maxime distat. *e.* Parua sunt *f.* et angulosa, concinnioraque *g.*, quum reliquorum [3] generum simplicia sint. Distat et longitudine *h.* internodiorum, praecipue tamen sterilitate, quoniam fructum non gignit. *i.*

1. *Dionysiam. Diosc.* 2. *erythrocarpon. Dal.* 3. *generum rotundiora et simpl. Theophrast.*

οὐχ ὁμοίως φανερὰς, *sed non ad eumdem modum conspicuas.* H.

y. Alicui) Nempe e genere nigrarum ederarum. H.

z. Crocatum) Croceo colore. Diosc. L. II. p. 210. Ὁ δὲ μέλας, μέλανα (καρπὸν ἔχει) ἢ κροκίζοντα. H.

a. Poetae) Virg. Ecl. VII. v. 25. *Pastores hedera nascentem ornate Poetam.* H.

b. Nysiam) Sic MSS. omnes. Nempe a Nysa Bacchi nutrice, de qua L. V. f. 16. vel ab vrbe Nysa, in qua ipse nutritus est, de qua L. VI. f. 23. Dionysiam ab ipso Baccho vocat Diosc. l. c. Vide Ouid. Fastor. L. III. v. 769. H.

c. Erythranum) A rubro acinorum colore, qui Graecis ἐρυθρός. H.

d. Chrysocarpum) Diosc. in Noth. ad cap. de edera, οἱ δὲ χρυσόκαρπος. Apuleius c. 119. *Chrysocanthon*, pro *chrysocarpon* vocat: et sic appellari ait, quod grana aurei coloris ferat. Idem habet et Plinius Valer. L. III. de re med. c. 12. H.

e. Maxime distat) Nempe ab aliis generibus, albae, nigraeque ederae. Theophr. hist. L. III. c. 18. H.

f. Parua sunt) Haec totidem verbis Theophr. l. c. H.

g. Concinnioraque) Εὐθημονέστερα, Leopard. c. 2. L. V. *Dal.*

h. Distat et longitudine) Theophr. l. c. Διαφέρει καὶ τῷ μήκει τῶν κλημάτων, καὶ ἔτι τῷ ἄκαρπος εἶναι. H.

i. Quoniam fructum non gignit) Hederae folium nouum angulosum est, vetustum rotundius, auctore Theophrast. cap. 16. lib. I. histor.

Quidam *k.* hoc aetatis esse, non generis existimant: primoque [1] helicem esse, fieri ederam vetustate. Horum error manifestus [2] intelligitur: quoniam helicis plura genera reperiuntur, sed tria maxime insignia: herbacea ac virens, quae plurima est: altera candido folio: tertia, [3] versicolori, quae Thracia *l.* vocatur. Etiamnum [4] herbaceae tenuiora folia, et [5] in ordinem digesta, densioraque. In alio genere *m.* diuersa omnia. Et in versicolori alia tenuioribus foliis *n.*, [6] similiter ordinatis densioribusque est: alteri generi neglecta haec omnia. Maiora quoque aut minora sunt folia, macularumque habitu distant: Et in candidis *o.* alia sunt candidiora. Adolescit in longitudinem maxime herbacea. Arbores autem *p.* necat

1. esse, deinde fieri. Dal. Helicem putant fieri M. 2. intelligitur. At enim helicis, etc. Ex Theoph. 3. Versicolore. Ch. 4. herb. cuidam ten. 5. sic et Ch. et d. in Gr. 6. et similiter Gr.

histor. At Helicis folium, siue nouum, siue iam vetustum, semper angulosum est: qua re ab Hederae foliis discrepat. Quod autem ἀποκιττοῦσθαι Theophrastus ait, et Plinius vertit *Hederam fieri*, alii, et rectius intelligunt, *Hederae modo folium mutare.* Dal.

k. Quidam) Haec rursum totidem verbis Theophr. l. c. H.

l. Quae Thracia) Theophr. ἣν δὴ καλοῦσί τινες Θρακίαν. H.

m. In alio genere) In alio herbaceae genere: vti mox geminum versicoloris ederae genus distinguitur. Theophr. l. c. Καὶ γὰρ τῆς χλοώδους, ἡ μὲν λεπτοτέρα, καὶ εὐρυθμοφυλλοτέρα, καὶ ἔτι πυκνοφυλλοτέρα· ἡ δ' ἧττον πάντα ταῦτ' ἔχουσα. Καὶ τῆς ποικίλης, ἡ μὲν μεῖζον, ἡ δ' ἔλαττον τὸ φύλλον, καὶ τὴν ποικιλίαν διαφέρουσα. H.

n. Alia tenuioribus foliis) Nihil Theophrast. Haec de suo Plinius. *Dal.*

o. Et in candidis, etc.) In candida, alia tantum fructu, alia etiam folio candida est. Theophrast. *Dal.*

p. Arbores autem, etc.) E candidis quae asperrima et maxime siluestris est. *Dal.*

Arbores autem) Theophr. l. c.

necat candida, omnemque *q.* succum auferendo tanta crassitudine augetur, vt ipsa arbor fiat. Signa eius, folia *r.* maxima atque latissima, [1] mammas *s.* erigentis, quae sunt ceteris inflexae: racemi stantes ac subrecti. Et quamquam omnium [2] ederarum generi radicosa *t.* brachia, huic *u.* tamen maxime ramosa ac robusta: ab ea nigrae. Sed proprium

Cc 3

1. *germina. Theophr.* 2. *ederarum, in M. d.*

l. c. Eo alludit Poeta Laberius apud Macrob. Saturn. L. II. c. 7. p. 344. *Vt edera serpens vires arboreas necat, Ita me vetustas amplexu annorum enecat: sepulcri similis nil nisi nomen retineo.* Ederae nomen factum, quia id, cui adhaeserit, edat, Festus innuit, verbo *Hedera.* H.

q. Omnemque) Theophr. l. c. H.

r. Signa eius folia, etc.) Lege: *Signa eius maxima atque latissima: mammas erigentes, quae sunt ceteris inflexae, racemi stantes, etc.* dicit eam hederam racemis stantibus et subrectis esse, erigentibus mammas quae sunt ceteris inflexae: *mammas* vocat acinos hederae: quos qui inspexit, scit mammis similes esse, cum paruo ἀκρομαςίῳ quod papillam refert: inde et *bumastus* vua dicta, quod acinos haberet hederae mammis, id est, acinis similes. *Salmas.* 376. b. *Signa eius folia, etc.*) Signum eius quae ad perfectae Hederae naturam ventura sit, et folium mutatura est non tantum folium maius, et amplius, sed quod statim germina recta habet, (inepte pro βλαςὸς, μαςὸς Plinius hic legit) non ob longitudinem et tenuitatem, (quemadmodum in Helice) velut inflexa. Veris enim Hederis crassa et breuia germina sunt, ac illarum cuiuis, quum fructum edit, recta et sublimia. Theophr. *Dal.*

Signa eius) Candidae nimirum ederae, in vetustatem inclinantis. H.

s. Mammas) Quid mamma sit, dicemus L. XVII. f. 26. H.

t. Radicosa) Radicum in morem efformatae clauiculae, et sarmenta, κλήματα. H.

u. Huic, etc.) Candidae, asperrimae, et maxime silvestri. Theophr. nigrae magis id tribuit, deinde candidarum huic generi. *Dal.*

Huic tamen) Albae. H.

prium albae *x.*, quod inter media folia emittit [1] brachia, [2] vtrimque semper amplectens: [3] hoc et in muris, quamuis ambire non possit. Itaque etiam *y.* pluribus locis [4] intercisa, viuit tamen duratque: et totidem initia radicum habet, quot [5] brachia, quibus incolumis et solida arbores [6] fugit ac strangulat. Est et in fructu *z.* differentia albae nigraeque ederae: [7] quoniam aliis tanta amaritudo acini, vt aues non attingant. Est et rigens edera, quae sine adminiculo stat, sola omnium *a.* generum ob id vocata cissos. *b.* E diuerso numquam nisi humi repens chamaecissos. *c.*

LXIII.

1. brachia, in M. d. brachia, arbores vtrimque. Ex Theophr. 2. vtrumque. Vet. 3. Haec est et in muris. Vet. hoc et in muros. M. et Ch. 4. inferne succisa. Theophrast. 5. germina. Theophr. 6. figit, ac str. Est in. M. 7. quon. aliis dulcis fructus, aliis tan. ex Theophrast.

x. Sed proprium albae) Candidae proprium id esse nusquam scribit Theophr. sed id maxime facere prae ceteris. *Dal.*

Sed proprium) Theophr. totidem fere verbis, l. c. H.

y. Itaque etiam) Theophr. l. c. H.

z. Est et in fructu) Est, inquit, fructus alius gustu iucundus, alter peramarus, tam in candida, quam in nigra: ὁ μὲν γὰρ ἐπιγλυκύς ἐστιν· ὁ δὲ σφόδρα πικρὸς, καὶ τοῦ λευκοῦ, καὶ τοῦ μέλανος. Theophr. H.

a. Sola omnium, etc.) Nihil horum apud Theophr. nihil apud Dioscor. Vel aliunde haec sumpsit Plinius, vel Chamaecissi voce deceptus, eam a rigente distinguere tentauit. Theophr. quidem Hederae ἐπιγείου, et εἰς ὕψος αἰρουμένης meminit, nusquam Chamaecissi, plantae sui generis, ab Hederis diuersissimae. *Dal.*

b. Vocata cissos) Sunt qui ὀρθόκισσος malint, quasi subrecta edera, et assurgens. At si ea quae humi serpit καμαίκισσος recte vocatur, sane ἐκ τῶν πρὸς τὶ, ea quae surrecta est et rigens, erit recta κισσὸς. H.

c. Chamaecissos) Quae ἐπίγειος edera Theophr. l. c. Est edera terrestris, quae in

LXIII. (XXXV.) Similis est [1]ederae, e Cilicia primum *d.* quidem profecta, sed in Graecia frequentior, quam vocant smilacem *e.*, densis *f.* geniculata caulibus, spinosis *g.* [2]fruteẞtosa ramis, folio *h.* [3]ederaceo, paruo, non angulofo *i.*, a pediculo *k.* emittente pampinos, flore candido, olente lilium. *l.*

 Fert

1. *edera Cilicia quidem, sed profecto in Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. fruticosa Gr. et Al.* 3. *seu edera. M.*

in horto Regio visitur, minor et elegantior, quam vulgaris: ei fere similis quam Dodonaeus delineavit, p. 390. Gallis, *Lierre terrestre*, ou *Terrete.* H.

d. Cilicia primum, etc.) Theophr. cap. vlt. lib. III. histor. *Dal.*

e. Smilacem) Σμίλαξ τραχεῖα est Diosc. L. IV. c. 144. A Clusio recte pingitur, hist. pl. L. I. p. 112. qualem in horto Regio vidimus, Gallis, *Liseron.* H.

f. Densis) Denso geniculorum seu internodiorum numero distinctos caules habet. H.

g. Spinosis) Rubi instar spinosa ei sarmenta sunt, inquit Diosc. l. c. H.

h. Folio) Theophr. hist. L. III. c. 18. τὸ δὲ φύλλον κιττῶδες, μικρὸν, ἀγώνιον: ipsaque id experientia oculorum probat. H.

i. Non angulosa) Apud Theoph. legitur ἐγγώνιον absque negatione: verius esse quod hic legitur, herbae figura monstrat. *Dalec.*

k. A pediculo) Ex eodem pediculo, ex quo folia enascuntur, emicant et clauiculae, quales in ederis cernuntur. Pampinos interdum Plinius et hos, et vitium capreolos vocat: quorum a similitudine et polyporum cirrhos seu crines, tortilem pampinum appellauit, L. IX. f. 74. *Pariunt*, inquit, *vere oua, tortili vibrata pampino.* H.

l. Olente lilium) Apud eumdem Gaza legit, ἐαρινὸν non vt Plin. λειρινόν. *Dal.*

Olente lilium) Aliter haec Theophrastus, qui odoratum modo florem dixit, et ἠρινὸν verno tempore prouenientem: non, λειρινὸν, quod etsi Theophrastus scripsisset, non odorem lilii eo vocabulo, sed formam modo, effigiemque is expressisset. Occupauit hoc fere Dalecampius, Salmasius arripuit, obiecitque Plinio in praefat. p. 90. H.

Fert racemos *m.* labruſcae modo, non ederae, colore rubro, complexa acinis *n.* maioribus nucleos ternos, minoribus ſingulos, nigros duroſque: infauſta omnibus *o.* ſacris et coronis: quoniam ſit lugubris, virgine eius nominis, propter amorem iuuenis *p.* Croci *q.*, mutata in hunc fruticem. Id vulgus ignorans, plerumque feſta ſua polluit, ederam exiſtimando *r.*: ſicut in Poëtis, aut Libero Patre, aut [1] Sileno, quis omnino neſcit quibus [2] coronentur? E ſmilace fiunt codicilli: propriumque [3] materiae eſt, vt admota auribus, [4] lenem ſonum reddat. *s.* Ederae mira *t.* proditur natura ad experienda vina: ſi vas fiat [5] e ligno eius *u.*, vina tranſfluere, ac remanere aquam, ſi qua fuerit mixta.

LXIV.

1. Sileno, ſi quis. V. 2. coronarentur. M. 3. materiei eſt, vt ad aur. lenem. 4. Sic ex MSS. em. Hard. leuem Gr. et Al. 5. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. ex ligno — ſi quae f. Gr. et Al.

m. Fert racemos) Theophr. et Dioſc. ll. cc. H.

n. Complexa acinis) In ſingulis granis nuclei ſunt bini, terni; πυρῆνας δύο ἢ τρεῖς. Theophr. l. c. H.

o. Infauſta omnibus, etc.) Vide infra cap. 9. lib. XXI. *Dal.*

p. Iuuenis Croci) Cuius fabellam recitat Galenus ipſe κατὰ τόπȣς, L. IX. c. 4. p. 608. et Ouid. Metam. L. IV. v. 283. *Et Crocon in paruos verſum cum Smilace flores.* H.

q. Croci) Ouid. Metam. L. IV. *Dalec.*

r. Ederam exiſtimando) Quam in coronis Liberi Patris et Sileni, adhiberi nemo neſcit. H.

s. Leuem ſonum reddat) Vide infra cap. 10. lib. XXIV. *Dalec.*

t. Ederae mira) Cato de R. R. c. III. p. 61. *Si voles ſcire in vinum aqua addita ſit, nec ne, vaſculum facito de materia ederacea. Vinum id quod putabis aquam habere, eodem mittito. Si habebit aquam vinum effluet, aqua manebit. Nam non continet vinum vas ederaceum.* H.

u. Si vas fiat ligno eius) Κισσύβιον vocat Macrobius, V. Saturn. de quo Euripides in Andromeda, — πᾶς δὲ ποιμένων ἔῤῥει λεὼς, Ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφον, Πόνων ἀναψυκτῆρ'

ὁ δ'

LXIV. (XXXVI.) [1]Inter ea, quae frigidis gaudent, et aquaticos frutices [2] dixiſſe conueniat. Principatum in his tenebunt arundines, belli paciſque *x.* experimentis neceſſariae, atque [3] etiam deliciis gratae. *y.* Tegulo earum *z.* domus ſuas Septemtrionales populi operiunt, durantque [4] aeuis *a.* tecta alta. [5] Et in reliquo vero orbe cameras leuiſſime ſuſpendunt. *b.* Chartiſque *c.* ſeruiunt calami,

1. *Inter ea qui frigor. gau. aquat. V.* 2. *dicere conuenit M.* 3. *etiam in del. V.* 4. *eius alta tecta. M.* 5. *In reliquo vero orbe et eam in eam. Vet.*

ὁ δ' ἀμπέλων γάνος. Victor. cap. 27. XVI. *Dalec.*

x. Belli paciſque, etc.) Belli, ad iacula: pacis, ad ſcribendum. *Dalec.*

Belli paciſque) Belli quidem, ad iacula: pacis ad calamos, queis ſcribimus. H.

y. Deliciis gratae) Ad tibiarum vſum. *Dal.*

Deliciis) In tibiarum vſu. H.

z. Tegulo earum, etc.) Ob id panniculam tectoriam vocat Plautus in Milite: *Cuius tu legiones deflauiſti ſpiritu? Quaſi ventus folia, aut panniculam tectoriam.* Turn. cap. 28. II. Plaut. in Rudente: *Quin tu in paludem is, exigiſque harundines, Qui pertegamus villam, dum ſudum eſt?* Dalec.

Tegulo) Iis pro tegumento vtuntur aedium ſuarum. Quo Plautus alluſit in Rudente, act. 1. ſc. 2. v. 34. *Quin tu in paludem is, exſecaſque arundines. Qui pertegamus villam, dum ſudum eſt,* DAE. *tace.* H.

a. Durantque aeuis, etc.) Equidem καλάμινον πῦρ. Ariſtot. quaeſt. 6. ſect. 3. ignis in arundine accenſus, qui cito exardeſcit, cito emoritur, διὰ τὴν τῆς ὕλης ἀσθένειαν ἀσθενέστερον τοῦ ξυλίνου. Quare et Herodoto lib. V. Sardibus captis Perſae nullam praedam ex ea copioſa et opulenta vrbe retulerunt, quod domus ex arundine conſtructae, vel arundine tectae, iniecto igne, incendio ſtatim abſumptae ſint. Vict. cap. 1. lib. XXXIII. *Dalec.*

b. Cameras leuiſſime ſuſpendunt) Ex iis camerae fornicesque pergularum quam leuiſſimi et minime oneroſi fiunt. *Dalec.*

Cameras) Fornices interiorum aedium fiunt leuiſſimi. H.

c. Chartiſque) Calamis chartae

lami, [1] Aegyptii *d.* maxime, cognatione *e.* quadam papyri. Probatiores tamen [2] Gnidii *f.*, et qui in Asia circa Anaiticum *g.* lacum nascuntur. Nostratibus fungosior *h.* subest natura, cartilagine bibula: quae cauo corpore intus, superne tenui inarescit ligno: fissilis praeacuta *i.* semper acie: geniculata. [3] Cetero gracilitas *k.* [4] nodis distincta, leni [5] fastigio tenuatur in cacumina, crassiore paniculae *l.* coma, neque

1. *Aegypti. M. et Ch.* 2. *Gnidi. M.* 3 *Ceterum. M.* 4. *nodisque dist. leni. Ch.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. laeui fast. Gr. et Al.*

chartae exarantur in scribendo. Persius Sat. 3. *Inque manus chartae, nodosaque venit arundo: Tunc querimur, crassus calamo quod pendeat humor.* H.

d. Aegyptii) Martial. L. XIV. ep. 38. p. 741. *Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus.* H.

e. Cognatione) Quoniam et eodem veluti natali solo papyrus nascitur. H.

f. Gnidii) Hinc Cnidus arundinosa dicitur a Catullo, Carm. 37. p. 58. Calamus ipse scriptorius, Gnidius nodus Ausonio, ep. 4. ad Theonem Grammaticum et alibi, si memini, *Cnidiae sulcus arundinis.* H.

g. Circa Anaiticum, etc.) Vicinum Aneae vrbi Cariae Anaitidis Dianae apud Lydios templum est, auctore Pausania lib. III. *Dalec.*

Anaiticum) In regione Armeniae cognomine, de qua L. V. f. 20. H.

h. Fungosior) Rarior, laxior, minus farcta, spongiosa carne, quae sub lignoso cortice iacet, et ei contigua est. *Dalec.*

Fungosior) Rarior, laxiorque, carne spongiosa, sub lignoso cortice, quo superne, hoc est, exterius circumuestitur. Cartilago Theophr. L. IV. c. 12. ξύλον. H.

i. Praeacuta) Quia quum finditur, in praeacutam aciem assulae eius desinunt. H.

k. Geniculata. Cetero gracilitas, etc.) Lege: *geniculata cetero gracilitas nodisque distincta, leni fastigio tenuatur in cacumina crassiore pannicula e coma.* Vide Salmas. p. 1300. b. *Geniculata, etc.)* Nimis frequentibus nodis distincta. *Dalec.*

l. Paniculae) Sic comam eam appellat, vnde semina depen-

neque hac superuacua. Aut enim pro pluma *m.* strata cauponarum replet: aut vbi [1] lignosiore [2] callo *n.* induruit, sicut in Belgis, contusa, et interiecta nauium commissuris, ferruminat textus *o.*, glutino tenacior, rimisque explendis fidelior pice.

LXV. Calamis Orientis *p.* populi bella conficiunt: Calamis spicula addunt irreuocabili hamo noxia. Mortem [3] accelerant pinna addita calamis. Fitque et ex ipso telum aliud fracto in vulneribus. His armis Solem ipsum obumbrant. Propter hoc maxime serenos dies optant: odere ventos et imbres, qui inter illos pacem esse cogunt. Ac si quis Aethiopas, Aegyptum, Arabas, Indos, Scythas, Bactros, Sarmatarum tot gentes et Orientis, omniaque

1. *sic et Pint. limosiore. Gr.* 2. *coeno. Vet.* 3. *accel. etiam pinna.* M.

dependent, in arundinibus, iuglandibus, milio, similibusque. Nomen habet ab affinitate: est enim panus et panicula, siue panuncula, lana bene elaborata, carpta, ac depexa, et ad nendum concinnata, cuius similitudinem haec coma refert. Notae, quae falso Tironi adscribuntur apud Gruterum, p. 160. *Licium. Panuncula. Floccus.* Festus: *Panus facit diminutiuum, panicula.* H.

m. Pro pluma) Sic gluma, quae hordei frumentique tunicula est, rustici, quibus res angustior, pro pluma culcitas hodieque farciunt. H.

n. Lignosiore callo) In MSS. *limosiore.* H.

o. Ferruminat textus, etc.) Tabularum compages. Qua ratione Ararici, et Rhodanici nautae suis nauigiis construendis, tabulis hiatus interpositos, musco cuneis adacto, fibulisque ferreis insuper affixis obstruunt. *Dalec.*

Ferruminat textus) Commissuras tabularum et compages, rimasque, si quae sint, obstruunt, obturantque iis folliculis, quos diximus, contusis: vt musco iniecto alii. H.

p. Calamis Orientis, etc.) Sagittariis. Democritus Geoponicon II. βέλιτας et ναςοκαλάμες vocat; quoniam, vt ait Dioscorides, ex arundine nasto sagittae fiunt: quamvis in Geoponicis corrupte legatur, *balitae et mesto calami.* Guilland.

que Parthorum regna diligentius computet, aequa [1]ferme pars hominum in toto mundo calamis superata degit. Praecipuus hic [2]vsus in Creta *q.* bellatores suos praecipitauit. *r.* Sed in hoc quoque, vt ceteris in rebus, vicit Italia: quando nullus sagittis aptior calamus *s.*; quam in Rheno *t.*, Bononiensi amne, [3]cui et plurima inest medulla, pondusque volucre *u.*: [4]et contra flatus quoque *x.* [5]peruicax libra.

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. aequa fere Gr. et Al.* 2. *visus. Ch.* 3. *cui plurima omissa et Gr. et Al.* 4. *sic ex MSS. em Hard. conf. M. et Ch. et omittit Gr. et Al.* 5. *peruicax. Libro quip. non ead. gratia. Bellicis haec et Cret. commendationibus. M. Lego, gratia, vt nec Creticis bello commendationibus, quamquam, etc.*

q. In Creta) Bello postremo Cretico, vnde Cretici Metellus cognomen tulit. Vide Florum, L. III. c. 7. Sagittarum vsus Cretenses fecit audaciores promptioresque ad bellum cum Romanis ineundum, quod ipsis postremum fuit, et exitiosum. Prudentius, hym. 5. v. 51. — *Ille volantia Praefigit calamis spicula Gnosiis.* H.

r. Praecipitauit) Paratiores audacioresque fecit, et ad bellum temere suscipiendum cum Romanis impulit, quo profligati sunt. Cretensibus gentilitium telum sagittas esse scribit Pausanias L. I. Hinc et Theophrasto cap. 12. lib. IV. hist. κάλαμος τοξικὸς, arundo sagittaria, Cretica dicitur. *Dal.*

s. Aptior calamus) Arundo sagittaria ea vocatur; de qua paulo infra. *Dal.*

t. Quam in Rheno) Huius arundinis, quae in eo amne gignitur, iconem exhibet Iac. Zanoni, Bononiensis horti praefectus, in historia Botanica, p. 62. H.

u. Pondusque volucre) Findendo aëri oportunum, in iaculatione expeditum. *Dal.*

Pondusque volucre) Adeo nihil pondus velocitati detrahit, vt libramentum quoddum potius, et nisum addat contra ventorum flatus. H.

x. Contra flatus quoque, etc.) Legend. *et contra flatus quoque pervicax: libra quippe, non eadem gratia Belgicis et Creticis commendationibus:* ibid. paulo inferius lege: *Suum genus sagittario calamo, sed Cretico longissimis internodiis, obsequiumque quo libeat flecti calefacto.* Salm.

libra. Quippe non eadem gratia [1] Belgicis. Haec *y.* et Creticis [2] commendatioribus: quamquam praeferantur Indi, quorum alia quibusdam videtur natura, quando et hastarum vicem *z.* praebent additis cuspidibus. Arundini quidem *a.* Indicae *b.* [3] arborea amplitudo: qualem vulgo in templis videmus. Differre mares *c.* ac feminas in his quoque Indi tradunt. Spissius mari corpus, feminae capacius. [4] Nauigiorumque *d.* etiam vicem praestant (si credimus) singula

1. *bellicis. Ch.* 2. *commendatior.* 3. *arborea ea ampl. qualem. M.* 4. *Nauigiorum etiam. M.*

y. Haec) Haec libra, hoc pondus volucre, haec gratia. H.

z. Et hastarum vicem, etc.) Quoniam tanta magnitudine et firmitate sunt, vt iis pro iaculis vtantur. Theophrast. *Dalec.*

a. Arundini quidem Indicae) Ctesiae de Indicis rebus hoc fragmentum Photius recitat in Bibl. cod. LXXIII. p. 144. Ἐν οἷς καὶ ὁ λεγόμενος Ἰνδικὸς κάλαμος φύεται, παχὺς μὲν ὅσον δύο ἄνδρε περιωρηγωμένοι περιλάβοιεν· τὸ δὲ ὕψος, ὅσον μυριοφόρου νεὼς ἱςὸς - - εἶναι δὲ τῶν καλάμων καὶ ἄῤῥενας καὶ θηλείας· ὁ μὲν οὖν ἄῤῥην, ἐντεριόνην οὐκ ἔχει, καὶ ἐςὶ κάρτα ἰσχυρός· ἡ δὲ θήλεια ἔχει. *In iis locis calamum, quem vocant Indicum, tantae crassitudinis, quantam duo simul homines expansis vlnis complecti possint: amplitudinis vero, quanta est mali ingentis onerariae nauis . . . In his differre mares ac feminas: mari corpus esse validum ac firmum: sine medulla: feminae medullam esse*, etc. H.

b. Indicae) Alia haec Indica est, quam calamus aromaticus. *Dal.*

c. Differre mares, etc.) De arundine Epigeio, non de Indica id Theophr. qui masculam solidam esse, feminam vero inanem, etiam scribit. *Dal.*

d. Nauigiorumque) Theophrast. hist. L. IV. c. 12. τῷ μεγέθει μεγάλοι καὶ εὐπαχεῖς, ὥςε ἀκατίοις χρῆσθαι. Vide quae de his nauigiis, arundinumque internodio vno compactis, diximus L. VII. s. 2. Pro nauigiis Mela et Solinus lembum dixere. H.

ſingula internodia. Circa Aceſinem *e.* amnem maxime naſcuntur. Arundo omnis *f.* ex vna ſtirpe numeroſa, atque etiam reciſa fecundius reſurgit. Radix *g.* natura viuax, geniculata et ipſa. Folia Indicis tantum breuia. Omnibus vero a nodo orſa *h.*, complexu tenues per ambitum inducunt tunicas: atque a medio internodio cum plurimum deſinunt veſtire, procumbuntque. Latera arundini *i.* calamoque

e. *Circa Aceſinem, etc.*) Theophr. cap. 12. lib. IV. de calamo tantum id ſcribit, qui haſtae vicem praeſtat. *Dalec.*

Circa Aceſinem) Circa hunc amnem naſci eas arundines, quae ſagittarum praebent vſum, ſcribit Theophr. l. c. Ibi et ceteras reperiri ſimile veri eſt. H.

f. *Arundo omnis, etc.*) Scribendum opinor et alia lectione, *Arundo omnis vivax, atque etiam exuſta fecundius reſurgit. Radice natura ex vna ſtirpe numeroſa, geniculata et ipſa*, ex Theophraſto lib. IV. cap. 11. qui viuacitatem arundini tribuit, non radici. *Omnis*, inquit, *arundo vivax eſt, atque aduſtae melius reſurgit. Itemque ſtirpe craſſa numeroſaque eſt, ob id mori peruicax. Radix ipſa geniculata eſt.* Adſtipulatur Columella libro quarto, cap. 31. *Pint.*

Arundo omnis) Theophr. hiſt. L. IV. c. 12. H.

g. *Radix*) Theophr. l. c. H.

h. *A nodo orſa*) A geniculo. H.

i. *Latera arundini, etc.*) Foliorum ſeſe explicantium velut alae. *Dal.*

Latera arundini) Arundini vulgari, inquit, et calamo, in ſua rotunditate, duo ſunt latera: ex vtroque latere folia vti ex inguine alterna vice exeunt: a dextro latere in inferiore nodo ſiue geniculo alterum, alterum a laeuo latere, in ſuperiore nodo: ac deinceps ita per vices. Theophr. hiſt. L. VI. c. 2. de ferula ſimiliter: Βλαςάνει δὲ παραλλὰξ τὰ φύλλα· λέγω δὲ παραλλὰξ, ὅτι ȣ̓κ ἐκ τȣ̃ αὐτȣ̃ μέρȣς τῶν γονάτων, ἀλλ᾽ ἐναλλὰξ· περιειληφότα δὲ τὸν καυλὸν ἐπὶ πολὺ καθάπερ τὰ τȣ̃ καλάμȣ. *Folia alternatim erumpunt e geniculis: alternatim dico, quod non ex eodem latere geniculorum exeunt: ſed permutatis vicibus: caulemque maxima parte complectuntur, vt arundinacea.* H.

moque in [1]rotunditate bina, super nodos alterno semper inguine, vt alterum ad dextra fiat, alterum superiore geniculo ad laeua per vices. Inde exeunt aliquando rami, [2]qui sunt calami tenues.

LXVI. Plura autem genera. *k.* Alia spissior, densiorque geniculis, breuibus internodiis. Alia rarior *l.*, [3]maioribus: tenuiorque et ipsa. Calamus vero alius *m.* totus concauus, quem syringiam vocant *n.*, vtilissimus fistulis, quoniam nihil *o.* est ei cartilaginis atque carnis. Orchomenius *p.* est continuo

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. rotunditatem Gr. et Al.* 2. *quis cal. Ch.* 3. *maioribusque, tenuior et ipsa M.*

k. Plura autem genera) Haec Theophr. totidem fere verbis, hist. L. IV. c. 12. H.

l. Alia rarior) Minus densa, minus numerosa ab vna stirpe, sed maioribus internodiis. H.

m. Calamus vero alius, etc.) Falsum id esse apertissime ostendit historia Theophr. de Orchomenio calamo. Plinius haec mire perturbat. Lego, *Calamus vero alius Orchomenius totus concauus q. s. v. u. f. q. n. e. e. c. a. carnis, continuo foramine peruius. Quem vero Auleticon, etc.* Dal.

n. Syringiam vocant) Syring. Theoph. Ita porro vocant, non quod vtilis sit fistulis, quemadmodum Plinius exposuit, sed quod fistulosus et inanis sit. *Dal.*

Syringiam) Hoc est, vt habetur in Indice libri huius, *fistulatorium.* Fistulas e calamis compingi solitas docent in primis poetae. Ouid. Metam. L. I. v. 705. *Panaque, quum prensam sibi iam Syringa putaret, Corpore pro Nymphae calamos tenuisse palustres. Dumque ibi suspirat, motos in arundine ventos Effecisse sonum tenuem, similemque querenti. Atque ita disparibus calamis compagine cerae Inter se iunctis nomen tenuisse puellae.* Graeci namque fistulam Syringa vocant. Συριγγίαν alii calamum dictum volunt, quod instar fistulae, concauus sit et inanis. H.

o. Quoniam nihil) Theophrast. Οὐδὲν γὰρ ὡς εἰπεῖν ἔχει ξύλε καὶ σαρκός. H.

p. Orchomenius) Ab Orchomeno lacu Boeotiae, quem alio nomine Copaida appellarunt. H.

tinuo foramine peruius, quem auleticum *q.* vocant: hic tibiis vtilior *r.*, fistulis ille. Est alius crassiore ligno *s.*, et tenui foramine, hunc totum fungosa replet medulla. Alius breuior, alius procerior, exilior, crassiorque. Fruticosissimus, qui vocatur donax *t.*, nonnisi in aquaticis natus *u.*: quoniam et haec differentia est *x.*, multum praelata *y.* arundine, quae in siccis proueniat. Suum genus sagittario calamo, vt diximus *z.*: sed Cretico *a.* longissimis internodiis *b.*, obsequentique *c.*, quo libeat flecti, cale-

q. Auleticum) Αὐλητικὸν, quoniam est tibiis vtilis quas αὐλὰς Graeci vocant. H.

r. Hic tibiis vtilior) Tibias a Barbaris inuentas fuisse tradunt, ideoque in describendis musicis instrumentis, quibus perstrepebat furiosa Bacchantium cohors, recte Catullum dixisse, *Barbaraque horribili stridebat tibia cantu.* Apud Hom. Troiani de suis rebus prosperis laeti, sese vt oblectent, pernoctantes in campo tibias inflant. Olympiodorus a Phrygibus inuentas fuisse tradit, vsumque in certamine Marsiam tibia, Apollinem vero cithara. Victorius c. 10. XXX. Vide quae notata sunt cap. 46. lib. VII. *Dal.*

s. Est alius crassiore ligno) Est alius solidus et totus pene intus repletus. Theophrast. *Dal.*

Est alius) Theophr. l. c. H.

t. Donax) Δόναξ, Gallis *canne*: ex qua mulierum colus. H.

u. In aquaticis natus) Apud lacus et flumina nascens potissimum. Theophr. *Dal.*

x. Haec differentia est) Plurimum tamen in quoque genere differunt inter se aquaticae et in sicco nascentes. Theophr. *Dal.*

y. Multum praelata) Theophrast. l. c. H.

z. Vt diximus) Sect. sup. H.

a. Sed Cretico etc.) Theophr. l. c. H.

b. Longissimis internodiis) Nodis paucis, geniculatae, carnosiori omnibus. Theophrastus. *Dal.*

c. Obsequentique) Rectius ex MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. etc. *obsequiumque.* Theophr. Μάλιστα κάμψιν δεχόμενος, καὶ ὅλως ἄγεσθαι δυνάμενος, ὡς ἂν θέλῃ τις θερμαινόμενος. H.

calefacto. Differentias faciunt *d.* et folia non multitudine, verum[1] et colore. *e.* [2]Varia Laconicis *f.*, et [3]ab ima parte densiora, quales in totum circa stagna gigni putant, dissimiles amnicis, longisque vestiri

1. *Sic et M. robore et colore Gr. et Al.* 2. *Et sic Vet.* ποικίλα. *Theophr. Valida Laconicis, et ab vna parte Gr. et Al.* 3. *Sic et Vet. et Ch.*

d. Differentias faciunt etc.) Deesse arbitror dictionem, *tantum* et legendum, *varia*, non, *valida*, et *ima*, non *vna*, vt in totum scribendum sit: *Differentias faciunt et folia non multitudine tantum, verum robore et colore. Varia Laconicis, et ab ima parte densiora.* Theophrastus libro quarto c. 11. *Magnas et folia differentias reddunt, non multitudine magnitudineque tantum, sed etiam colore: quippe quae Laconica cognominatur, versicolor est, etc.* Pint.

e. Verum et colore) Vide N. et Em. N. XXIII. (hic pos.) *Differentias etc.*) In MSS. *Valida.* Vnde Pliniani interpolatores et voculam proxime antea adiiciendam ita putarunt, *verum robore et colore.* Ego vero nec quod sit robur foliorum, intelligo, nec genus illud, cui a robore foliorum differentia sit potius, quam cui a colore, assignatum a Plinio putem: praesertim quum illud ipsum Laconicum genus variegato esse folio, tum ex re ipsa constet, tum ex Theophr. Ἔχουσι δὲ, inquit hist. L. IV. c. 12. καὶ κατὰ τὰ φύλλα μεγάλας διαφορὰς, οὐ πλήθει καὶ μεγέθει μόνον, ἀλλὰ καὶ χροιᾷ· ποικῖλος γὰρ ὁ Λακωνικὸς καλούμενος. Itaque *varia* non *valida* in Pliniano contextu scribendum, moxque ex fide codic. Reg. Colb. T. Chiffl. atque ex re ipsa, *et ab ima parte densiora*, non vt editi libri habent, *et ab vna.* Theophrastus et hic quoque fauet, qui et in foliorum situ hoc ipsum discrimen agnoscit: Κάτωθεν γὰρ ἔνιοι πλεῖστα φέρουσι τὰ φύλλα. H.

f. Valida Laconicis) Laconica versicolor est. In positu etiam foliorum et adnexu differentia est: Nam quaedam ab ima parte foliorum suorum maximum numerum edunt, ac velut e frutice se attollunt. Theophr. *Dalec.*

Laconicis) Arundo Laconica, seu variegata, *Canne Royale.* H.

[1]vestiri tunicis *g.* spatiosius *h.* a nodo scandente complexu. Est [2]et obliqua *i.* arundo, non in excelsitatem nascens, sed iuxta terram [3]fruticis modo se spargens, suauissima in [4]teneritate animalibus. Vocatur a quibusdam [5]elegia. *k.* Est et in Italia *l.* nascens

1. vastitas tum. V. vestiri foliis. 2. *et in obl. Vet.* 3. *graminis. Th.* 4. *eius tenerit. D.* 5. *epigeia. Th.*

g. Vestiri tunicis) Hoc est foliis, quae, vti dictum est sup. sect. *complexu* arundinis *tenues per ambitum inducunt tunicas*, nempe circa nodum, vnde ipsa exeunt. H.

h. Spatiosius) Folia, quae a nodo seu geniculo exeunt, caulem alte vestiunt, tunicae in morem, ac circumplectuntur: et priusquam pendeant ac procumbant, alte subriguntur. H.

i. Est et obliqua) Theophr. l. c. Est, inquit, genus quoddam arundinis, ἐπίγειον, quod per humum repit, nec in aerem subrectum attollitur, sed graminis modo per terram funditur, ἀφίησι καυλὸν ὥσπερ ἄγρωστις. H.

k. Elegia) Sic MSS. etiam omnes. Frustra sunt qui *epigea* ex Theophr. malunt: quam vocem ne grammaticae quidem leges ferunt, pro ἐπίγειος. Sed ita fingunt scriptum a Plinio, vt errorem deinde summo viro exprobrent, quod Salmasius facit, in libello cui titulus, *Praefatio ad Plinium*, p. 102. et 103. H.

l. Est et in Italia, etc.) Lege: *Est et in Italia nascens Adarca, calami palustris ex cortice tantum, sub ipsa coma, etc.* Ex cortice calami palustris sub ipsa coma nasci vult Adarcam. Et pro *vtilissima dentib.* scribe: *vtilis medentibus.* Salm. 1301. a. *Est et in, etc.)* Nam in Cappadocia tantum nasci Dioscorides scribit. *Dalec.*

Est et in Italia) Et in Italia, inquit, circa palustres arundines, ex cortice tantum, et sub ipsa coma nascens adarca. Quo nomine intelligitur concreta salsilago, vt ait Diosc. L. V. c. 137. quae locis humidis et palustribus siccitate emergit, et circa arundines concrescit: Ὁ δὲ προσαγορευόμενος ἀδάρκης — ὥσπερ ἐπίπαγος ὑφαλμυρίζων, καθ᾽ ὑγρῶν καὶ τελματωδῶν τόπων ἐν ξηρασίᾳ ἐπιγινόμενος, καὶ περιπηγνύμενος καλάμοις. Plinius ipse rursum, L. XX. s. 88. *Sinapis naturam effectusque eosdem habere traditur adarca — in cortice calamorum sub ipsa coma nascens.*

Iterum-

nascens adarca nomine *m.*, palustris, [1] ex cortice *n.* tantum sub ipsa coma, vtilissima dentibus, quoniam vis eadem est quae sinapi. De Orchomenii lacus arundinetis accuratius dici cogit admiratio antiqua. Characian *o.* vocabant crassiorem firmioremque, [2] plotian *p.* vero subtiliorem: hanc in insulis fluitanti-

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et cortice Gr. et Al.
2. plocimon. Theophrast. plocian. Vet. et Ch.

Iterumque L. XXXII. f. 52. *Inter aquatilia dici debet et* καλαμόχνυς, *Latine adarca appellata, Nascitur circa arundines tenues e spuma aquae, etc.* Ex quibus intelligas calumniari Dalecampium, qui Plinium dicat adarcam inter arundinum genera inepte censere. H.

m. Adarca nomine) Calamachne ea quoque dicitur c. 10. lib. XXXII. Vide cap. 22. lib. XX. Adarces est subsalsa concretio, humidis et palustribus locis, sicco caelo, spissescens, arundinibus et herbis inhaerescens: molli Alcyonio prorsus similis, valde spongiosa, etc. Ex hac historia Dioscoridis apparet Plinium Adarces naturam non intellexisse, quoniam nec arundini peculiaris est, nec e cortice comaue nascitur. *Dalec.*

n. Et cortice) Arundinibus atque herbis inhaerescens. Dioscorid. Inepte Plinius Adarcen, quae Salsilago est, inter arundinum genera commemorat. Vide cap. 22. lib. XX. et cap. 10. lib. XXXII. *Dalec.*

o. Characiam) Phragmiten ipse vocat, cap. 10. lib. XXXII. *Dal.*

Characian) Χαρακίαν Theophr. hist. L. IV. c. 12. Non ea arundo est, quam Diosc. Φραγμίτην, nos vulgarem dicimus, Galli *Roseau.* Quam si solam etymon spectes, eadem fere vis est vtriusque vocis, χαρακίας, et Φραγμίτης, vt τȣ̃ Φράγμȣ et χάρακος. Sepimentum enim et munimentum sonant. At Φραγμίτης tenuis arundo est ex Diosc. L. I. p. 114. et gracilis: characias Plinio et Theophrasto crassior. H.

p. Plotian) Ita etiam MSS. Πλωτίαν Plinius scribi censuit oportere: quoniam sciret nasci id arundinis genus, ἐπὶ τῶν πλοάδων, in fluitantibus insulis. Nunc in editis Graece Theophrasti libris πλόκιμον legitur: quod ex eius foliis storeae, tegetes, aliaque fierent. H.

tantibus [1] natam, illam in ripis *q.* exspatiantis lacus. Tertia arundo *r.* est tibialis calami, quem auleticon *s.* dicebant: nono hic anno nascebatur. *t.* Nam et lacus *u.* incrementa hoc temporis spatio seruabat: prodigiosus *x.*, si quando amplitudinem biennio extendisset *y.*: quod notatum *z.* apud Chaeroniam *a.* [2] infausto Atheniensium *b.*, et saepe: Lebaida vocatur

1. *natare. M.* 2. *infausto Atheniensium praelio et apud Lebadiam saepe notatur influente Cephisso Gr. et Al.*

q. Illam in ripis, etc.) Arundineis cespitibus, vbi arundo multa connexu mutuo radicum implectitur, pingui laetoque solo. Theophr. *Dal.*

r. Tertia arundo, etc.) In sequentibus multa Plinius ex Theophrasto male transcripsit. Apud Theophrastum locus est cap. 12. lib. IV. *Dal.*

s. Auleticon) A tibiis, vt diximus sup. sect. H.

t. Nono hic anno nascebatur) Nono anno nasci putabant, quoniam eo temporis interuallo lacus augebatur, sed magno errore, etc. Theophrastus. *Dal.*

u. Nam et lacus) Haec totidem verbis Theophrastus l. c. Toto nouennio crescere lacum aiebant: calamum tibialem post id tempus exactum nasci. H.

x. Prodigiosus) Prodigiosum id esse Theophrastus non ait, sed contigisse circa tempus eius infausti praelii. *Dalec.*

y. Biennio extendisset) Post imbres frequentes aqua biennio copiosa permansisset. Theophr. *Dalec.*

z. Quod notatum, etc.) Lego: *quod notatum apud Cheroniam infausto Atheniensium exitu, et saepe, Copaida vocatur influente Cephisso.* vt dicat Orchomenium, illum lacum Copaidem vocari, in quem influit Cephisus. Vide *Salmas.* p. 117. b.

a. Cheroniam, etc.) Chaeroneia, Straboni, oppidum, ad quod Philippus Amyntae filius, Boeotiis, Corinthiis, Atheniensibus graui praelio superatis, Graeciam subiugauit. In vicino Lebadiae est, quae Iouis Trophonii antrum et oraculum habet. Strabo lib. IX. *Dalec.*

b. Infausto Atheniensium) Hoc est, infortunio. Praelium illud significat, quo et Athenienses et Boeoti cum Philippo Macedone conflixere, a quo victi fuerunt. Vide N. et Em. N. XXIV. (hic adi.) *Infausto A.)* In libris

tur influente Cephiſſo. Quum igitur anno [1] perDd 3 manſe-

1. *Sic et M. permanſit Gr. et Al.*

libris vulgo editis interpolatorum opera ſic legitur, *Athenienſium praelio: et apud Lebadiam ſaepe notatur influente Cephiſſo:* quae oratio mire inops ſententiae eſt. In MSS. R. 1. 2. Colb. Par. *Infeſto Athenienſium et ſaepe Lebaida vocatur* etc. Itaque omnia intacta et integra liquimus: etſi Lebaida vox eſt haud ſatis cognita, nec dubitamus Copaidem paludem hic intelligi, in quam Cephiſſus influit, vt dictum eſt L. IV. ſ. 12. cui forte altera iſta attributa appellatio ſit, qua parte Cephiſſum excipit. *Infauſto Athenienſium* porro dici ſimpliciter ac nullo adiuncto, pro *infortunio* et calamitate praeſignificata, haud temere quidem, vt credimus, auguramur: quum et hoc ipſo libro ſ. 3. *bellorum ciuilium profano*, haud inſolentiore loquendi norma, neque huic multum abſimili, dixerit. Quod quidam adiecta hic vocula, *infauſto Athenienſium exitu et ſaepe*, legunt, audacis nimium coniecturae nobis videtur, quibus conſilium eſt non Plinii textum nouum cudere, ſed veterem ac genuinum fide integra repraeſentare. *Et ſaepe* autem quum adiecit, hoc prodigium alias rurſum accidiſſe innuit, nec ſemel. Sic L. II. ſ. 57. *Lacte et ſanguine pluiſſe, M. Acilio Coſ. et ſaepe alias.* Id vero et Theophraſtus ipſe haud obſcure innuit, qui hiſt. L. IV. c. 12. ſimili prodigio peſtem alias praenunciatam ſignificat, alias penuriam arundinum conſequutam. Μετὰ δὲ ταῦτα ὕϛερον, ὡς ὁ λοιμὸς ἐγένετο σφοδρὸς, etc. Denique Salmaſii coniectura, Exerc. in Solin. p. 117. ſtatuentis legi oportere, *Pelecania vocatur influente Cephiſſo*, et abeſt longius a veſtigiis veteris ſcripturae, nec Theophraſtum, quo niti ſe putat, ſuffragatorem habet. Ait enim ille hiſt. L. IV. c. 12. naſci plurimam arundinem inter Melanem et Cephiſſum: locum eum Pelecaniam vocari. Huius loci partes quaſdam eſſe, quae Χύτροι dicerentur, hoc eſt, voragines, nempe a forma ollarum, quibus arundo laudatiſſima prouenirct: omnium autem optimam naſci circa Oxeam Campen, qui locus Cephiſſi oſtium eſt: atque in totum, vbi craſſum, laetum, faecoſumque ſolum ſit, Cephiſſuſque ſe permiſceat, ampliorque ſit lacus altitudo, ibi probatiſſimam arundinem oriri:

riri; atque haec omnia vtique circa Oxeam Campen et Boedriam reperiri: habere enim amnem eum vim maximam ad arundinum commendationem: Φύεται δὲ πλεῖστος μὲν μεταξὺ τȣ̃ Κηφισȣ̃ καὶ τȣ̃ Μέλανος· ȣ̃τος δὲ ὁ τόπος προσαγορεύεται Πελεκανία. Τȣ̃τα ἐστιν ἄττα Χύτροι καλȣ́μενοι, βαθύσματα τῆς λίμνης, ἐν οἷς κάλλιστόν φασι . . . Κάλλιστος δὲ δοκεῖ γίνεσθαι πάντων περὶ τὴν Ὀξεῖαν καλȣμένην Καμπήν. Ὁ δὲ τόπος ȣ̃τός ἐστιν ἐμβολὴ τȣ̃ Κηφισȣ̃ . . . Τὸ δὲ ὅλον ȣ̃ ἂν ἡ βατύγειον καὶ εὔγειον χωρίον καὶ ἰλυῶδες, καὶ ὁ Κηφισὸς ἀναμίγνυται, καὶ πρὸς τȣ́τοις βάθυσμα τῆς λίμνης, κάλλιστον γίνεσθαι κάλαμον· περὶ γὰρ τὴν Βοηδρίαν ταῦτα πάντα ὑπάρχει, ὅτι δὲ ἡ Κηφισὸς μεγάλην ἔχει ῥοπὴν εἰς τὸ ποιεῖν καλὸν κάλαμον, etc. Quibus verbis quis non intelligit, laudatissimum calamum tibialem non ex eo loco oriri Theophrastum velle, qui Pelecania vocaretur: sed in aliis quibusdam locis pinguibus ac laetis, vbi se Cephissus amnis immisceret, aut vbi ostium Cephissi foret? nec Pelecaniam vocari locum lacumue eum quo Cephissus amnis influeret: sed Oxeam Campen, et Boedriam, auctore Theophrasto: et praeter istas appellationes, alio fortassis latere, Plinio auctore, Lebaidam? Mitto ea commemorare, quae Salmasius eo loci congerit de voce πελεκανία, quam in πελικανία commutat: atque vt eius verbi vim interpretetur, Graeci scriptoris verba sententiamque peruertit: mitto ea, inquam, et negligo, quod properandum sit ad maiora. Est enim operae pretium hic obiter animaduertere, quam eleganti et concisa breuitate Plinius perstrinxerit, quidquid de veterum tibiis, de earum materia, forma, vsu, aut scitu iucundum, aut a ceteris scriptoribus pariter est memoriae proditum: vberiusque nunc versari in eo argumento, quod in prioribus Notis, pro instituti breuitate, quam maxime sequimur, leuiter modo delibauimus. 1) Nam quod ad materiam primum attinet, fuisse eam multiplicem docet: *Nunc sacrificae*, inquit, *Tuscorum e buxo: ludicrae vero loto, ossibus asininis, et argento fiunt.* Fieri et ex auro, orichalco, ceruorum, asinorumque cruribus Philostratus admonet, de vita Apoll. L. V. c. 7. p. 228. Χρυσȣ̃ τε καὶ ὀρειχάλκȣ, καὶ ἐλάφων κνήμης. — οἱ δὲ καὶ ὄνων. Iul. Poll. L. IV. c. 9. Tit. 6. ἡ δὲ ὕλη τῶν αὐλῶν κάλαμος, ἢ χαλκὸς, ἢ λωτὸς, ἢ πύξος, ἢ κέρας, ἢ ὀστȣ̃ν ἐλάφȣ, ἢ

δάφνης

δάφνης τῆς χάμαι ξύλȣ κλάδος, τὴν ἐντεριώνην ἀφῃρημένος, etc. Fuiſſe ſignificat ex calamo, aere, loto, buxo, cornu, oſſe ceruino, ligno chamaedaphnes exemta medulla, etc. E buxo quidem in ſacris adhibitas eſſe tibias, non Plinius modo, ſed et Statius auctor eſt, Theb. L. IV. v. 49. *Cum ſacra vocant, Idaeaque ſuadet Buxus.* Atque ea tibia ἔλυμος vocabatur. Pollux L. IV. c. 10. vbi varia tibiarum genera enumerat: Ἔλυμος, τὴν μὲν ὕλην, πύξινος· τὸ δὲ εὕρημα, Φρυγῶν. Alias in ſacris ex ebore fuit: Virgil. Georg. L. II. *Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.* Hoc eſt, tibicen, qui in ſacris tibiam inflauit eburneam. E loto vero, praeter Plinium et Athenaeum, quem in prioribus Notis ad hunc locum, et Pollucem, quem proxime appellauimus, prodidere alii, quos retulimus L. XIII. ſ. 32. Sed vetuſtiſſima tibiarum materies, vt ex Plinio ac ceteris liquet, calamus tibialis fuit, antequam in craſſitudinem aucupatoriam creſceret, diceretur que zeugites: quod erat tum aucupiis tantum vtilis, non tibiis: atque haec ei craſſitudo appellatioque adueniebat tum, cum lacus inundatio anno permanſiſſet: ea vero maturius recedente ac ſubſidente, gracilior calamus fiebat, idemque tibiis aptus, et bombycias cognominatus, ob ſimilitudinem ſoni, et ſpado, quod lanugine omnino nulla eſſet. Plinii haec verba ſunt ex hac ſectione: *Tertia arundo eſt tibialis calami, quem auleticon dicebant: nono hic anno naſcebatur: nam et lacus incrementa hoc temporis ſpatio ſeruabat — Quum igitur anno permanſit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem: vocabantur zeugitae. Contra bombyciae, maturius reciproco, graciles: feminarum latiore folio atque candidiore, modica lanugine: aut omnino nulla, ſpadonum nomine inſignibus. Hinc erant armamenta ad incluſos cantus*, etc. Theophraſtus totidem ferme verbis hiſt. L. IV. c. 12. Φασὶ γὰρ καὶ δοκεῖ βαθυνομένης τῆς λίμνης, μείναντα τὸν ἐπιόντα ἐνιαυτὸν, ἁδρύνεσθαι· καὶ γίνεσθαι τὸν μὲν ἁδρυθέντα ζευγίτην· τȣ̃ δ᾽ ἂν μὴ συμπαραμείνῃ τὸ ὕδωρ βομβυκίαν . . . Διαφέρει δὲ τῶν ἄλλων καλάμων, ὡς καθόλȣ λαβεῖν, ἀτροφίᾳ τινὶ τῆς φύσεως· ἀπληθέστερον καὶ εἶναι, καὶ ἀσαρκότερον, καὶ ὅλως δὲ θῆλυν τῇ προσόψει· καὶ γὰρ τὸ φύλλον, πλατύτερον ἔχειν καὶ λευκότερον, τὴν δὲ ἀνθήλην ἐλάττω τῶν ἄλλων. Τινὰς δὲ ὅλως ȣ̓κ ἔχειν, ȣ̔̀ς καὶ προσαγορεύȣσιν εὐνȣχίας· ἐξ ὧν

ὧν ἄρειςα μὲν φασί τινες γενέσθαι τὰ ζεύγη· κατορθῶν δὲ ὀλίγα παρὰ τὴν ἐργασίαν. *Fertur enim, videturque, aucta latitudine lacus, duranteque inundatione, crassari arundinem: et fieri quidem crassiorem, zeugitem: bombyciam vero, quum aqua non permanserit. — Distat autem* bombycias *a reliquis arundinibus, vniuerse loquendo, nutrimenti natiui penuria: inanior enim est, et gracilior: atque in totum femina arundo aspectu intelligitur: latius enim ei folium est, candidiusque: lanuginis minus, quam ceteris. Quaedam etiam omnino lanuginis nihil habent, quas spadonum nomine indigitat. Ex his optima tibiarum paria fieri aiunt, sed pauca tamen recte in opere succedere.* Quibus ex verbis intelligas praeposterae interpunctionis vitio ante nos hunc Plinii locum laborasse, quum sic ederetur: *Feminarum latiore folio atque candidiore: modica lanugine, aut omnino nulla, spadonum nomine insignibus.* 2) Iam forma tibiae in eo praecipue posita, quod et foraminibus multis constaret, et ligulis. De foraminibus res obuia est, nec eget explicatu. Papias, in Vocabulario: *Tibia est instrumentum musicae, cum diuersis foraminibus, quae ore inflatur.* Hinc *multifora tibia* Senecae, Nasoni *multiforum buxum.* Ligulae vero, seu lingulae, frusta erant duo excisa ex arundine, tibiae ori inserta, sic admota inuicem, compactaque inter se, vt tenuis modo immittendo spiritui aditus inter vtrumque foret: Gallis: *Anche de haut-bois, de cornemuse, de musette.* Polluci, L. IV. c. 9. tit. 5. Γλῶτται. Hesychio, γλῶσσαι, et γλωσσίδες τῶν αὐλῶν. Festo, *lingulae.* Ab his concinnatores tibiarum γλωσσοποιοὶ, vti a foraminibus αὐλοτρύπαι vocabantur, auctore Polluce, tit. 6. p. 189. Tibicinum in eo ars elucebat in primis, vt labia lingulam bene complecterentur, neque ardenti idcirco ore canerent: Εὐςομία δὲ, ἣν τὰ χείλη ἐνθέμενα, τὴν τοῦ αὐλοῦ γλῶτταν, μὴ πιμπραμένου τοῦ προσώπου, αὐλῇ, inquit Philostr. de vita Apoll. L. V. c. 7. p. 228. Compressiores vero inter se lingulae, contentionem vtique maiorem poscebant: atque id genus tibiae bombyces vocabantur, a similitudine soni, inflabanturque difficilius, et erant longiusculae. Arist L. περὶ ἀκοῦς. p. 1202. Πάντες γὰρ χαλεπῶς πληροῦσι τοὺς βόμβυκας, καὶ μετὰ συντονίας πολλῆς, διὰ τὸ μῆκος τῆς ἀποςάσεως. Hinc et calami bombyciae a Plinio appellati. Harum vero tibiarum praecipuus in theatris vsus.

Pli-

manserit inundatio, proficiunt in aucupatoriam *c.*
Dd 5 quo-

Plinius: *Tunc quoque multa domandae exercitatione, et canere tibiae ipsae docendae, comprimentibus se ligulis, quod erat theatrorum moribus vtilius.* Et idem legere est apud Theophrastum, hist. L. IV. c. 12. Συμμύειν δὲ τὸ στόμα τῶν γλωττῶν, ὃ πρὸς διακτορίαν εἶναι χρήσιμον. *Sed linguarum ora comprimi, quod ad ingressum nunciorum in scenam maxime est accommodatum.* Διακτορία scilicet ingressum significat nunciorum in scenam, in quo tibiarum vtique contentione opus fuerit, hoc est, grauiore concentui, qui apertis deinde tibiis acutior fuit. Eaedem processu temporis *apertiores* factae sunt, inquit auctor, *ad flectendos sonos.* Scilicet vt assa vox in cantu quum flectitur, varietatem modulationis faciat: quod qui praestant ἀσματοκάμπτας Graeci vocant: sic in tibiarum modulatione spiritus tibicinis vertitur ac temperatur, vt varios edat sonos. Quo spectasse Plautus videtur, Merc. act. I. sc. 2. *Perii: animam nequeo vertere: nimis nihili tibicen siem.* Atque eiusmodi tibicines, camptulas vocat Flauius Vopiscus in Carino, p. 254. 3) Vsus denique tibiarum in sacris: vnde *sacrificae Tuscorum tibiae* apud auctorem. Gruteri inscriptio p. 269. TIBICINES. ROMANI. QVI. SACRIS. PVBLIC. PRAEST. SVNT. Et p. 175. COLLEGIO. TIBICINVM. ET. FIDICINVM. ROMANORVM. QVI S. P. P. S. hoc est, *qui sacris publicis praesto sunt.* Vide quae dicturi sumus L. XXVIII. f. 3. Vsus et in ludis, nuptiis, choreis, vnde ludicrae Plinio appellatae. Sed de tibiis ac tibicinibus satis. H.

c. In aucupatoriam) In eam crescunt amplitudinem, propter quam mutato iam nomine ζευγῖται, hoc est, aucupatorii calami appellantur. Ζεῦγοι Hesychio, βρόχοι ὀρνίθων, laquei captandis auiculis destinati. In eo genere aucupii, quod calamis peragebatur, arundo ad arundinem sic adtexi iungique consueuerat, vt sensim cumulus cresceret, donec alitis eius quae captabatur, alas viscum tangeret. Hinc arundo crescens dicitur Martiali, L. XIV. ep. 218. cuius lemma: *calami aucupatorii: Non tantum calamis, sed cantu fallitur ales, Callida dum tacita crescit arundo manu.* Et L. IX. ep. 55. *Aut crescente leuis traheretur arundine praeda, Pinguis et implicitas virga teneret aues.* Petron. in Satyr.

quoque amplitudinem: [1] vocabantur zeugitae. *d.* Contra bombyciae *e.*, maturius reciproco *f.*: graciles *g.*: [2] feminarum, latiore folio atque candidiore, modica lanugine: aut omnino nulla, spadonum nomine [3] insignibus. Hinc erant armamenta *h.* ad inclu-

1. *vocantur. M.* 2. *femin. specie. Theophrast.* 3. *insignes. Dal.*

Satyr. p. 141. *Parati aucupes cum arundinibus fuerunt.* H.

d. Zeugitae) Zeugitin aucupatoriam male Plinius exponit. Ζευγίτην dicebant eam, quae crassitie et longitudine ad compingenda duarum tibiarum paria et coniugia, τὰ ζεύγη, idonea et apta foret, vt βομβυκίαν, quae ob strigosam maciem tibia dignum sonum non ederet, sed bombum tantum. Apuleius 4. Asini nuptiales tibias vocat zygias, quasi iugales, sicut Iunonem zygiam, jugam, siue iugalem vocant, — *cui vincla iugalia curae*, vt inquit Poëta. Idem lib. VI. arundinem *Musicae nutriculam* appellat, lepide quidem, sed affectate. *Dalec.*

e. Contra bombyciae) Quum anno, inquit, integro non manet inundatio, sed citius aqua subsidit: quae tum crescunt arundines, eae bombyciae appellantur: ei tibiarum generi vtiles, quod Βόμβυκα appellat Arist. L. περὶ ἀκȣς. p. 1202. Longae fuere tibiae, quae difficilius inflarentur. Haec etiam Theophr. l. c. H.

f. Maturius reciproco) Quum aqua copiosa non permanserit. Theophr. *Dalec.*

g. Graciles) Sunt eae arundines, inquit, graciles: ex his feminae appellatae, quae laxiore folio, et modica lanugine: quae nulla, spadones. Sic etiam Theophr. H.

h. Hinc erant armamenta) Tibiae fiebant, quibus canerent. *Armamentum* licenter Plinius instrumentum vocat: quod Gazam impulit, vt apud Theophrastum parum apte ζεύγιτην verteret *Armamentarium.* Dalec.

Armamenta) Ex spadonibus, inquit, tibiae fiebant. Sunt enim tibiae armamenta siue instrumenta inclusi cantus. Sunt autem cantus inclusi iidem qui tibiales, inclusi nempe tibiis ad discrimen assae vocis, quae sola voce linguae, vt Nonius interpretatur, proferri solebat, statimque in aerem effundi, nec inclusa teneri instrumentis. Theophr. Εὐνȣχίας·

ἐξ

inclusos cantus *i.*: non silendo *k.* et reliquo curae miraculo *l.*, vt venia sit, argento iam *m.* potius cani. Caedi solebant *n.* [1] tempestiuae vsque [2] ad Antigenidem tibicinem *o.*, quum adhuc simplici musica *p.* vte-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. tempestiue Gr. et Al.*
2. *Sic et Ch. et Theophrast. Antigenem Gr. et vulgg.*

ἐξ ὧν ἄριστα μὲν φασί τινες γενέσθαι τὰ ζεύγη. Sunt porro ζεύγη compacta simul in tibiis calamorum internodia. H.

i. Ad inclusos cantus) Inclusos cantus dici volunt, qui in theatris aut templis muro circumseptis, vel etiam in priuatis aedibus personarent, non autem in aperto ederentur, veluti tubis et cornibus. Aldus putat scriptum fuisse *Inclutos* pro *Inclytos*, vnde factum sit *Inclusos*. Ennius de Coclite, *Hic datus est occasus Horatius inclut' saltu*, apud Festum. *Dal.*

k. Non silendo) Neque praetereundum silentio, inquit, quantum curae veteres in tibiis concinnandis et explorandis adhibuisse videantur. H.

l. Reliquo curae miraculo) In arundinis tibialis praeparatione. *Dal.*

m. Argento iam) Tibiis ex argento: quibus concinnandis leuior multo opera danda, quam olim e calamis. H.

n. Caedi solebant) Haec deinceps apud Theophr. vt priora, ex hist. L. IV. c. 12. H.

o. Ad Antigenidem tibicinem) Antigenem Thebanum musicum primum calceis Milesiis vsum fuisse, fimbriatamque vestem, κροκοτὴν, in comessationes attulisse, καὶ μελοποιῆσαι, Suidas refert. Antigenide tibicine harmation canente, Plutarchus scribit epulantem Alexandrum sic exarsisse, vt raptis armis adstantes fere inuaderet, vt verum sit quod Spartiatae dictitabant: *Vrget in ferrum scita fidibus cantio.* Magius cap. 13. IV. Antigenidae Musici meminit Apuleius lib. Florid. *Dal.*

Antigenidem) Sic MSS. R. Colb. Th. non *Antigenem.* Ἀντιγενίδας Theophr. l. c. Plutarch. in Apophth. p. 193. et Tatianus or. contra Graecos, p. 177. Antigenidam tibicinem laudat et Val. Max. L. III. c. 7. Gellius, L. XV. c. 17. p. 827. et Apulei. L. I. Flor. p. 6. De eo Tullius in Bruto, p. 569. *Antigenidas dixit discipulo, Mihi cane et Musis.* |Alexandri| M. temporibus vixit. H.

p. Simplici musica) Tibia Theophr. *Dal.*

Quum adhuc simplici) Theophrast.

vterentur, sub Arcturo *q.*: sic praeparatae aliquot post annos vtiles esse incipiebant. Tunc quoque multa domandae exercitatione, [1]et canere tibiae ipsae docendae, comprimentibus se ligulis *r.*, quod erat illis theatrorum *s.* moribus vtilius. Postquam varietas accessit *t.*, et cantus quoque [2]luxuria, caedi ante solstitia ceptae, et fieri vtiles in trimatu, apertioribus earum [3]ligulis ad flectendos sonos, [4]quae inde *u.* sunt et hodie: Sed tum ex sua *x.* [5]quamque tantum [6]arundine congruere persuasum erat:

1. et canore tibiae ipso educandae. Vet. et canere tib. ipsae edocendae. M. 2. luxuriantes. M. 3. vngulis. Ch. 4. quae iam inde sunt. Vet. 5. quaque. M. 6. arundinem. M.

phrast. ἡνίκ' ἤυλϰν ἁπλάςως, sine modulorum varietate, et multiplici flexu. H.

q. Sub Arcturo) Theophr. ὑπ' Ἀρκτϰ̃ρϰ Βοηδρομιῶνος μηνός. Sub Arcturi exortum, mense Septembri. Vide L. XVIII. s. 74. H.

r. Comprimentibus se ligulis) Conniuente ore linguarum! Theophr. *Dalec.*

Comprimentibus) Erant compressiores nec satis apertae, ligulae tibiarum. Vide N. et Em. N. XXIV. supra p. 420. l. b. Postea vero caeso solstitio in trimatu vtiles, apertioresque ad flectendos sonos: vt statim dicetur. De voce *ligulae*, siue *lingulae* in tibiis, Vossium et Festum vide. Gallis, *Anche*. H.

s. Quod erat illis theatrorum, etc.) In Theophrasto est ὁ πρὸς διακτορίαν τὴν χρήσιμον, quod ad vsum exercitationemque canendi vtilius fuit. *Dalec.*

t. Postquam varietas accessit) Cantus varietatem ac luxuriam Latine reddit, quod Theophrastus ait τὴν πλάσιν, nempe rudioris simpliciorisque musicae ad cantus delicias, ac iucundam argutamque varietatem, veluti confirmationem atque eruditionem. *Dalec.*

u. Quae inde) Quales ab eo aeuo, inquit, hodieque sunt. H.

x. Sed tum ex sua) Persuasum erat, lingulas tibiarum, ex eodem arundinis internodio eximi oportere, vnde tibia ipsa constaret: alias non fore congruas: Συμφωνεῖν δὲ τὰς γλώσσας, inquit Theophr. τὰς ἐκ τϰ̃ αὐτϰ̃

erat: et eam, quae radicem antecesserat *y.*, laeuae tibiae conuenire *z.*: quae cacumen, dextrae: immen-

αὐτῦ μεσογονατίῦ· τὰς δὲ ἄλλας ὦ συμφωνεῖν. H.

y. Quae radicem antecesserat) Theophrastus radici proximam linguam, laeuam esse ait, dextram vero quae ad germina est. Plinius ad dextram laeuamque tibiam, perquam apte refert, et eum Theophrasti locum quasi interpretatur commode. Varro cap. 2. lib. I. ait, tibiam dextram in carminibus esse modorum incentiuam, laeuam autem succentiuam. Sed de his statim. *Dalec.*

Quae radicem) Quae proxima radici, inquit Theophr. laeua ponitur: quae cacumini, dextera. Haec Plinius ad dextram laeuamque tibiam perquam apte refert. H.

z. Laeuae tibiae conuenire) Vt capaciorem, amplioris et grauioris soni. Dextra acutior, laeua grauior, obtusior, obscurior. Impares, id est, vnica tantum, in monodio, quum vnica persona ageret, inflabantur: Pares, siue binae, quum multi: Choricae, quum chorus. Vnicae personae μονῴδιον fuit: plurium συνῴδιον. Monodium et canticum dixerunt: Synodium, diuerbium. Vide Rhod. c. 7. IX. Quando chorus canebat, inquit Diomedes lib. III. Choricis siue choraulicis tibiis artifex concinebat: in canticis autem, Pithaulicis responsabat, nempe quibus pithaules, siue ascaules, id est, vtricularius vtitur. Brod. c. 13. II. Vide quod notatum est supra in cap. 37. lib. VII. De monodia vide Victorium cap. §. XXXI. obseruat. Dextras vocarunt, quod oris parte dextra inflarentur, dextra manu tenerentur: laeuas ob contrarias causas. Victor. cap. 22. XXXVIII. Serranae tibiae ab acuto serrae strido re ac sono, vt Gingrinae, ab anserum clangore: Gingriunt enim anseres. Serranae sinistrae fuerunt, acutius tinnientes, et vt Varro inquit, succentiuae, vt dextrae, quae grauius sonant, incentiuae, Turn. cap. 34. XXVIII. Dextra ea fortassis est, quam Cic. lib. II. ad Atticum μικρὰν vocat. *Cn. quidem noster, ait, iam plane quid cogitet nescio: φυσᾷ γὰρ ὦ σμικροῖσι αὐλίσκοις ἔτι, ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ.* Qui locus apud Dionysium Longinum citatur ex Sophocle: φλοιώδης γὰρ ἀνὴρ, inquit, καὶ φυσῶν κατὰ τὸν Σοφοκλέα μικροῖς μὲν αὐλισκοῖσι δ' ἄτερ. Leopardus c. 2. I. Seruius in lib. II. Aeneid. *Serranae*

mensum quantum praelatis, quas ipse Cephissus abluisset. *a.* Nunc sacrificae *b.* Tuscorum e buxo, *c.* ludicrae vero loto *d.*, ossibusque asininis *e.*, et argento

ranae tibiae, *quae sunt pares et aequales habent cauernas, siue foramina*, τὰ τρήματα: *Phrygiae*, *quae impares et inaequabilibus foraminibus.* Varroni Phrygia dextra vnum habet foramen, sinistra duo: quorum vnum sonum acutum edit, alterum grauem. Brod. cap. 32. V. Praecentarias, vascas, Puellatorias, Gingrinas, Miluinas tibias memorat Alex. ab Alexand. cap. 2. IV. Funebrium hic non meminit, quas adhibebant plebeiorum exsequiis, vt tubas iustis nobilium et locupletum. Statius: *Tibia, cui teneros solitum deducere manes*, Ouidius: *Tibia funeribus convenit ista meis.* Persius de diuite: *Hinc tuba, candelae tandemque beatulus alto, etc.* Hinc Siticines Apuleio in Floridis monumentarii tibicines. Sic elatus est coruus supra cap. 43. X. Athen. pag. 314. vers. 18. ex Philetaeto: Ὦ Ζεῦ καλόν ἐστιν ἀποθανεῖν αὐλούμενον, Τούτοις ἐν ᾅδου γὰρ μόνοις ἐξουσία Ἀφροδισιάζειν ἐστίν· οἱ δὲ τοὺς τρόπους Ῥυπαροὺς ἔχοντες μουσικῆς ἀπειρίᾳ Εἰς τὸν πίθον φέρουσι τὸν τετρυμένον. *Dal.*

Laeuae tibiae) Festus: *Dexterarum tibiarum genus est, quae dextra tenentur*: et laevarum igitur versa vice, quae laeua. Dextera simul et sinistra, impares tibiae vocabantur, quia et impari erant foraminum numero, et soni diuersi. Pares, duae dextrae, vel duae sinistrae. H.

a. *Quas ipse Cephissus abluisset*) Et, si laetum, profundum, coenosum solum sit. Theophr. *Dalec.*

Quas - Cephissus) Amnis, de quo supra, et in Geograph. L. IV. s. 12. qui in Copaidem paludem influebat. H.

b. *Nunc sacrificae*) In sacris adhibitae. Seneca similiter: *Sacrifica dulces tibia effundat modos.* De tibiarum vsu in sacris, dicetur L. XXVIII. s. 3. H.

c. *E buxo*) Ouid. Metam. L. XII. v. 157. *Non illos carmina vocum, Longaue multifori delectat tibia buxi.* H.

d. *Loto*) Africana arbore, de qua L. XIII. s. 32. De hoc tibiarum genere Athenaeus, L. IV. p. 182. Οἱ δὲ καλούμενοι λώτινοι αὐλοί, etc. Festus: *Lotos, arboris genus, ex cuius materia frequenter tibiae fiebant: cuius baccis pasti quondam Lotophagi dicti.* H.

e. *Ossibusque asininis*) Plutarchus in conuiuio septem sapien-

gento fiunt. Aucupatoria arundo a Panhormo *f.* laudatiſſima: piſcatoria Abaritana ex Africa. *g.*

LXVII. Arundinis Italiae vſus ad vineas maxime. *h.* Cato *i.* ſeri eam iubet in humidis agris, bipalio ſubacto prius ſolo, oculis diſpoſitis interuallo ternorum pedum. Simul et corrudam, vnde aſparagi fiant: concordare enim amicitiam. *k.* (XXXVII.) Sali-

ſapientum miratur, aſinum animal ſtolidiſſimum et alieniſſimum a muſica, oſſa tenuiſſima, atque maxime canora ſuppeditare. Vide locum. *Dalec.*

Aſininis) In eam rem multa lepide Aeſopus et Niloxenus, apud Plutarchum in Conuiuio ſeptem Sapientum p. 150. Fuere et e cruribus hinnuli, teſte Athenaeo, L. IV. et e tibiis gruum. H.

f. Panhormo) Siciliae oppido. H.

g. Abaritana ex Africa) Haec ſunt viginti duo genera: quibus ſi addas Aegyptium, Gnidium, Anaiticum, Italicum, Belgicum, Creticum, Indicum, ſupra memorata, viginti nouem comperies, quot ſe recitaſſe ait cap. 11. lib. XXIV. *Dalec.*

Abaritana) Pars eſt Africae, incomperti adhuc ſitus. Vide Victorem Vitenſem L. I. H.

h. Ad vineas maxime) Ad earum pedamenta et iuga. Vide Varronem c. 8. lib. I. *Dalec.*

Ad vineas) Vnde *arundo vinitoria* in Indice huius libri eſt nuncupata. Vſus illius ad iuga vinearum et pedamenta. Varro de R. R. L. I. c. 8. H.

i. Cato) Cap. 6. et 48. *Dal.*

Cato) De R. R. c. 6. p. 12. *Siculi in his locis ripae, aut locus humectus erit, ibi — ſerito, et arundinetum. Id hoc modo ſerito. Bipalio vortito: ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio ſerito. Ibi corrudam ſerito, vnde aſparagi fiant: nam conuenit arundinetum cum corruda, eo quia foditur, et inceditur,* etc. Sic rurſum idem, c. 47. Bipalium inſtrumentum eſt ad fodiendum. *Oculi* in arundine qui dicantur, ipſe aperit L. XVII. ſ. 33. ſtatim initio. Colum. L. de arbor. c. 29. *Arundo optime ſeritur, quos alii bulbos, alii oculos vocant.* De corruda ſiue aſparago, in herbarum volumine dicetur. H.

k. Concordare enim amicitiam) Quia foditur, inceditur, et vmbram per tempus habet. *Dalec.*

Salicem vero [1] circa *l.*; qua nulla aquaticarum vtilior, licet populi vitibus placeant, et Caecuba educent: licet alni [2] sepibus muniant, contraque erumpentium amnium impetus, [3] riparum muro in tutela ruris excubent in aqua satae, caesaeque densius innumero herede *m.* prosint.

LXVIII. [4] Salicis statim plura genera. *n.* [5] Namque *o.* et in proceritatem magnam emittunt iugis vinearum *p.* perticas, [6] pariuntque baltheo *q.* corticis vincula: et aliae *r.* virgas sequacis ad vincturas lenti-

1. *circa amnes qua. Cato c. 9.* 2. *sepes. M.* 3. *riparum modo in tutelam. Dal.* 4. *Salici satiuae plu. gem. V. in manus. hic c. 37. initium.* 5. *Nam quaedam et in proceritatem. Vet.* 6. *praebent. Dal.*

l. Salicem vero circa) Nempe circa arundinem, de qua dictum est proxime. Vnde intelligas perperam a superiore sententia hanc distraxisse Plinii editores, vt inde noui capitis exordium sumerent. Nam Cato verbis modo laudatis haec subnectit: *Salicem Graecam circa arundinetum serito, vti siet qui vineam alliges.* H.

m. Herede) Numeroso stolone. H.

n. Salicis — genera) Gallis, *Sault.* Sunt in horto Regio salicis genera omnino quindecim. H.

o. Namque, etc.) Est haec salix alba vulgaris arborescens, ab aliis perticalis appellata: a Dodonaeo pingitur p. 831. H.

p. Iugis vinearum) Ad vinearum iuga struenda. Iugum in vinea dicitur, quum duabus pluribusue perticis fixis aliae super eas alligantur, in quibus vites coniunguntur, et quasi iugum in summitate faciunt, vt iam alibi monuimus. Colum. L. IV. c. 12. *Arundines binas singulis vitibus applicabimus: qui si regionis conditio permittit, vetera deponemus hastilia: quibus annectuntur singulae transuersae perticae in imam partem ordinis: quod genus iugi canterium vocant rustici.* Nostri, *Vignes perchées.* H.

q. Baltheo) Cinctu, cingulo, philyra siue tilia corticis exterioris, qui pedamentis aufertur. *Dal.*

Balthea corticis) Cortex in balthei modum a summo rami capite imum vsque sectus, vinculi praebet vicem. H.

r. Aliae) Amerinae, russae, Vitellinae. *Dalec.*

Et aliae) Vt nitelinae, *le franc*

lentitiae. Aliae praetenues *s.* viminibus texendis ſpectabili ſubtilitate. Rurſus aliae firmiores corbibus, ac plurimae agricolarum ſuppellectili: candidiores ablato cortice [1] lenique tractatu, [2] vilioribus *t.* vaſis, quam [3] vt e corio fiant: atque etiam ſupinarum *u.* in delicias cathedrarum aptiſſimae. *x.* [4] Caedua ſalici fertilitas, [5] denſior tonſura, ex breui [6] pugno *y.* verius, quam ramo: non, vt remur, in nouiſſimis curanda arbore. Nullius quippe tutior eſt reditus, minoriſue impendii, aut tempeſtatum ſecurior.

LXIX. Tertium locum ei in aeſtimatione ruris Cato *z.* attribuit, prioremque quam oliuetis, quam-

1. Sic ex MSS. emend. Hard. laeues tract. Dal. leuique tractatu Gr. et Al. 2. *melioribus. M. mollioribus. V. et Ruel. et Ch.* 3. *ſi e corio. Vet. alii.* 4. *Caeduae ſalici fertilitas denſior tonſura, et breui ligno verius. Dal.* 5. *denſiorque. M.* 6. *cuneo.*

Franc ozier, et Amerinae, *l'ozier.* H.

s. Aliae, etc.) Nigrae, purpureae. *Dal.*

Aliae praetenues) Quae folio ſunt amygdalino, purpureae nigrae viminales dictae. Iconem vide apud Dalec. hiſt. L. II. p. 276. H.

t. Vilioribus) MSS.R.Colb. Th. *melioribus vaſis, quae vt ne corio fiant eodem: atque etiam etc.* H.

u. Supinarum) Supina cathedra eſt, quae deſidentes, ac molliter reſupinos excipit: *vne chaiſe à dos.* H.

x. In delicias cathedrarum aptiſſimae.) In quibus ignauae ſedent totos dies mulierculae et cum iis molles ac effeminati viri: vnde cathedralitii Martiali, *quum cathedralitios portet tua theda miniſtros, Et Libys in longo puluere ſudet eques.* Ac rurſus: *Inter femineas qui tota luce cathedras Deſidet.* Rhod cap. 8. XV. Dal.

y. Ex breui pugno) Cacumen tonſae ſalicis, vnde rami fruticant, breuis pugni verius, quam rami, nomen obtineat. H.

z. Cato) Cap. 1. *Dalec.*

Cato) De R. R. L. I. c. 6. *De omnibus agris, optimoque loco*

quamque frumento, aut pratis: nec quia desint alia vincula. Siquidem *a.* et genistae, et populi, et vlmi, et sanguinei frutices *b.*, et [1] betullae, et arundo fissa, et arundinum folia, vt in Liguria, et vitis ipsa, recisisque aculeis rubi alligant *c.*, et intorta corylus. Mirumque contuso ligno alicui maiores ad vincula esse vires. Salici [2] tamen *d.* praecipua dos. [3] Finditur Graeca rubens *e.*: [4] candidior Amerina, sed paulo fragilior, [5] ideo solido

1. betulae Gr. 2. autem. Vet. 3. Find. Gr. rub. Amerina, vt et candida, haud paulo flexilior id. sol. ligans. 4. Sic ex MSS. em. Hard. candidiorque Amerina Gr. et Al. 5. ideoque. Vet.

loco si emeris iugera agri centum, vinea est prima, si vino multo fiet: secundo loco, hortus irriguus: tertio, salictum: quarto, oletum: quinto, pratum: sexto, campus frumentarius: septimo, silua caedua: octauo, arbustum: nono, glandaria silua. H.

a. Siquidem) Columella, L. IV. c. 13. p. 136. *Optima est ergo* ad vitem ligandam *genista, vel paludibus desectus iuncus, aut vlua: non pessime tamen in vmbra siccata faciunt in hunc vsum arundinum quoque folia.* De sanguineis fruticibus diximus, f. 3. De genista dicemus, L. XXIV. f. 40. H.

b. Sanguinei frutices.) De iis vide supra c. 10. et 18. l. XIX. et infra c. 18. L. XXIV. *Dal.*

c. Rubi alligant) Colum. L. IV. c. 31. H.

d. Salici tamen) Etiam contusae, vel contortae. H.

e. Graeca rubens.) Amerina sub. Haec enim de Amerina, quae sola finditur, sunt intelligenda. Amerinarum quaedam rubet, quam Graecam vocant. Plinius etiam nigram cap. 9. L. XXIV. quaedam candida est. Amerinam Lugdunenses hodie vocant. *Amerines*, et *Ambres*, Parisienses *Osier*. *Dal.*

Graeca rubens) Columellae, L. IV. c. 30. p. 161. Graeca flaui coloris est, haud dubie, quae mox nitelina dicitur. *Le franc Ozier.* H.

f. Amerina) Amerina salix Columellae l. c. gracilem virgam et rutilam gerit. *L'ozier.* Est salix minor viminalis a Dodonaeo delineata, p. 831. H.

do *g.* ligat nexu. [1] In Aſia tria genera obſeruant. Nigram *h.*, vtiliorem viminibus: candidam agricolarum vſibus *i.*: tertiam, quae breuiſſima eſt, helicem vocant. *k.* Apud nos quoque *l.* multi totidem [2] generibus nomina imponunt: [3] vimineam *m.* vocant, [4] eamdemque purpuream. *n.* Alteram [5] nitelinam *o.* a colore, quae ſit tenuior. Tertiam Gallicam *p.*, quae tenuiſſima.

 LXX.

1. *In Arcadia. Theophraſt.* 2. *generib. in V. d.* 3. *vimalem voc. Ch.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. eamdem purpuream Gr. et Al.* 5. *vitellinam. Ruel.*

g. *Ideo ſolido)* Ideo non finditur, vt Graeca: ſed ſolido ramo ſeu virga nectit. H.

h. Nigram.) Theophr. cap. 13. L. III. hiſtor. *Dal.*

Nigram) Quae cortice nigro aut purpureo eſt, inquit Theophr. hiſt. L. III. c. 13. nigra dicitur: candida, quae candido. Virgas pulcriores, et ad texendum commodiores nigra profert: candida, ſpiſſiores. Nigrae iconem Dalecampius exhibet, vt ante monuimus, albae, Dodonaeus. H.

i. Agricolarum vſibus) Corbibus, et reliquae agricolarum ſupellectili. H.

k. Helicem vocant.) Vel Helicem a ſimilitudine Hederae ſic dictae, quae ad iuſtum Hederae modum non excreſcit, vel ἑλίκην, vt apud Theophr. legitur ἀπὸ τῦ ἑλίττεσθαι quod maxime flexilis ſit ac plicatilis *Dal.*

Helicem) Ἑλικὴν, Theophr. l. c. παρὰ τὸ ἑλίσσεσθαι, quod εἰς τὰ πλεκτὰ ἑλίττεται, tortilis ac plectilis eſt, et ad viminum textus idonea. Eadem cum Amerina nobis eſſe ea videtur. H.

l. Apud nos quoque, etc.) Columellae, cap. 30 L. IV. vimineae Salicis tria genera: Graeca, flaui coloris: Gallica, obſoleti, purpurei et tenuiſſimi viminis: Sabina, quam plurimi Amerinam vocant, gracili et rutila virga. *Dal.*

m. Vimineam) Quae nigra et viminalis prius a nobis eſt appellata. H.

n. Purpuream.) Cortice e nigro purpuraſcente. *Dal.*

o. Nitelinam) Ita MSS. omnes. A colore flauo vel rubro; eadem quae Graeca

rubens

LXX. Nec in fruticum *q.*, nec in ʼveprium cauliumue, neque in herbarum, aut alio vllo, quam suo genere, numerentur iure scirpi fragiles *r.* palustresque, ad tegulum *s.*, tegetesque *t.*, e quibus de-

rubens. De nitelis vide quae diximus L. VIII. s. 82. H.

p. Gallicam) Columellae l. proxime c. Gallica obsoleti purpurei et tenuissimi viminis dicitur. H.

q. Nec in fruticum, etc.) Legend. *Nec in fruticum, nec in veprium cauliumue, nec in herbarum aut vllo alio quam suo genere numerentur iure Scirpi fragiles palustresque ad tegillum tegetesque.* Tegilla Cuculi vel petasi ex scirpo facti. *Scirpum* Grammatici interpretantur: *id quod in palustribus locis nascitur leue ac procerum, vnde tegetes fiunt.* Hoc est Φλοῦς Graecorum. Et quod sequitur sic corrige: *pro maximoque aestimanti hoc videatur esse quod in interiore parte mundum papyrum vsui det. Frutectosi generis sunt inter aquaticas et rubi atque sambuci.* aestimanti, inquit, virtutes papyri hoc pro maximo videatur esse, quod interior eius pars mundum papyrum vsui det, id est, mundi papyri vsum praestet. Vide *Salmas.* pag. 1002. b.

r. Scirpi fragiles.) Plautus: *O scirpe, scirpe, laudo fortunas tuas, Qui semper seruas gloriam aritudinis. Dalec.*

Scirpi) Glossae: *Scirpus* Φλοῦς πάπυρος Festus: Scirpus *est id, quod in palustribus locis nascitur, laeue, et procerum, vnde tegetes fiunt. Inde prouerbium est, in eas natum res, quae nullius impedimenti sunt, In scirpo nodum quaerere*, quia nihil rectius, et enodius iunco. H.

s. Ad tegulum) At tegumentum aedium. Qua voce iam ante vsus initio s. 64. H.

t. Tegetesque) Glossae: Ψίαθοι, Φλόϊναι, *tegetes scirpeae*, stragula scilicet e iunco, scirpoque. Sic etiam, auctore Festo, *Tegillum cuculliunculum ex scirpo factum. Plautus: Tegillum mihi aret: id, si vis, dabo.* Genus vestis nimirum a tergo pendentis, quod pluuiam arcebat a capite: dictum a tegete: quod, vt tegetes, e scirpo fieret. Sunt et e lino, palma, cannabique tegetes. *Des nattes.* H.

detracto cortice, candelae *u.* luminibus et funeribus seruiunt. *x.* Firmior quibusdam in locis eorum rigor. Namque iis velificant *y.* non in Pado tantum nautici, verum et in mari piscator Africus, praepostero more vela [1] intra malos *z.* suspendens. Et mapalia *a.* sua Mauri tegunt, proximeque [2] aestimanti hoc videantur esse, quo inferiore *b.* Nili parte papyri sunt, vsu.

 LXXI.

1. *Inter. Vet.* 2. *aestimati hoc interiore parte vid. esse, quo interiore. M. quod in interiore mundi parte pari sunt papyri vsui. Vet. quod in interiore mundi papyrum vsui. Ch.*

u. Candelae) Addita cera, et quidem odorata. Paulinus Natali 3. *Lumina ceratis adolentur odora papyris.* Nam et scirpos eos Latini papyrum dixere, non Aegyptiam illam quidem, de qua dictum est L. XIII. sed Italicam, vt Glossae mox laudatae docent. Has scirpeas papyraceasue faces cerea imbutas tunica, λαμπάδας κηροχίτωνας eleganter Antipater in Anthol. Papyros cera circumdatas vocat Isidorus Origg. L. XI. c. 2. Fortunatus vitae S. Hilarii, L. II. sub finem: *Quantum fuit cerei longitudo, cera iacens inuenta est, papyro consumta etc. Fila scirpea, stuppam calentem*, non inuenuste vocat Prudentius, hymn. 5. ad incensum lucernae v. 15. *Quin et fila fauis scirpea floreis Presso melle prius conlita fingimus. Viuax flamma viget — Seu ceram teretem stuppa calens bibit.* H.

x. Et funeribus seruiunt) Quod adnotauit interpres Theocriti, iuxta mortui cadauer, quamdiu supra terram esset, ignem accensum conseruabant, qua in re candelis his vtebantur. *Dal.*

Et funeribus) Ita libri omnes, etiam MSS. non vt quibusdam placet, *funalibus.* H.

y. Velificant) Ex his vela texunt. H.

z. Intra malos) Ita vt quum venti intendunt vela, ea in malos ipsos impellant: sunt enim ad proram mali: ex his, qua parte puppim aspectant, vela pendent. H.

a. Mapalia.)Vide Sallust. in Iugurtha. *Dal.*

Mapalia) Aedificia Numidarum agrestium, de quibus

LXXI. Sed [1] fruteclosi generis sunt inter aquaticas et rubi *c.*, atque sambuci fungosi generis: aliter tamen, quam ferulae: quippe plus [2] ligni vtique sambuco. Ex qua magis canoram buccinam tubamque credit pastor, ibi caesa, vbi gallorum cantum frutex ille non exaudiat. Rubi mora ferunt: et alio *d.* genere similitudinem rosae *e.*, qui vocatur cynosbatos. Tertium genus Idaeum *f.* vocant Graeci a loco. Tenuius est *g.* quam cetera, minoribusque spinis, et minus aduncis. Flos eius

1. *Sic ex MSS. em. H. conf. Ch. fructectosi M. fruticosi Gr. et Al.* 2. *ligni ac succi vtique. V. ligni est vtique Ch.*

bus Sallust. in bello Iugurth. Festus: *Mapaliae; casae Poenicae appellantur, etc.* H.

b. Inferiore Nili) Inferiore Aegypto, quam Delta vocant. In MSS. R. Colb. Th. Chiffl. *quo in interiore mundi parte papyrum vsu*: sinceriore sane scriptura. Extima mundi Romani pars Mauritania est: interior, haec quam colimus. H.

c. Rubi) Rubus vulgaris fructu nigro, *Ronce.* Iconem vide apud Dalec. hist. plant. L. II. c. 1. p. 119. H.

d. Et alio) Et aliud, inquit, rubi genus est: cynosbaton vocant. Fructum id subrutilum parit, malo Punico similem: est inter fruticem, arboremque, rosae non absimile. Theophr. H. L. III. c. 18. Τὸ δὲ κυνόσβατον τὸν καρπὸν ὑπέρυθρον ἔχει, καὶ παραπλήσιον τῷ τῆς ῥοᾶς· ἔςι δὲ δένδρου καὶ θάμνου μεταξὺ, παρόμοιον ταῖς ῥόδαις. Non est id rubi genus, in quo rosa nasci dicitur, L. XXIV. s. 73. Cynosbaton hunc, qui florem ac fruticem rosae siluestris premat, vidisse se Lobelius testatur in Aduu. p. 446. H.

e. Similitudinem rosae) Hoc est quod Theophr. ait cap. 8. L. III. hist. Cynosbaton fructum subrubrum habere, *παραπλήσιον τῷ τῆς ῥόδȣ*, non vt legitur *τῆς ῥοιᾶς. Dal.*

f. Idaeum) ab Ida monte, in quo nascitur copiosius quam alibi, inquit Diosc. L. IV. c. 38. Gallis *Framboisier.* Pingitur a Dodonaeo, p. 371. H.

g. Tenuius est.) Haec pariter Diosc. l. c. H.

eius *h.* contra lippitudines illinitur ex melle: [1] et igni facro. *i.* Contra ftomachi *k.* quoque vitia bibitur ex aqua. Sambuci *l.* acinos habent nigros atque paruos, humoris lenti, inficiendo maxime capillo: [2] qui et ipfi aqua decocti manduntur. *m.*

LXXII. (XXXVIII.) Humor et cortici arborum eft *n.*, qui fanguis earum intelligi debet, non idem omnibus. Ficis [3] lacteus: huic ad cafeos figurandos *o.* coaguli vis. Cerafis [4] gummofus,

1. *et ignem facrum. M.* 2. *quin et. vet.* 3. *lactens. Ch.* 4. *cumminofus. Ch.*

h. Flos eius) Diofc. l. c. ad oculorum inflammationem adhibet. H.

i. Et igni facro) Subintellige, igni facro medendo illinitur. Eryfipelata reftinguere dicitur a Diofcoride, quod eodem pertinet, vt alibi dicturi fumus. H.

k. Contra ftomachi) Diofc. l. c. et Plinius iterum, L. XXIV. f. 25. H.

l. Sambuci) Theophr. L. III. c. 13. Habet eadem Diofc. L. IV. c. 175. H.

m. Aqua decocti manduntur) Olerum more. Diofc. qui de Sambuci et Ebuli foliis id tradit. *Dal.*

n. Humor et cortici arborum eft, qui fanguis earum intelligi debet, non idem omnibus: ficis lacteus) Dictionem *cortici* Plinianam non credimus, ducti verbis Theophrafti L. I. c. 19. *Arborum,* inquit, *ipfarum humor variis generibus confummari videtur: alius enim fuccus lacteo fimilis eft, vt fici, papaveris, etc.* Pint. *Humor et cortici arborum eft, etc.)* Lege: *Humor et cortici arborum eft, etc. huic ad cafeos figundos coaguli vis.* Cafeus enim *figi* dicitur, quum cogitur, πήττεσθαι. *Salmaf.* 1284. *b. Humor et cortici, etc.)* Theophr. c. 19. L. I. hiftor. et c. 1. L. IX. eiufd. *Dalec.*

Humor et cortici) Theophr. hift. L. I. c. 19. H.

o. Ad cafeos figurandos) Varro c. 11. II. de re ruftica. Cafeum eum veteres ὀπίαν, ἀπὸ τοῦ ὀποῦ et κραδίαν ἀπὸ τῆς κράδης, vt exponit Hefychius ὑπὸ τοῦ ὀποῦ τῆς κράδης πησσόμενον. Apud Euripidem Polyphemus

ſus *p.*, vlmis [1] ſaliuoſus: lentus ac [2] pinguis malis, vitibus ac piris aquoſus. Viuaciora, quibus lentior. Atque in [3] totum *q.* corpori arborum, vt reliquorum animalium *r.*, cutis, ſanguis, caro, nerui, venae, oſſa, medullae, pro cute cortex. [4] Mirum *s.*: is in [5] moro *t.* medicis ſuccum quaerentibus

1. *ſaliuoſus*, *lentus. V.* 2. *pinguis. Malis*, *vitibus. M. et Theophr.* 3. *toto. M. Aeque in toto. Vet.* 4. *Mirum hic in m. Gr. et Al.* 5. *ſycomoro. Dioſc. primo vere. Ruel.*

mus ſuas diuitias oſtentans, inquit, καὶ τυρὸς ὀπίας ἐςὶ, καὶ βοὸς γάλα. Victor. c. 7. XXXII. et Annot. in Varronis citatum locum. *Dal.*

Figurandos) Cogeſtendos, figendos. Ita MSS. omnes. Ariſt. H. A. L. III. c. 16. p. 390. Πήγνυται δὲ τὸ γάλα, ὀπός τε συκῆς, καὶ πυετία. *Cogitur lac ſucco ficulneo, et coagulo.* H.

p. Gummoſus) MSS. omnes, *cumminoſus.* *H.*

q. Atque in totum) Theophr. id habet, hiſt. L. I. c. 4. H.

r. Vt reliquorum animalium) Theophraſt. c. 3. et 4. L. hiſtor. *Dal.*

s. Mirum, hic in moro, etc.) Legend. *Mirum, is in moro ſuccum quaerentibus medicis, vere hora diei ſecunda lapide incurſus manat, altius fractus ſiccus videtur.* Mirum, inquit, is cortex in moro lapide incurſus manat. *Incurſum* hunc corticem lapide dicit, qui in ſumma ſuperficie lapide laeſus eſt leui tantum incurſu. *Salmaſius 1284. b. Mirum hic in moro medicis ſuccum quaerentibus fere hora diei ſecunda lapide incuſſus manat.*) Antiquum exemplar, *Mirum hiis in moro medicis ſuccum quaerentibus, vere horae diei ſecunda lapide inciſus manat:* vt forte legendum ſit *imus*, non *hiis*. nam ſequitur ſtatim *altius fractus, etc.* Pint.

Mirum: is) Cortex videlicet, qui ſi leuiter incidatur, ſucco manat: ſi altius frangatur, ſiccus manet. H.

t. In moro) Hoc de ſycomoro Dioſcorides retulit, L. I. c. 181. ſed de moro Marcellus Empiricus c. 12. qui ſuccum eius ad dolorem dentium impenſe commendat. H.

tibus, [1] vere *u.*, hora diei *x.* secunda, lapide, [2] incussus *y.* manat: altius [3] fractus siccus videtur. Proximi plerisque adipes: ii vocantur a colore *z.* alburnum: mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore facile putrescens, teredini obnoxia: quare semper amputabitur. Subest huic caro, cui ossa: id est, materiae optimum. Alternant *zz.* fructus, quibus siccius lignum, vt olea: magis quam quibus carnosum, vt cerasus. Nec omnibus adipes carnesue largae, sicuti nec animalium acerrimis. Neutrum [4] habent buxus, [5] cornus *a.*, olea: nec medullam, minimumque etiam sanguinis *b.*: sicut

Ee 5 ossa

1. *Sic et M. fere Gr. et Al.* 2. *incisus. M. incusso. Vet.* 3. *fractus cortex siccus. Ex Diosc.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. neutrum habet Gr. et Al.* 5. *cornus: olea nec. Dal.*

u. Vere) Sic MSS. non *fere.* Diosc. ἔαρος πρώτου. H.

x. Fere hora diei secunda) Νεαρὸν δένδρον πρὶν καρποφορεῖν ἐπίζεσθαι. Diosc. scribit, lacteum succum ex arbore tenella colligi, priusquam fructum ferat. Νεαρὸν ad matutinum siue horam diei secundam retulisse videtur Plinius. Ruellius *primo vere arbore tenera succum eximi* vertit in histor. Sycomori apud Dioscorid. tamquam ἐαρινὸν pro νεαρὸν legisset. *Dalec.*

y. Incussus) Ita MSS. omnes: hoc est leuiter, ac superficie summa incisus. H.

z. Alburnum) Non arboris id modo nomen est, sed vitium arborum. Lignarii fabri appellant *l'Aubour.* H.

zz. Alternant) Alterno quoque anno edunt. Colum. L. V. c. 9. *Optimum est constitutum iam et maturum oliuetum in duas partes diuidere, quae alternis annis fructu induantur: neque enim olea continuo biennio vberat.* H.

a. Cornus) Nempe mascula, cui medulla quoque nulla inest, vt dictum est s. 42. De olea, num medulla careat, vid. Theophr. hist. L. V. c. 16. De buxo, c. 7. H.

b. Sanguinis) Humoris in cortice. H.

offa non habent forba, carnem fambuci *c.*, ([1] et plurimam ambae medullam:) nec [2] arundines maiore ex parte.

LXXIII. In quarumdam arborum *d.* carnibus pulpae *e.* venaeque funt. Difcrimen earum facile. Venae latiores candidiorefque pulpae fiffilibus infunt. Ideo fit *f.* vt aure ad caput trabis quamlibet praelongae admota, ictus ab altero capite vel [3] graphii fentiatur *g.*, penetrante rectis meatibus fono. Vnde deprehenditur, an torta fit materies, nodifque concifa. [4] Quibus funt tubera *h.*, fic funt in carne glandia. *i.* In iis nec venas, nec pulpa,

1. *fed Dal.* 2. *harundines. Maiore ex parte in quarundam. M.* 3. *grauis. Vet.* 4. *fic ex MSS. em. Hard. quibufdam funt tubera, ficut funt etc. Gr. et Al.*

c. Sambuci) Theophr. hift. L. I. c. 19. In MSS. omnibus, *fabuci*, et Q. Serenus Samonicus, c. de phrenefi et capite curando: *Vngitur et fuccis dederit quos parua fabucus.* H.

d. In quarumdam arborum, etc.) Theophraft. c. 2. L. I. hift. *Dalec.*

e. Pulpae) Pulpam pro neruo accipit, quem ἶνας Theophr. vocat. Similitudo ducitur ab animantium corpore, in quibus pulpa dicitur *caro fine pinguedine, ficut eft tumida et groffa caro crurium et brachiorum*, inquit Ioh. de Ianua, in Catholico. H.

f. Ideo fit) Id iam delibatum a nobis L. XI. f. 112. Quotidiani huius experimenti caufam Kircherus explicat in Phonurgia noua, p. 65. Eft autem graphium, vt vulgo etiam notum eft, ftilus ferreus, quo in tabellis ceratis, aliifue, quidquid libuerit, exarare folemus. H.

g. Vel graphii fentiatur.) Eft autem *graphium*, vt vulgo etiam notum eft, ftilus ferreus, quo in ceratis tabellis, quidquid libuerit, exarare folemus. *Gelen.*

h. Tubera) Prominentes foras humores ac veluti quidam gibbi. *Dal.*

i. Glandia) Glandulae. Dicemus de hac voce opportunius, L. XXXVI. f. 2. H.

pa, quodam callo carnis in se conuoluto. *k.* Hoc pretiosissimum in [1] citro *l.*, et acere. Cetera mensarum genera fissis arboribus *m.* circinantur in pulpam: alioqui fragilis esset vena in orbem [2] arboris caesa. Fagis pectines *n.* transuersi in pulpa. Apud antiquos *o.* inde et vasis honos. [3] Manius Curius *p.* iurauit se ex praeda nihil attigisse, praeter

1. *sic et M. et Ch. cedro Gr. et Al.* 2. *arbore. Dal.* 3. *Marcus. alii.*

k. Quodam callo carnis in se conuoluta) Σπείρας vocat Theophr. cap. 3. L. V. hist. quo in loco spiram nec nodum ὄζον esse, nec crispam materiam, οὐλότητα, ait, quemadmodum in Acere et Citro, Plinius interpretatur. *Dal.*

l. In citro, et acere) Ita MSS. R. Colb. Th. Chiffl. etc. non *cedro*. Et de citri quidem tubere diximus, L. XIII. s. 29. de tubere aceris, Libri huius, s. 27. H.

m. Fissis arboribus) Ad mensas struendas e reliquis arborum generibus, finduntur primum arbores in longitudinem: dein puppa, hoc est, pars ligni fissa ad opus circinatur: nec statim in orbem, siue per latitudinem ac transuersim arbos diuiditur: quoniam fragilis tum vena foret, seu facile frangeretur. H.

n. Pectines) Sic appellantur lineae quaedam ductusque per longitudinem arborum latitudinemque, amnium anguiumue more serpentes: qui ductus in polita praecipue materia, non sine quadam colorum varietate, conspicui sunt κτηδόνες. Venarum cursus appellat, s. 76. Gallis, *veines*. H.

o. Apud antiquos) Virg. Ecl. 3. v. 36. *Pocula ponam fagina.* Ouid. Metam. L. VIII. v. 669. *Caelatus eodem Sistitur argento crater, fabricataque fago Pocula.* H.

p. Manius Curius) Ad focum sedenti illi, et quod Athenaeus ex Megacle tradit, rapum coquenti, quum Samnites magnum auri pondus attulissent, repudiati sunt. Non enim aurum habere praeclarum sibi videri dixit, sed eis, qui haberent aurum, imperare. Cicero in Cat. Majore. Victor. c. 5.

ter guttum *q.* faginum, quo ſacrificaret. Lignum in longitudinem [1]fluctuatur *r.*: vt quae pars fuit ab radice *s.*, validius [2] ſidit. Quibuſdam pulpa ſine venis, mero ſtamine et tenui conſtat. [3] Haec maxime fiſſilia. Alia frangi celeriora *t.*, quam findi, quibus pulpa non eſt: vt oleae, vites. At e contrario totum e carne corpus fico. Tota oſſea *u.* eſt ilex, cornus, robur, cytiſus, morus, ebenus, lotos, et quae ſine medulla eſſe diximus. *x.* Ceteris nigricans *y.* color. Fulua cornus, in venabulis

1. *fluctuat. M. ita fluctuat. Vet. fluctuat ea quae. Vet. Alii.* 2. *ſidat. M.* 3. *Haecque. Dal.*

5. X. Valer. Max. cap. 2. IV. *Dal.*

Manius Curius) De quo iam diximus L. VII. ſ. 15. Vide Valer. Max. L. IV. c. 3. p. 208. H.

q. Guttum) Poculi genus, quo in ſacrificiis menſiſque vtebantur, et quo guttatim infundebatur aqua. Plautus: *Vt guttulam haurires ex guttulo.* H.

r. Fluctuatur) Mari immergitur, vt veluti condiatur, ac maceretur, et firmitatem accipiat. Theophr. hiſt. L. V. c. 6. Robur et laricem, inquit, quum in mari condiunt, δρῦν καὶ πεύκην, ὅταν ταριχεύωσι τῇ θαλάττῃ, ea quae radici propiora ſunt: citius in aqua merguntur, ac plus ceteris ſidunt, τὰ πρὸς τὴν ῥίζαν, θᾶττον δύεται καθ' ὕδατος, καὶ ἐπινεύει μᾶλλον. H.

s. Vt quae pars fuit ab radice.) Theophraſt. c. 6. L. V. hiſtor. obſeruari hoc tradit in lignis, quae mari inveterantur. *Dal.*

t. Alia frangi celeriora) Idem c. 8. L. I. hiſt. *Dal.*

Alia frangi) In aſſulas diſſilire. H.

u. Tota oſſea) Os eſſe materiae optimum ſup. ſect. interpretatus eſt. H.

x Eſſe diximus) Sup. ſect. Buxum, cornum, oleam. H.

y. Ceteris) E proxime appellatis: ilici, corno, robori, etc. praeter cornum. H.

bulis *z.* nitet incisuris [1] nodata propter decorem. *a.* Cedrus, et larix, et iuniperus rubent. (XXXIX). [2] Larix femina *b.* habet, quam Graeci vocant aegida, mellei coloris. *c.* [3] Inuentum est pictorum tabellis *d.* immortale, nullisque fissile [4] rimis, hoc lignum. Proximum medullae est. *e.* In [5] abiete leuson Graeci *f.* [6] vocant. Cedri quoque

1. *notata. Vet.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. Pinus femina, etc. Theophr.* Larix *feminam habet Gr. et Al.* 3. *Inuentu pict.* 4. *rimis. Hoc lignum proxi: M.* 5. *abiete, quod lens. Dal.* 6. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. vocant. Cedrus. Ch. Graeci vocauere. Cedrus quoque Gr. et Al.*

z. *In venabulis)* Venabulum, *vn épieu*, telum quondam venationi aptum: e corno vt plurimum arbore. Ouid. Ep. 4. v. 83. *Siue tenes lato venabula cornea ferro.* H.

a. *Nodata propter decorem)* Et firmius manu teneatur, quum ferae, praesertim saevae, vt apri, transfigendae sunt. *Dalec.*

Incisuris nodata) Erant aspera nodis venabula, vbi rami a caudice amputati: nam caesurae manebant vestigia. H.

b. *Larix femina)* Theophr. hist. L. III. c. 10. Καὶ τὴν αἰγίδα τὴν καλȣμένην ἡ θήλεια τῆς πεύκης ἔχει. (En πεύκη rursum larix) τȣ̃το δέ ἐστιν τὸ ἐγκάρδιον αὐτῆς. *Est autem aegis arboris veluti cor, ac medullae interiori proximum.* H.

c. *Mellei coloris)* Elegantis. Theophr. εὔχρȣν, Plinius legisse videtur μελίχρȣν. *Dal.*

Mellei coloris) Theophr. l. c. ἡ δὲ αἰγὶς εὔχρως, *coloris elegantis et boni.* H.

d. *Pictorum tabellis)* Τὰ τῶν ζωγράφων πινάκια vocat Theophr. l. c. Galli, *Palettes*, pollliculares assulas, quibus colores insident. Nisi mauis pro tabulis ligneis accipere, in quibus olim vti nunc in tela, pingebatur: vnde tabula plerumque apud antiquos vsurpata pro pictura est. H.

e. *Proximum medullae est)* Imo vero medulla, ἐγκάρδιον. *Dal.*

f. *Leuson)* Λȣ̃σσον Theophr. c. 10. L. III. Lignatores

que duriſſima, quae medullae proxima, vt in corpore [1] oſſa, deraſo modo limo. *g.* Et ſambuci interiora *h.* mire firma traduntur. Namque qui venabula *i.* ex ea faciunt, praeferunt omnibus: conſtat enim ex cute et oſſibus.

LXXIV. Caedi tempeſtiuum *k.* quae decorticentur,

1. *oſſa. Deraſo modo limo et ſamb. M.*

ces montis Iurae adhuc vocant *Louchon. Dal.*

Leuſon) Theophr. l c. Ἔχει δὲ ὥσπερ, ἡ πεύκη τὴν αἰγίδα ἡ ἐλάτη τὸ λευκὸν, λοῦσσον καλοῦμενον, etc. In Sequanis fabri lignarii, inquit Rob Conſtantinus, adhuc *Louchon* vocant, et ex ea materia pyxides conficiunt. H.

g. Limo) Alburnum, credo, intelligit, de quo ſect. ſup. H.

h. Et ſambuci interiora, etc.) Plurimum tamen habere medullam Sambucum ſupra ſcripſit c. 25. huius L. Idem tradit et Theophr. cap. 9. L. I. hiſt. et c. 13. L. III. ita tamen, vt quoſdam exiſtimaſſe medulla carere dicat. Lego, *traduntur. E corno, qui venabula, etc.* Theophr. maris Corni materiam corde carere (ἀκάρδιον εἶναι) totam ſolidam eſſe, denſitate, ac firmitate cornibus ſimilem; id quod Plinius parum feliciter vertit, *conſtare ex cute et oſſibus. Dal.*

Et ſambuci) MSS. omnes, *ſabuci*, vt diximus ſect. ſup. Interiora porro non medullam vocat, ſed oſſa, hoc eſt, lignum ipſum, materiaeque optimum, quod cortice, ceu cute veſtitur. H.

i. Namque qui venabula, etc.) De corno id ſcribit Theophr. cap. 12. L. III. hiſt. *Dal.*

Qui venabula) Baculos fieri leues e ſambuco dixit Theophr. l. c. ἐξ οὗ τὰς βακτηρίας ποιοῦσι τὰς κούφας. H.

k. Caedi tempeſtiuum quae decorticentur vt teretes) Scribo, *et teretes*, non *vt teretes*, ex Theophraſto libro quinto capite primo: *Caedi itaque tempeſtiuum rotundam quidem materiam, et omnem quae decorticanda accipitur, quum germinare incipit. Pint.*

Caedi tempeſtiuum) Theophr. hiſt. L. V. c. 1. Ὡραῖα δὴ τέμνεσθαι ξύλα, τὰ μὲν στρογγύλα, καὶ ὅσα πρὸς φλοισμὸν, ὅταν βλαστάνῃ. τότε γὰρ εὐπεριαίρετος ὁ φλοιός· Ὁ δὴ καλοῦσι λιπᾶν, διὰ

centur, vt teretes *l.*, ad templa *m.* ceteraque vſus rotundi, quum germinant, alias cortice *n.* inextricabili, et carie ſubnaſcente ei, materiaque nigreſcente. Tigna et quibus aufert *o.* ſecuris corticem, a bruma ad Fauonium: aut ſi praeuenire cogamur, Arcturi occaſu *p.*, et ante eum Fidiculae: nouiſſima ratione, ſolſtitio. Dies ſiderum horum 1 reddetur ſuo loco. Vulgo ſatis *q.* putant obſervare,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. reddentur Gr. et Al.*

διὰ τὴν ὑγρότητα ὑπογινομένην αὐτῷ. Μετὰ δὲ ταῦτα δυσπεριμάθαρτος, καὶ τὸ ξύλον μέλαν γίνεται καὶ δυσειδές. *Caedi tempeſtiuum eſt: materiem quidem rotundam, et quae decorticanda eſt, quum germinare incipit. Tunc enim cortex extricari facile poteſt: id quod turgere appellant, ob humorem qui ſub eo cortice eſt, etc.* H.

l. Vt teretes) Quae caudice ſunt terete et procero: vt abies, pinus, picea. De abiete ſpeciatim ſ. 80. circa germinationes caedi eam tempeſtiue, pronunciatur. H.

m. Ad templa) Idem cap. 1. L. V. hiſtor. *Dalec.*

n. Alias cortice) Alias cortex, niſi aeger admodum, auelli non poteſt: nigreſcitque materies, etc. Theophr. H.

o. Tigna et quibus aufert. etc.) Sic Theophr. *Quadrata quum turgere* λιπῶν, *deſierint, Securis enim,* τὸ δυσειδὲς, vel vt alii δυσῶδες, *deformitatem aut pudorem* (corticem Plinius) *aufert. Reliqua nunc poſt meſſem,* (Solſtitio Plinius) *nunc poſt Vindemiam et Arcturum, vt Aria, Vlmus, etc.* Plinius τετράγωνα ligna reddidit, et Arcturum, nempe Arcturi ortum, qui fit pridie Idus Septembreis, ejus occaſum intellexit, qui fit prid. Idus Martii, ante quod tempus Fidicula occidit, nempe pridie Nonas Februarii: et Favonius ſpirat, nempe circiter ſextum Idus Februarii. *Dalecamp.*

Tigna) Et alia huiuſmodi, quae quadrari debent, τετράγωνα, Theophr. H.

p. Arcturi occaſu) Theophr. μετὰ τρυγητὸν καὶ Ἀρκτοῦρον. Poſt vindemiam et Arcturi occaſum, vt recte Plinius etiam dixit: non poſt Arcturi ortum, vt Dalecampius. H.

q. Vulgo ſatis) Theophr. l. c. Ὅλον δὲ πᾶν πρὸς ἰσχυν

vare, [1] ne qua dedolanda arbos ſternatur ante editos ſuos fructus. Robur vere caeſum *r.*, teredinem ſentit: bruma autem, neque [2] viatur *s.*, neque pandatur, alias obnoxium etiam vt torqueat ſeſe findatque: quod in ſubere tempeſtiue quoque caeſo euenit. Infinitum *t.* refert et lunaris ratio: nec

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. ne quae dedolandae arbores ſternantur Gr. et Al. *2. vitiatur. M. et Ch.*

ἰσχὺν ὡραιότατον, ἢ μόνον πεπαυμένον τῆς βλαστήσεως, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἐκπεπαίνον τὸν καρπόν. *Omne quod validum eſſe debet, tempeſtiuius caeditur, non ſolum quum germinare deſierit, verum etiam quum fructum percoxerit.* H.

r. Robur vere caeſum, etc.) *Quercus profecto caeſa tempeſtiue, nec putret; nec vermibus croditur, et cornu inſtar dura ſpiſſaque manet, tota enim cordi ſimilis eſt: at Haliphloëos etiam tum vilis et inutilis.* Theophr. Negligentiſſime Plin. haec vertit. *Suberque* pro Haliphloëo ſcripſit. *Dal.*

Robur vere) Theophr. Δρῦς δὲ ὀψιαίτατα, etc. Robur, inquit, ſeriſſime caedendum, hieme poſt autumnum: quod ſi caeditur, dum turgeſcit; (id quod fieri verno tempore Vitruuius monet, L. II. c. 9. p. 32.) citiſſime omnium fere computreſcit, σήπεται. *Vere enim*, inquit, Vitr. *omnes arbores fiunt praegnantes, et omnes ſuae proprietatis virtutem efferunt in frondes, anniuerſarioſque fructus. Quum igitur inanes et humidae temporum neceſſitate fuerit, vanae fiunt, et raritatibus imbecilles. Vti etiam corpora muliebria quum conceperint, a fetu ad partum non iudicantur integra: neque in venalibus ea quae ſunt praegantia, praeſtantur ſana: ideo quod in corpore praeſeminatio creſcens, ex omnibus cibi poteſtatibus detrahit alimentum in ſe: ei quo firmior efficitur ad maturitatem partus, eo minus patitur eſſe ſolidum, id ipſum ex quo procreatur*, etc. H.

s. Neque viatur) Ita MSS. R. In Chiffl. *vitiatur.* Neque putredinem ſentire, neque vermibus erodi robur bruma caeſum dixit Theophr. l. c. H.

t. Infinitum etc.) Haec rurſum Theophr. hiſt. L. V.

nec nisi a vicesima in tricesimam caedi volunt. Inter omnes vero *u.* conuenit, vtilissime in coitu eius sterni, quem diem alii [1] interlunii, alii silentis lunae appellant. Sic certe Tiberius Caesar concremato ponte naumachario *x.*, larices *y.* ad restituendum caedi [2] in Rhaetia praefiniuit. Quidam dicunt *z.*, vt in coitu et sub terra sit luna: quod fieri non potest nisi noctu. *a.* At si competant coitus in nouissimum diem brumae, illa [3] fit aeterna materies: [4] proxime, cum *b.* supra dictis sideribus. Quidam et Canis ortum addunt, et sic caesas materies in forum [5] Augustum. *c.* Nec nouel-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. alii interlunium Gr. et Al.* 2. *sic et Ch. ex Gr.* 3. *fit. Dal.* 4. *proxima. Vet.* 5. *Augusti. Vet. Augustum. Ch.*

V. c. 1. et Columella, L. XI. c. 1. p. 370. *quoniam*, inquit Colum., *omnis materia sic caesa iudicatur carie non infestari.* H.

u. Inter omnes vero) De hoc argumento multa Furnerius, Hydrogr. L. I. c. 23. p. 37. Vide et auctorem Geopon. L. I. c. 1. p. 83. H.

x. Ponte naumachiario) Iunctae fuere plures ponte naues: ex quo ponte naumachiarii inter se diffidebant P. Victore teste, Naumachiae quinque Romae fuere, XIV. Vrbis regione, in Circum effossae, quo Tiberis aqua immittebatur, vt ibi naualis pugnae specimen ederetur. H.

y. Larices - caedi) Causam Palladius edocet, L. II. in Noubr. tit. 15. p. 173. quoniam neque flammam recipiunt, nec carbones creant, vt dictum est f. 19. H.

z. Quidam dicunt) Sic auctor Geopon. l. c. H.

a. Quod fieri non potest nisi noctu) Nam Solis sidus, cum quo Luna coit, non nisi noctu sub terra est. *Dal.*

b. Proxime, cum) Ad bonitatem, perennitatemque materiae eius quae tum caeditur, quum coitus incidit in ipsum brumae diem, accedit ea proxime, cuius caesura fit, quum idem coitus in occasum incidit supra dictorum siderum, Fidiculae, et Arcturi. H.

c. In forum Augustum) Ita MSS. omnes: hoc est, ad forum

vellae autem ad materiem, nec veteres vtilissimae. Circumcisas quoque *d.* ad medullam aliqui non inutiliter relinquunt, vt omnis humor stantibus defluat. Mirum apud *e.* antiquos primo Punico bello classem [1] Duillii Imperatoris ab arbore excisa LX. die nauigasse. [2] Contra vero Hieronem *f.* regem CCXX. naues effectas diebus XLV. tradit L. Piso. Secundo quoque Punico bello, Scipionis *g.* classis XL. die a securi nauigauit. Tantum tempestiuitas etiam in rapida celeritate pollet.

LXXV.

1. *Duellii. Gr. et Al.* 2. *Carrio emend. II. cap. 11.*

forum Augusti exaedificandum, quod in octaua Vrbis regione fuit, vt P. Victor prodidit. H.

d. Circumcisas quoque, etc.) Vitruuius II. 9. Palladius c. 15. Nouembris. *Dal.*

Circumcisas) Habet Vitruuius eadem, L. II. c. 9. p. 33. Palladius quoque l. c. p. 172. *Materies*, inquit, *ad fabricam caedenda est, quum Luna decrescit: sed arbores, quae caeduntur, vsque ad medullam securibus recisas, aliquamdiu stare patieris, vt per eas partes humor, si quis in venis continetur, excurrat.* H.

e. Mirum apud) Florus L. II. c. 2. p. 42. *Duillio Cornelioque CoSS. etiam mari congredi Populus R. ausus est. Tum quidem ipsa velocitas classis comparatae auspicium fuit. Intra enim LX diem quam caesa silua fuerat, CLX nauium classis in ancoris stetit: vt non arte factae, sed quodam munere Deorum conuersae in naues, atque mutatae arbores viderentur.* Fuit hic annus vrbis CCCCXCIII. belli Punici primi quartus: quinto primus idem Romanorum Duillius naualem victoriam adeptus est. H.

f. Contra — Hieronem) Syracusarum Regem. Egit de hoc bello, victoriaeque celeritatem commendauit Florus l. c. Hiero sub initium primi Punici belli victus a Romanis, victorum in partes postea amicitiamque transiit. H.

g. Scipionis) Africani prioris. H.

LXXV. Cato hominum ſummus in omni vſu, de materiis haec adiicit. Prelum *h.* e [1] ſapino atra potiſſimum facito: Vlmeam, pineam, nuceam: hanc atque aliam materiam omnem quum effodies, luna decreſcente eximito poſt meridiem, ſine vento Auſtro. Tunc erit tempeſtiua *i.*, quum ſemen ſuum maturum erit. [2] Cauetoque ne per rorem trahas, aut doles. Idemque mox *k.*: Niſi intermeſtri *l.*, [3] lunaque dimidiata, ne tangas materiem. Tunc ne effodias aut praecidas abs terra. Diebus [4] ſeptem *m.* proximis, quibus Luna plena fuerit,

Ff 2

1. *carpino. Alii.* 2. *Caueto quoque per. Alii et Ch. caueto - intermeſtri luna, atque dimidiata - diebus quatuor Gr. et Al.* 3. *Sic. M. et Ch. luna atque dim. Gr.* 4. *Sic et V. et Cato.*

h. Prelum e ſapino atra potiſſimum facito. Vlmeam pineam, nuceam) In ipſo Catone leges cap. 31. *Prelum e ſapino atra potiſſimum facito, aut vlmeam, aut pineam vel nuceam.* Pint.

Prelum e ſapino) Ita nunc Cato, c. 31. p. 29. *Prelum e ſapino atra potiſſimum facito: aut vlmeam, aut pineam, vel nuceam: hanc atque aliam materiem omnem quum effodies,* ceteraque, vt Plinius. H.

i. Tunc erit tempeſtiua) Cato c. 17. et 31. 37. *Dal.*

k. Idemque mox) Cap. 37. H.

l. Intermeſtri) Interlunio, et in coitu Lunae. H.

m. Diebus ſeptem) Vide N. et Em. N. XXV. (hic adi.) *Dieb.)* In libris hactenus editis, legitur *Diebus quatuor proximis.* In MSS. R. 1. 2. Colb. Th. et aliis *diebus iiii proximis.* Fecit nimirum affinitas notarum *iiii* et *uii* vt hi numeri ſaepius ab amanuenſibus permutarentur. At Cato *ſeptem* habet. *Niſi intermeſtri,* inquit, *Lunaque dimidiata materiam ne tangas. Materiam, quam effodies, aut praecides abs terra diebus ſeptem, quibus Luna plena fuerit, optime eximetur. Omnino caueto, ne quam materiam doles, neu caedas, neu tangas, neu gelidam, neu rorulentam* Et auct. Geop. Διχοτόμȣ ἔσης κατὰ τὸ πανσέληνον. H.

rit, optime eximitur. Omnino [1] caueto *n.* nigram [2] materiam doles, neue caedas, neue tangas, nisi siccam: neue gelidam, neue rorulentam. Tiberius [3] idem *o.* et in capillo tondendo seruauit interlunia. M. Varro *p.* aduersus defluuia praecepit obseruandum [4] id *q.* a pleniluniis.

LXXVI. 1. [5] Larici *r.* et magis abieti succisis *s.*, humor diu defluit. Hae omnium arborum altissimae ac rectissimae. Nauium malis *t.* antennisque propter [6] leuitatem praefertur abies. Communia his pinoque, vt quadripartitos venarum *u.* cur-

1. *caueto nigra. Dal. sub luna.* 2. *materiam in M. d.* 3. *itidem. M.* 4. *idem a.* 5. *Pino. Theophr.* 6. *laeuitatem Gr. et Al.*

n. Caueto nigram) Ita MSS. Libentius tamen, *caueto ne quam materiam* ex Catone agnouerim, cuius verba referemus in N. et Em. num. cit. Dalecampius legit *nigra*, subintelligique Lunam iubet. Quid porro sit Luna nigra, nescio. H.

o. Tiberius idem) De quo nempe proxime, s. sup. Ita MSS. H.

p. M. Varro) C. 37. L. I. de re rust. Vbi et Varr. emendat et hunc Plinii locum adducit Fulu. Ursin. *Dal.*

q. Obseruandum id) Nempe tonderi a pleniluniis tempestiuius esse. Varro de R. R. L. I. c. 37. *Ego ista etiam, inquit Agrasius, non solum in ouibus tondendis, sed in meo capillo a patre acceptum seruo, ne decrescente Luna tondens caluefiam.* Vbi Fuluius Vrsinus male emendat, *vt decrescente Luna.* H.

Larici etc.) Theophr. hist. L. V. c. 2. Ὅταν δὲ τμηθῶσι, ῥεῖ καὶ ἐκ τῶν τῆς ἐλάτης, καὶ ἐκ τῶν τῆς πεύκης ἐπὶ πολὺν χρόνον ὑγρότης. καὶ μᾶλλον ἐκ τῶν τῆς ἐλάτης. Rursum πεύκη larix est. H.

s. Succisis) Theophr. c. 2. L. V. hist. *Dal.*

t. Nauium malis antennisque, etc.) Theophr. c. 8. L. III. hist. Abietis caudicem comparat cum nauis arbore. *Dal.*

Nauium malis) Theophr. L. c. H.

u. Vt quadripartitos venarum, etc.) Κτένας, κτηδόνας

cursus bifidosque habeant, vel omnino simplices. Ad fabrorum *x*. intestina *y*. opera medulla *z*. sectilis: optima quadripartitis [1] materies *a*., et mollior

Ff 3 quam

1. materiis. M.

νας καὶ διαφύσεις τετραζόες. Vitruu. quadrifluuio disparatos vocat. *Dal.*

Quadripartitos) Pectines quatuor, seu venarum cursus, quos in polita maxime materia cernimus amnium instar, anguiumue serpere. Si quaterni fuerint, quadripartitos venarum cursus materies habere dicitur; vel vt Vitruuius ait, quadrifluuiis esse disparata: si bini modo, bifido venarum cursu: si vnicus, simplice. H.

x. Ad fabrorum, etc.) Lege: *Ad fabrorum intestina opera medulla pectilis optima quadripartitis materiis, etc.* Talis est abietis in ea parte quae proxima terrae est, quadruplici nempe venarum cursu fluuiata. Vide *Salmas.* p. 1033. b. 1034. a. *Ad fabrorum.*) De medulla Ebeni, Cytisi, Therebinthi, et cuiusdam arboris colore Ebeno similis. Roboris hoc Theophrast. c. 4. L. V. hist. *Dalec.*

y. Intestina opera medulla sectilis) Lautiora, minutiora, pretiosa, σπουδαζόμενα. Theophr. *Dal.*

Intestina opera) Hoc est, opera lignariae fabricae subtilioris et elegantioris: *Menuiserie.* Intra domum fere tantum locum habet, et in aedium interiore parte: inde nomen *intestinarii* artifices, leg 2. cod. Theod. de excusat. artif. qui intestinum opus faciebant. H.

z. Medulla) Quae Theophrasto hist. L. V. c. 1. ἐντεριώνη, cor ligni, siue matrix, et pars interna materiei. H.

a. Optima quadripartitis materies) *Quadripartitas ad opera valde probant, aegidem gignere solitas, quoniam materiam spississimam habent. Bifidarum mollis materia sed in opere pessima, quia maxime peruertitur. Simplicium rara quidem est materia sed a peruersione tutissima.* Theoph. *Dal.*

Optima) Optima materies est, quae quadripartitos habet venarum cursus. Theophr. l. c. vbi de quadrifluuiis arboribus: Εἰσὶ δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐργασίας αὗται κάλλισαι· πυκνότατα γὰρ ἔχουσι τὰ ξύλα. *Sunt illae ad opera praestantes: materiam enim spississimam habent.* H.

quam ceterae. Intellectus *b.* in cortice protinus peritis. Abietis quae pars a terra *c.* fuit, enodis est: haec, qua diximus *d.*, ratione, fluuiata decorticatur *e.* atque ita sapinus vocatur *f.*: superior pars

b. Intellectus) Discrimen, inquit Theophr. l. c. arbores ipsae vel cortice ipso ostendunt. Quamobrem periti, vbi arborem videre, probe diiudicant, quaenam ea sit. Quibus enim venae egregiae sunt, his cortex laeuis rectusque: quibus e contrario, scaber, et contortus. *Διαφορὰς δὲ ἔχουσι τοῖς φλοιοῖς, καθ' ἃς γνωρίζουσιν ἰδόντες εὐθὺς τὸ δένδρον πεφυκὸς ποῖόν τί ἐστι· τῶν μὲν γὰρ εὐκτηδόνων, καὶ ὁ φλοιὸς λεῖος καὶ ὀρθός. Τῶν δὲ ἐναντίον τραχύς τε καὶ διεστραμμένος.* H.

c. Abietis quae pars a terra) Quae terrae proxima. Vitruu. L. II. c. 9. p. 33. H.

d. Qua diximus) Sect. 73. his verbis: *Lignum in longitudinem fluctuatur*: vbi fluctuari, seu fluuiari, diximus esse idem quod macerari aqua, et veluti condiri: *ταριχεύεσθαι*. Gallis, *Bois floté.* Neque enim hic sermo, vt quibusdam visum est, de multifluuio, seu multiplici venarum cursu. H.

e. Decorticatur) Vide N. et Em. N. XXVI. (hic post) *Haec, qua etc.*) Legit Salmasius in Solin. p. 1033. ex suis MSS. *decoratur*, explicatque *τὴν πελέκησιν* siue perdolationem, quae materiei decoratio est. Sane contra scriptoris sententiam, quam planam Vitruuii oratio facit. *Ex abiete autem*, inquit ille L. II. c. 9. p. 33. *antequam est excisa, quae pars est proxima terrae, per radices excipiens ex proximitate humorem, enodis et liquida efficitur: quae vero est superior . . . propter nodationis duritiem dicitur esse fusterna. Imo autem, cum excisa quadrifluuiis disparatur, eiecto rotulo, ex eadem arbore ad intestina opera comparatur, et sapinea vocatur.* Quadrifluuiis, inquit, disparata materies, quae est optima, vt diximus, postquam fluuiata est, seu amni mersa, eiecto torulo, hoc est, alburno cum cortice, ad intestina opera comparatur. H.

f. Sapinus vocatur) Vide supra c. 10. L. XV. et c. 12. huius libri. *Dal.*

Sapinus) Sic Vitruuio l. c. ima sapinea, summa pars fusterna dicitur, propter

pars nodosa *g.*, duriorque, fusterna. *h.* Et in ipsis *i.* autem arboribus robustiores Aquiloniae partes. *k.* Et in totum *l.* deteriores ex humidis opacisque: spissiores ex apricis, ac [1] diuturnae. Ideo Romae infernas abies supernati praefertur. *m.* Est per gentium quoque regiones in iis differentia. Alpibus, Apenninoque laudatissimae: in Gallia, Iura *n.*, ac monte [2] Vogeso *o.*: in Corsica *p.*, Bithy-

1. *diurna Idaeorum. Haec inferna abies supern. praefertur. Et gentium quoque in iis differ.* M. 2. *Vosego.* Ch.

pter nodationis duritiem. H.

g. Superior pars nodosa) Vitruuius c. 9. L. II. *Dal.*

h. Fusterna) Quia nodosa, vt solent esse fustes et baculi, crebris vt plurimum nodis asperi. H.

i. Et in ipsis) Theophr. hist. L. V. c. 2. H.

k. Aquiloniae partes) Theophr. c. 14. L. I. hist. et c. 2. V. L. *Dal.*

l. Et in totum) Theophr. hist. L. V. c. 3. H.

m. Infernas abies supernati praefertur) Infernas abies, et caesa in Apennini parte mari Thusco proxima: supernas, caesa in ea parte, quae Adriatico vicina est. *Dal.*

Infernas abies) Tyrrhenum mare Inferum vocatur, superum vero Adriaticum, vt diximus L. III. f. 10. Quae abietes igitur ex ea Apennini parte, quae ad Tyrrhenum mare protenditur, aduehi solent, eae dicuntur infernates. Quae ab ea vero, quae vergit in Adriaticum, supernates nominantur. Vitruu. L. II. c. 10. p. 36. *Ideo infernates, quae ex apricis locis apportantur, meliores sunt, quam quae ab opacis de supernatibus aduehuntur.* H.

n. In Gallia, Iura) MSS. omnes, et editiones vetustae, *Iuribus*, vt L. III. f. 5. H.

o. Vogeso) Vulgo *Vaugé.* Dal.

Vogeso) *Le Mont de Vauge*, in Lotharingiae Alsatiaeque confinio. Ex eo amnis Mosella oritur. H.

p. In Corsica) Corsicas arbores, inprimisque abietes laudat impensius Theophr. hist. L. V. c. 9. H.

Bithynia, Ponto, Macedonia. [1] Deterior *q.* Aeneatica, et Arcadica. *r.* [2] Peſſimae Parnaſſia, et Euboica: quoniam ramoſae *s.* ibi et contortae, putreſcenteſque facile. At cedrus *t.* in Creta, Africa, Syria laudatiſſima. Cedri oleo *u.* perunɛta materies nec tineam, nec cariem ſentit. Iunipero *x.* eadem virtus, quae cedro. Vaſta haec in Hiſpania, [3] maximeque Vaccaeis *y.*: [4] medulla eius vbicumque ſolidior etiam, [5] quam cedrus. Publi-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. deteriores Gr. et Al.* 2. *Peſſima. Ch.* 3. *ſic em. Hard. maximaeque baccae eius. Al. maxime Gr.* 4. *medullae vis. M.* 5. *quam cedris. Ch.*

q. Deteriores Aeneatica et Arcadica, peſſimae Parnaſſica et Euboica) Scribo *Acanica*, non *Aeneatica*, ex Theophr. L. V. c. 3. *Secundam*, inquit, *Ponticam tradunt: tertiam Rhyndacicam: quartam Aeanicam: deterrimam Parnaſſiam atque Euboicam.* Haec Theophraſtus. Eſt autem Aeane vrbs Macedoniae Stephano. *Pint.*

Aeneatica) Theophr. Αἰανική. Forte Αἰνιανική, ab Aenianibus, quorum in legionibus mons Oeta fuit, ſiluis conſitus, vbi ſibi rogum Hercules ſtruxit. De his egimus L. IV. ſ. 3. H.

r. Arcadica) De Arcadica cogitandum. Theophraſtus. *Pint.*

s. Ramoſae) Theophr. *nodoſae*, ὀζώδη. H.

t. At cedrus etc.) Haec etiam Vitruu. L. II. c. 9. p. 35. H.

u. Cedri oleo) Vitruuius l. c. p. 34. *Quemadmodum ex cupreſſo et pinu, reſina: ſic ex cedro oleum, quod cedreum dicitur, naſcitur: quo reliquae res quum ſunt vnɛtae, vti etiam libri, a tineis et a carie non laeduntur.* H.

x. Iunipero) Vitr. l. c. *Cedrus et iuniperus eaſdem habent vtilitates.* H

y. Vaccaeis) Hiſpaniae gens ea eſt, de qua L. III. ſ. 4. Vide N. et Em. N. XXVII. (hic conſp.) *Iunip.)* Prius legebatur, *maximeque baccae eius.* At in R. 1. 2. Colb. 1. 3. Th. et reliquis, *vaccae eis.* In edit. Parm. *bacae eis.* Nos ſinceram inde lectionem eruimus. De vaſtitate atque amplitudine materiae iuniperi

Publicum omnium vitium vocant ſpiras z., vbi conuoluere ſe venae atque nodi. *a.* Inueniuntur in quibuſdam, ſicut in marmore, centra *aa.*, id eſt, duritia clauo ſimilis *b.*, inimica ſertis. Et quaedam forte [1] accidunt *c.*, lapide comprehenſo aut alterius arboris ramo.

Ff 5 2.

1. accidunt in lapide. M. Lego, vt lapide. Theophr. c. 3. lib. V. hiſt. accedunt in ea. Ch.

peri nunc ſermo eſt: de baccis iuniperi plane aliena hoc loco mentio. H.

z. Spiras) Σπεῖρας quoque Theophraſtus vocat, hiſt. L. V. c. 3. conuolutionem eam cumpluriuin orbium, quam neque nodum, inquit, neque criſpitudinem merito dixeris; fabris longe moleſtior ea, difficiliorque tractatu, quam nodi. H.

a. Ubi conuoluere ſe venae atque nodi) Vbi conuolutio quaedam fit in plures orbes: quam nec nodum, nec criſpitudinem iure dixeris, fabris longe moleſtior, tractatuque difficilior quam nodi, Theophr. c. 39. L. VI. hiſt. *Dalec.*

aa. Centra) Graecam adhibuit vocem: nam κέντρα pariter a Theophraſto appellantur hi duriores nodi, clauorum inſtar, in intima ligni parte, aut marmoris, aut gemmae. Sic enim L. XXXVII. ſ. 39. inutilis ſcalpturae ſapphirus dicitur, interuenientibus cryſtallinis centris. Et ſ. 10. eiuſdem libri, *praedurum ac fragile centrum* in cryſtalli vitiis cenſetur. H.

b. Clauo ſimilis) Alius eſt Oleae clauus, de quo infra, c. 24 L. XVII. *Dal.*

c. Et quaedam forte accidunt, etc.) *Nodos arborum, quum mitius eſt caelum alimentumque melius ac vtilius augeſcente carne et cute obduci, quamuis ſenſui manifeſtiſſimum ſit, tamen et ex aliis ſimilibus cognoſcimus. Nam ſaepe arboris pars quaedam ab altera coaleſcente prehenditur: ac ſi quis ſaxum, vel aliquid aliud eiuſmodi incutiat, accreſcente quod in ambitu eſt, id occultatur, ſicut in oleaſtro contigit Megaris in foro ſato, etc.* Theophr. Hunc locum Plinius incurioſe vertit. *Dal.*

Et quaedam) Alia centrorum in arboribus origo. Lapide nimirum inculcato, atque amplexu incrementi circum obducti demum occul-

2. Megaris *d.* diu ſtetit oleaſter in foro, cui viri fortes affixerant arma, quae cortice ambiente aetas longa occultauerat. Fuitque arbor illa fatalis excidio vrbis praemonitae oraculo, quum arbor arma peperiſſet: quod ſuccifae *e.* accidit, ocreis galeiſque intus repertis. Ferunt lapides ita inuentos, ad continendos partus eſſe remedio. (XL.) Ampliſſima arborum ad hoc aeui exiſtimatur Romae viſa, quam propter miraculum Tib. Caeſar in eodem ponte *f.* naumachiario expoſuerat adue-ctam cum reliqua materie: [1] durauit ad Neronis Principis amphitheatrum. Fuit autem [2] trabs e larice, longa pedes cxx. bipedali craſſitudine [3] aequalis. Quo intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo, faſtigium ad cacumen aeſtimantibus. Fuit memoria noſtra et in porticibus ſeptorum *g.* a M.

1. *durauitque Gr. et Al.* 2. *trabes. M.* 3. *aequali. Vet.*

cultato; vel alterius arboris, quae in proximo fuerit, ramo in alterius ramum coagmentato. Theophr. l. c. H.

d. Megaris) Et haec a Theophraſto traduntur l. c. H.

e. Quod ſuccifae accidit) Quum a Pericle vaſtata eſt Megaris, bello Peloponneſiaco, vt quidem refert Diod. Sic. L. XII. H.

f. In eodem ponte) De quo iam dictum eſt ſ. 7. De Neronis amphitheatro dicetur, L. XIX. ſ. 6. H.

g. In porticibus ſeptorum) Septa, quondam Ouilia, in campo Martio loca frequentia, cincta primum tabulatis, deinde marmore, ſumptu magnifico, excellentique cultu, excelſis porticibus, ingentibuſque et amplis ambulationibus ornata, in quibus pretioſae merces venundabantur. Eo populus ad comitia conueniebat, vt honores daret et de rep. cerneret. Alex. ab Alexand c. 18. II. *Dal.*

Septorum) Septa dictus eſt locus; quo populus conueniebat ad ferenda ſuffragia in Comitiis: qui locus ligneis primum cancellis, poſt mar-

a M. Agrippa relicta, aeque miraculi caussa, quae diribitorio *h.* superfuerat, xx. pedibus breuior, ses-

marmoreis septus est. Inde nomen. H.

h. Diribitorio) Alii *delibatorio.* Suetonius in Claudio *diribitorium* appellat: itemque Dion Graecus auctor, δειριβετώριον. vt dubitari praeterea nec possit, nec debeat, etiamsi nemo eorum, quale id esset, explicauit. In antiquissimo autem Latino Lexico, in Noricis (Pomponio Laeto referente) sctiptum erat, *Diribitorium;* a diribendo, hoc est, distribuendo nominatum fuisse, quia locus esset, in quo recenserentur exercitus, et stipendia militiae numerarentur: vt *diribere* sit, quod Graece διανέμειν χρήματα: id autem munus in prouinciis Procuratores Caesaris obibant: Strabo auctor, qui et *militare logisterion* locum vocari tradit in relatione Syriae, non dissimilem fortasse ab eo, quod nos *diribitorium.* Cicero de reditu suo ad Senatum: *Quando*, inquit, *vlla dignitate tot rogatores, diribitores custodesque vidistis?* hoc est, diuisores distributoresque, qui inter tribus viritim pecuniam diuiderent: quos Plautus in Aulularia *curiarum magistros* appellauit, qui distribuerent, inquit, argenti minas in viros. Nam et Pedianus Asconius quaerere id solet, numquid tribus legitimos aliquos habuerit diuisores suos. Erant et in petitione honorum, qui munia et dictata gratiosis quibusque sua partirentur: vt apud Ciceronem legitur. Ausonius ad Gratianum de consulatu suo: *Nihil*, inquit, *quum sequestre deposui, cum distributore nihil pepigi.* Distributorem vocauit ipse quem Cicero *diribitorem.* Ex hac similitudine structores epularum, et omnino praepositi negotiis, vocabulum id quandoque accipiunt. Apuleius lib. II. fabulae Milesiae: *Frequens ibi*, inquit, *epulonum diribitores plusculi, splendide amicti, fercula copiosa, scitule administrata, pueri calamistrati, pulcre indusiati.* Ammianus L. XVIII. *Dum haec*, inquit, *in castris Constantii quasi per lustra aguntur, et caenam et diribitores venundatae subito potestatis pretium per potiores diffundit.* Hermolaus Barbarus.

Diribitorio) Locus fuit in quo censebantur milites et stipendiis donabantur: a diribendo, hoc est, distribuendo dictum. Magnificum

ſeſquipedali craſſitudine. Abies admirationis praecipuae viſa eſt in naui, quae ex Aegypto Caii principis *i.* iuſſu, obeliſcum *k.* in Vaticano Circo ſtatutum, quatuorque truncos lapidis eiuſdem ad ſuſtinendum eum adduxit: qua naue nihil admirabilius viſum in mari certum eſt:[1] cxx. M. modiûm lentis pro ſaburra ei fuere. Longitudo ſpatium obtinuit magna ex parte Oſtienſis portus latere laeuo. Ibi namque *l.* demerſa eſt a Claudio principe, cum tribus molibus, turrium altitudine in ea exaedificatis [2] obiter Puteolano puluere, aduectiſque. *m.* Arboris eius craſſitudo quatuor hominum vlnas complectentium implebat. Vulgoque auditur [3] lxxx. nummûm *n.* et pluris malos venumdari ad eos vſus, rates vero connecti xl. HS,

1. *CXXX. Ch.* 2. *ob idque Puteolano puluere aducto. Vide c. 13. lib. XXXV.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. octingentis nummis. Dal. octog. nummum. Ch. mulos ad eos venundari vſus. M. octoginta nummorum Gr. et Al.*

cum inprimis aedificium ab Agrippa inchoatum, perfecit poſt eius obitum Auguſtus. Vide Dionem ad An. DCCLVII. L. LV. H.

i. Caii Principis) Quem Caligulam alii appellarunt, numquam ita Plinius. H.

k. Obeliſcum) De quo dicemus L. XXXVII. ſ. 15. H.

l. Ibi namque) Sueton. in Claud c. 20. *Portum Oſtiae exſtruxit — vbi nauem demerſit, qua magnus obeliſcus ex Aegypto fuerat aduectus* etc. H.

m. Obiter Puteolano pulueře aduectiſque) Scribendum arbitror, *ob id ter Puteolano puluere aducto.* Nam quum tres moles altitudine turrium exaedificatae fuerint, optime quadrat ter ob id aduectum eſſe Puteolanum puluerem: de quo Vitruuius ſecundo. *Pint.*

Obiter) Quum Puteolis ea nauis tranſiret, Romamque contenderet. De Puteolano puluere dicemus L. XXXV. ſ. 45. H.

n. LXXX nummûm) Ita MSS. omnes. Hoc eſt, octo-

HS. *o.* plerasque. At in Aegypto *p.* [1] et Syria *q.* reges inopia abietis cedro ad classes feruntur vsi. Maxima ea *r.* in Cypro traditur, ad vndeciremem Demetrii *s.* succisa, centum triginta *t.* [2] pedum, crassitudinis vero ad trium hominum complexum. Germaniae praedones singulis arboribus cauatis nauigant, quarum quaedam et triginta homines ferunt.

3. Spississima *u.*, ex omni materie, ideo et grauissima *x.*, iudicatur ebenus, [3] et buxus, graciles *y.* natu-

1. *ac M.* 2. *pedum longitudinis. M.* 3. *buxus gracilis nat. Dal.*

octoginta nummûm, seu sestertiorum millibus. Gallicae monetae librae sunt octingentae. H.

o. XL. HS.) Quadraginta sestertiûm millibus: seu libris Gallicis omnino quadringentis. Hoc pretio ex hoc abietis genere connectebantur rates, *des radeaux.* H.

p. At in Aegypto) Haec Theophr. L. V. c. 9. Sesostris Aegypti regis nauium cedrinum laudat Diodorus Sic. Bibl. L. I. p. 52. Fabricasse etiam Caligula dicitur de cedris Liburnicas, gemmatis puppibus, etc. Sueton. in Caio, c. 37. H.

q. Et Syria) Theophr. c. 9. L. V. hist. *Dalec.*

r. Maxima ea) Maxima cedrus. Theophr. l. c. H.

s. Demetrii) Eius qui Poliorcetae cognomen adeptus est, Antigoni F. H.

t. Centum triginta pedum) Τρὶς καὶ δέκα ὀργυιῶν, tredecim orgyarum Theophr. Ita decem pedes quaeuis orgya metitur. *Dal.*

t. Centum triginta) Theophr. l. c. Τρὶς καὶ δέκα ὀργυιῶν. Ergo vnaquaeque ὀργυία decem metitur pedes. Nempe maior ὀργυία. De minore L. VIII. s. 16. H.

u. Spississima, ex omni materie) Theophrast. c. 4. L. V. hist. *Dal.*

Spississima) Haec Theophr. hist. L. V. c. 4. H.

x. Ideo et grauissima) Etiam quum vtraque aruit. Theophr. hist. L. I. cap. 8. H.

y. Graciles natura) Buxus quidem tota, Ebenus medulla. Theophr. *Dal.*

natura, neutra in aquis z. fluitat, nec ſuber, ſi dematur cortex a.: nec larix. b. Ex reliquis ſicciſſima c. lotos, quae Romae [1] ita d. appellatur. Deinde robur exalburnatum e.: et huic nigricans color f., magiſque etiam cytiſo, quae proxime accedere [2] ebenum videtur. Quamquam non deſint g., qui Syriacas terebinthos nigriores affirment. Celebratur et Thericles h. nomine, calices ex therebin-

1. *Celtis.* 2. *ad ebenum. Dal.*

z. *Neutra in aquis*) Ebenum decorticatam in aqua ſidere, buxum cum ipſo cortice demergi, ait Theophr. H.

a. *Si dematur cortex*) Nihil Theophr. Vide Vitruuium c. 9. L. II. *Dal.*

b. *Nec larix*) Vitruu. L. II. c. 9. H.

c. *Ex reliquis ſicciſſima)* Ita MSS. Theophr. l. c. τῶν δ᾽ ἄλλων, ὁ λωτὸς πυκνότατος, *ſpiſſiſſima.* Sed de Africana. H.

d. *Quae Romae ita*) Plinius ſupra ſ. 53. *Lotos ſiue faba Graeca, quam Romae ſa ſuauitate fructus, — loton appellant.* H.

e. *Exalburnatum)* Dempto alburno, ſeu torulo. *L'aubour.* H.

f. *Huic nigricans color.)* Roboris exalburnati nigram medullam, Theophr. μελάνδρυον vocat c. 9. L. I. hiſt. et cap. 4. L. V. *Dal.*

g. *Quamquam*) Theophr. l. c. H.

h. *Thericles*) Vixit is Ariſtophanis aetate. Videtur Plinius velle Thericlem τορνευτὴν, non figulum fuiſſe. Sed Aratus apud Athen. L. XI. p. 471. aperte fictorem figlinorum operum facit. Ὦ γαῖα κεραμῖτι: σ᾽ ὁ Θερικλῆς ποτε Ἔτευξε, etc. Theophr. ipſe hiſt. L. V. c. 4. et qui eum laudat Athenaeus l. c. p. 470. Thericlea aiunt ex terebintho vaſa adeo affabre elaborata fuiſſe, vt a fictilibus diſcerni aegre poſſent. Non igitur ipſe Thericles, aut certe diuerſus ab eo, e terebinthino ligno vaſa tornauit: ſed figlina, e nigra nempe terra, egregii nitoris. Heſychius: Θηρίκλειος, κύλικος εἶδος ἀπὸ Θηρικλέους κεραμέως. Quae porro ad pocula ea proxime accederent, ſiue ex ligno forent, ſiue ex argento, vitroue, Thericlea dicebantur. Suidas, Θηρίκλειον ποτήριον, ὑάλινον exponit. H.

rebintho *i.* ſolitus facere torno, per quem probatur *k.* [1] materies. Omnium haec ſola *l.* vngi *m.* vult, meliorque oleo fit. Colos mire adulteratur iuglande ac piro ſilueſtri tinctis, atque in medicamine decoctis. Omnibus, quae diximus, ſpiſſa firmitas. Ab his proxima *n.* eſt cornus: quamquam non poteſt videri materies propter *o.* exilitatem,

1. *materies omnium. Haec ſola. M.*

i. Calices ex therebintho, &c.) Lege: *Calices ex therebintho ſolitus facere torno, per quam probatos. Materies omnium haec ſola vngi vult.* Valde probatos calices ex terebintho tornare ſolitum dicit hunc Thericlem, quae ab eo *Thericlei* ſunt nominati. Vide *Salmas.* pag. 1043. b. *Calices e terebintho ſolitus facere torno, per quem probatur materies. Omnium haec ſola, etc.*) Scribendum videtur, *Calices e terebintho ſolitus facere torno, cor cuius probatur. Materies omnium haec ſola, etc.* Theophraſtus L. V. c. 4. *Et pocula Thericlea tornari quae a fictilibus ſecerni non poſſunt: verum cor tantum accipi et perungi materiam oportere volunt.* Pint. *Calices ex therebintho, etc.*) Quos a figlinis diſcernere facile non erat. Theophr. Corinthius is Thericles fuit. Quidam θηρίκλεια dicta volunt, quod in iis ferae inſculperentur. Rhod. c. 27. L. XXVII. Figulum Corinthium Thericlem fuiſſe, non autem vſum torno, ſcribit Athenaeus L. XI. Idem tamen ex Apollodoro Geloo citat θηρίκλεια τορευτά. Dal.

k. Per quem probatur) Torno, inquit, materiae bonitas firmitaſque agnoſcitur, et coloris nitor. Ita MSS. omnes. H.

l. Omnium haec ſola) Terebinthus ſola perungi priusquam tornetur, poſtulat: ſic enim melior, nigriorque efficitur. Iuglans et pirus, ſi decoquantur in colore nigro, quo tinguntur, referent terebinthi ſimilitudinem. H.

m. Vngi vult) Syriacae terebinthi medulla. Theoph. *Dal.*

n. Ab his proxima) Theophr. hiſt. L. V. c. 8. ἰσχυρότατον δὲ καὶ ἡ κρανία. H.

o. Quamquam non poteſt videri materies propter exilitatem, ſed lignum non alio pene, quam etc.) Hinc ſequior

tem, ſed lignum non alio paene *p.*, quam ad radios rotarum, vtile: aut ſi quid cuneandum *q.* ſit in ligno, clauiſue figendum, ceu ferreis. Ilex item *r.*, et oleaſter, et olea, atque caſtanea, carpinus, populus. Haec et criſpa *s.* aceris [1] modo, ſi vlla materies idonea [2] eſſet *t.* ramis ſaepe deputatis: caſtratio [3] illa eſt, adimitque vires. De cetero *u.* pleriſque [4] eorum, ſed vtique robori, tanta duri-

1. *modo vtilis, ſi vlla. Vet.* 2. *Alii, eſſet, ſed ramis ſaepe deputatis, caſtratur illa, adimunturque vires. Vel. ſed ram. ſ. deputatis caſtratio illa adimit vires.* 3. *nempe illa. Vet.* 4. *horum. Ch.*

quior latinitas *materiem* pro trabe vſurpauit. Et *materiae quinquagenariae*, pro trabibus quinquaginta pedes longis. Notanda et illa loquutio, *non alio pene*, id eſt, Non *alio* vtile, pro non ad aliam rem vtile. Sic *quo*, pro ad quam rem. *Salmas.* pag. 1035.

p. Non alio paene) Sed et haſtilia ex corno arbore facta Feſtus refert, quae colurna ex eo dicerentur. Gloſſae: Κρανία, δένδρον. *Colurnum*, *cornus.* Virgil. Georg. L. II. v. 396. *Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis.* Quae ex corylo arbore, perperam, vt remur, Seruius, aliique, qui ſunt ſubſequuti, facta interpretantur. Maro Aen. IX. v. 690. *Volat Itala cornus.* H.

q. Si quid cuneandum) Si quid findendum cuneo: is enim e corno fieri apte et vtiliter poteſt. Cuneare, eſt ea quae natura iuncta ſunt, per vim diſtrahere, vt ait Quinctilianus L. IV. c. 3. Et e corno claui fiunt, qui ferreorum duritiem repraeſentent. H.

r. Ilex item etc.) Theophr. hiſt. L. III. c. 12. H.

s. Haec et criſpa) Supra ſ. 51. *Quorum criſpa materies, vt acer, palma, populus.* An vtrobique *opulus* legendum, cuius arboris meminit Columella paſſim? H.

t. Idonea eſſet) Operibus inteſtinis: ſi rami ſaepe deputarentur in arbore: ſed caſtratio illa eſt, quae ligno firmitatem duritiemque adimit. H.

u. De cetero) Theophr. hiſt. L. V. c. 4. Σκληρότατα δὲ τὰ δρύϊνα, ... καὶ γὰρ ὑπο-

duritia eſt, vt terebrari niſi madefactum non queat, et ne ſic quidem adactus auelli clauus. E diuerſo clauum non tenet cedrus. Molliſſima *x.* tilia: eadem videtur et calidiſſima: argumentum afferunt, quod citiſſime aſcias retundat. *y.* [1] Calidae et morus *z.*, laurus, edera, et omnes e quibus igniaria fiunt.

LXXVII. Exploratorum hoc vſus in caſtris, paſtorumque reperit, quoniam ad [2] excudendum ignem non ſemper lapidis occaſio eſt. Teritur ergo lignum *a.* ligno, ignemque concipit attritu, exci-

1. *Cal. morus. M.* 2. *excutiendum. M. extundendum. Alii. excludendum. Ch.*

ὑποβρέχουσι ταῦτα πρὸς τὴν τρύπησιν μαλάξεως χάριν. H.

x. Molliſſima) Theophr. l. c. totidem verbis. H.

y. Aſcias retundat) Indicio eſt, inquit, quod ferri aciem vehementer hebetet, et calore ſuo obtundat. Aſcia ferreum inſtrumentum eſt, quo fabricae materiae perdolantur. *Vne doloire.* H.

z. Calidae et morus) Meneſtor calidis Morum addidit, inquit Theophraſtus. *Dalec.*

Calidae, et morus, etc.) Theophr. l. c. Et de lauro, Porphyrius quoque, apud Euſeb. Praep. L. III. p. 112. ὅτι πυρὸς πλῆξες τὸ φυτὸν etc. Denique Seneca Natr. Quu. L. II. c. 22. p. 852. *Duobus modis*, inquit, *apud nos fit ignis: vno, ſi excitatur, ſicut ex lapide percuſſo: altero; ſi attritu inuenitur, ſicut quum duo ligna inter ſe diutius trita ſunt. Non omnis hoc tibi materia praeſtabit, ſed idonea eliciendis ignibus: ſicut laurus, ederae, et alia in hunc vſum nota paſtoribus.* H.

a. Teritur ergo lignum ligno, etc.) Mercurio id inuentum tribuit hymnus ad eum ſcriptus: Σὺν δ' ἐφόρει ξύλα πολλά, πυρὸς δ' ἐπεμαίετο τέχνην. Δάφνης ἀγλαὸν ὄζον ἑλὼν ἐπέλεψε σιδήρῳ Ἄρμενον ἐν παλάμῃ ἀνὰ δ' ἄμπνυτο θερμὸς αὐτμήν. Ἑρμῆς τοι πρώτιστα πυρήϊα, πῦρ τ' ἀνέδωκε. Sic apud Feſtum ignis Veſtae ſi quando interſtinctus eſſet, virgines a Pontifice verberibus affectae

excipiente materia aridi fomitis *b.*, fungi vel foliorum [1] facillimo [2] conceptu. Sed nihil edera praestantius quae [3] teratur, lauro quae terat. Probatur et vitis silvestris *c.* alia quam labrusca *d.* et ipsa ederae modo arborem scandens. Frigidissima *e.* quaecumque aquatica; lentissima *f.* autem, et

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. facillime conceptum Gr. et Al.* 2. *concipientium. Vet.* 3. *teratur lauro, laurumque terat. M. Th. c. 10. lib. V. hist.*

ctae clauulam (nimirum, clauulam, siue exiguam clauam, mateolam) felicis materiae, tamdiu terebrabant, quousque ignis conciperetur, quem aeneo cribro virgo in aedem ferret. Sic arboribus siluarum, ventorum vi inter se collisis, ignis exprimitur, ac vt ait Lucretius L. V. *Exprimitur validis extritus viribus ignis, Et micat interdum flammai feruidus ardor, Mutua dum inter se rami stirpesque teruntur.* Vt vero Corn. Seuerus in Aetna: *Haud aliter, quam cum prono iacuere sub Austro Aut Aquilone fremunt syluae: eant brachia nodo Implicitae, ac serpunt iunctis incendia ramis.* Scaliger.

Teritur ergo) Theophr. hist. L. V. c. 10. Et hoc solerter faciunt hodie Canadenses. H.

b. Aridi fomitis) Eam olim *lucubrum* vocauerunt. Paratur fere ex sulphuratis, fungis arborum insolatis et arefactis, acie, siue acu, nimirum carpto carminatoque lino, vel stupa, vt in Moreto: *Et producit acu stupas humore carentes*: nimirum, εἰς τὸ ζωπύριον καὶ ἔναυσμα πυρός. Hanc λυχναψίαν Glossarion vetus appellat, Canapturam. Scalig.

c. Vitis silvestris) Athragenam significat memoratam Theophr. c. 10. L. V. hist. *Dalec.*

d. Alia quam labrusca) Vitis illius appellatio propria, apud Theophr. l. c. ἀθραγένη. Πυρεῖον δέ φασιν, inquit, ἄριστον μὲν ἐκ τῆς ἀθραγένης καλουμένης ὑπό τινων. Τοῦτο δὲ ἐστὶ τὸ δένδρον ὅμοιον τῇ ἀμπέλῳ, καὶ τῇ οἰνάνθῃ καὶ ἀγρίᾳ· ὥσπερ ἐκεῖνα γὰρ καὶ τοῦτο ἀναβαίνει πρὸς τὰ δένδρα. H.

e. Frigidissima) Theophr. hist. L. V. c. 4. H.

f. Lentissima) Theophr. l. c.

et ideo scutis faciendis aptissima, quorum plaga contrahit se protinus, clauditque suum vulnus, et ob id contumacius [1] transmittit ferrum: in quo sunt genere fici *g.*, [2] salix, tilia, betulla, sambucus, populus vtraque. Leuissima *h.* ex his ficus et salix, ideoque vtilissimae. Omnes autem [3] ad cistas, quaeque flexili crate *i.* constant. Habent et candorem, rigoremque *k.*, et in sculpturis facilitatem. Est lentitia *l.* platano, sed madida, sicut alno. Siccior eadem vlmo, fraxino, moro, ceraso, sed ponderosior. Rigorem fortissime *m.* ser-

 vat

1. *transmittunt. M.* 2. *vt salix. M.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. omnes autem etiam ad cistas Gr. et Al.*

l. c. totidem fere verbis. H.

g. Quo sunt genere fici, etc.) Salix, vitis, sed leuior Salix, quia laxior, ideo magis ea vtuntur. Platanus lenta est, sed natura humidior, vt et Vlmus. Morus spissa, et lenta est, *Theophr.* Plinius haec oscitanter. *Dal.*

h. Leuissima) Theophr. μανὰ δὲ τὰ ἄκτινα, καὶ τὰ σύκινα. H.

i. Flexili crate) Et ad ea quae vimine flexili texuntur, vt crates. H.

k. Rigoremque) Hoc est, non pandantur, non flectunt se, torquentur. H.

l. Est lentitia) Obsequens natura quo libeat flecti. Theophr. l. c. Τὸ δὲ τῆς πλατάνȣς γλισχρότητα μὲν ἔχει· Φύσει δὲ ὑγρότερον τȣ̃το καὶ τὸ τῆς πτελέας, *sicut vlmo.* Quare an ita scribendum et in Pliniano quoque contextu, facili transitu characterum *a* in *u* amplius cogitandum. Et hist. L. V. c. 8. lentitiam cum firmitate γλισχρότητα καὶ ἰσχὺν platano attribuit, moro, fraxino, vlmo: sed deteriore conditione platani, quod celeriter ea computrescit. H.

m. Rigorem fortissime servat vlmus) Ἀστραβεστάτη ἐστί, minime peruertitur. Theophr. c. 23. L. III. et c. 8. L. V. hist. *Dal.*

m. Rigorem fortissime) Non flectit se, non cedit ponderi, non torquetur vlmus, ἔστι δὲ καὶ ἀστραβέστατον τὸ τῆς πτελέας, inquit Theo-

vat vlmus: ob id cardinibus, [1] craſſamentiſque *n.* portarum vtiliſſima, quoniam minime torquetur: permutanda tantum *o.* ſic, vt cacumen ab inferiore ſit cardine, radix ſuperior. [2] Palmae eſt mollis *p.*, et ſuberis materies: ſpiſſae et malus, piruſque: nec non acer, ſed [3] fragile: et quaecumque criſpa. In omnibus *q.* ſilueſtria et maſcula differen-

1. Sic et M. et Ch. aſſamentis Gr. et Al. *2. ſic ex MSS. em. Hard. palma eſt mollis, et ſuber: ſpiſſae Gr. et Al.* *3. ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. fragiles Gr. et Al.*

Theophr. hiſt. L. V. c. 4. Et Vitruu. L. II. c. 9. p. 34. *Vlmus vero et fraxinus maximos habent humores, minimumque aëris et ignis — Sunt in operibus, quum fabricantur, lentae: et ſub pondere propter humoris abundantiam, non habent rigorem, ſed celeriter pandant. Simul autem vetuſtate ſunt aridae factae, aut in agro perfectae, qui in eis ineſt liquor, ſtantibus emoritur, fiuntque duriores: et in coagmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt catenationes.* H.

n. Craſſamentiſque) Hoc eſt, craſſioribus portarum coagmentationibus. Sic porro MSS. omnes, R. Colb. Th. Chiffl. Par. etc. H.

o. Permutanda tantum) Dum bina cardinum tigna coaſſantur, ita contrario ſunt diſponenda ſitu, vt arboris cacumen ſpectet inferius, ſuperius vero radix: ſic enim inter ſe coarctata, alterum alterius impetum cohibebit: alioqui totum flecteretur lignum, et contorqueretur. Ita fere Theophr. hiſt. L. V. c. 4. Ποιȣ̃σι δὲ αὐτȣ̀ς (τȣ̀ς ϛροφεῖς τῶν θυρῶν) ἔμπαλιν τιθέντες τὰ ξύλα· τό, τε ἀπὸ τῆς ῥίζης, καὶ τὸ ἀπὸ τȣ̃ φύλλȣ ἄνω. H.

p. Palma eſt mollis, et ſuberis materies) Ita R. 1. cod. In R. 2. *Palma mitis.* Theophr. l. c. Palma leuis, tractatu facilis mollisque eſt, quemadmodum ſuber: ὁ δὲ φοῖνιξ κȣ̃φος, καὶ εὔεργος, καὶ μαλακὸς ὥσπερ ὁ φελλός. H.

q. In omnibus ſilueſtria, etc.) Idem ibid. c. 13. L. I. *Dal.*

Et quaecumque criſpa) Criſpa, inquit, materie pariter ſpiſſa ſunt, vt acer. Theophr. l. c. Πυκνὸν δὲ καὶ ἡ σφέν-

tias cuiusque generis augent. Et infecunda *r.* firmiora fertilibus, nisi quo in genere mares ferunt, sicut cupressus et cornus.

LXXVIII. Cariem *s.* vetustatemque non sentiunt cupressus, cedrus, ebenus, lotos, [1] buxus, taxus, iuniperus *t.*, oleaster, et olea: ex reliquis tardissime [2] larix *u.*, robur, suber, castanea *x.*, iu- glans

1. *buxus M.* 2. *Pinus. Theophrast.*

σφένδαμνος, καὶ ὅλως πάντα τὰ ἄλλα. H.

r. Et infecunda firmiora fertilibus) Idem ibid. cap. 5. L. V. *Dal.*

In omnibus) In omni, inquit, arborum genere et silvestres et masculae, dotes eas habent, quas retulimus, potiore cum laude, quam vrbanae et feminae. Sunt enim spissiores, robustiores. Theophr. hist. L. V. c. 5. Ἅπαντα δὲ τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων, καὶ τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλειῶν πυκνότερά τε καὶ σκληρότερα, καὶ βαρύτερα, καὶ τὸ ὅλον ἰσχυρότερα... ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πᾶν, καὶ τὰ ἀκαρπότερα τῶν καρπίμων, καὶ τὰ χείρω τῶν καλλικαρποτέρων. Εἰ μὴ τὸ καρπιμώτερον τὸ ἄῤῥεν, ὥσπερ ἄλλα τέ φασι. Καὶ τὴν κυπάριττον, καὶ τὴν κρανίαν. Quae sunt orationi Plinianae simillima. H.

s. Cariem etc.) Theophr. l. c. H.

t. Taxus, iuniperus) Nec taxum, nec iuniperum his adnumerat Theophrast. loco proxime citato. *Dal.*

u. Larix) Theophr. πεύκη. H.

x. Castanea, iuglans) Vide N. et Em. N. XXVIII. (hic adi.) *Suber etc.*) An ea coniunctim legenda, *castanea iuglans*? Nam de iuglande ipsa, vt a castanea vulgo secernitur, nihil Theophrastus hoc loco: καρύαν modo Εὐβοϊκὴν dixit, siue castaneam. Et quod de eadem καρύᾳ Εὐβοϊκῇ contigisse Antandri idem Theophrast. narrat, id in iuglande factum Plinius ait f. 81. libri huius. Prorsus vt ipsam castaneam, quam Διὸς βάλανον Graeci appellarunt, vt dictum est L. XV. f. 25. ipse Latine iuglandem, quasi Iouis glandem appellari potuisse, existimasse Plinius videatur. Sic libro sequente f. 10. ambigere merito quis possit, an non coniunctim legi oporteat, *castaneae iuglandes*? H.

glans. Rimam *y.* fissuramque [1] non capit sponte cedrus, cupressus, [2] olea, buxus.

LXXIX. Maxime aeterna putant *z.* ebenum et cupressum, cedrumque, claro [3] de omnibus materiis iudicio in templo Ephesiae Dianae: vtpote quum tota Asia exstruente [4] quadringentis *a.* annis

1. non, in Ch. d. 2. olea. Buxum maxime aeternam putant, ebenum et cupressum Gr. et Al. 3. de omnibus indicio. M. 4. ducentis viginti. Infra cap. 14. lib. XXXVI.

y. Rimam fissuramque etc.) Legend. *Rimam fissuramque non capit sponte cedrus: cupressus, olea, buxum. Maxime aeterna putant hebenum et cupressum, claro de omnibus materiis iudicio in templo Ephesiae Dianae* Salmas. p. 813. a.

Rimam etc.) In Indice, *quae cariem non sentiant, quae rimam* H.

z. Maxime aeterna putant) Vide Not. et Em. N. XXIX. (hic consp.) *Max. aet.*) Sic restituimus eum locum sequuti cod. R. 2. aliosque. Prius legebatur, auulso praepostere ex superiore sententia vocabulo, *Buxum maxime aeternum putant, ebenum, et cupressum, cedrumque.* Sane, quum eiusmodi lignorum perennitatem, vno templi Ephesini argumento comprobet: in eoque templo, quae genera fuerint adhibita dum commemorat, cedrum, cupressum, ebenumque laudet, taceat de buxo: annon palam facit, se tergeminae tantum huius materiae aeternitatem commendare? H.

a. Quadringentis) Quot nimirum anni fluxere ab Alexandri principatu ad illud tempus, quo Plinius haec scriberet, hoc est, vsque ad A. V. C. DCCCXXX. Ergo anno Vrbis CCCCXXX. docet ceptum exstrui templum Ephesinum a tota Asia, hoc est, eo anno quo vicit Darium Alexander: perfectumque annis ducentis et viginti, vt dicetur L. XXXVI. §. 21. Iudicium vero Asiae totius exstruentis de perennitate materiarum, quadringentorum denique annorum experimento peractum esse: vt postea de earum aeternitate reliquus nullus sit disceptandi locus. Templum Dianae a communi Asiae fuisse exstructum testatur Domitiani Aug. nummus

nis peractum sit, conuenit tectum *b.* eius esse [1] e cedri-

Gg 4

1. e in M. d.

mus ex aere mediocri: ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ϹΕΒΑϹΤΟϹ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟϹ. Capite laureato .)(. Supra ΕΦΕϹΙΩΝ. Infra ΜΑΡΝΑϹ. Dea capite turrito decumbit, prouincia scilicet, imponit templo dextram, qua tenet arundinem: retro, serpens, Asiae symbolum; et ex vrna profluens aqua, vt videtur. Caue autem hic ΜΑΡΝΑϹ vocem aliquam vnam esse, aut dei Marnae nomen. Lege: Μεγάλης Ἀρτέμιδος Ναὸν Ἀσία Συνέκτισεν, *Magnae Dianae templum Asia simul condidit.* Haec *magna Diana Ephesiorum* in Actis est, c. 19. Μεγάλη Ἄρτεμις Ἐφεσίων. Similiter in nummo Hadriani ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ .)(. In templo duobus columnis ornato, stant dextrorsum Diana cum arcu, et veste succincta: sinistrorsum Apollo cum arcu similiter. Hinc ΓΑΖΑ: inde ΜΑΡΝΑ: Caue, inquam, cuiquam hic quoque credas, esse Marnam Iovem: quum id pictura neget; et ipse titulus, cuius haec sententia est: Μεγάλη Ἄρτεμις, Νεβροχαρὴς Ἀπόλλων: *Magna Diana, hinnulis gaudens Apollo:* quae duo sola scilicet in nummo sunt insculpta, ob venationem ceruinam in eo tractu celebratissimam, cui praeesse haec duo numina veteres credidere. Propterea Lib. I. Epigr. tit. Ὑμνείω Παιᾶνα, μέγαν θεὸν Ἀπόλλωνα, Νεβροχαρὴς Apollo vocatur. In imo numismate litterae sunt Ε ΕΠΙ Δ *qp*: quas alibi dudum exposuimus. Est hic nummus ex aere magno in Thesauro regio. Denique nummum affert ex aere minimo Seguinus p. 63. cum Deae vultu, et epigraphe ΑΡΤ ΣΕΒΑ. In altera parte ceruus est sine inscriptione. Legendum pronunciat ΑΡΤεμις ΣΕΒαστή: et Dianam Augustam appellari Liviam censet. At si Liuia foret, de nomine certe Livia diceretur: vt in nummo ΛΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ *Liuiam Iunonem.* Nec matronam decet iam aetate prouectam venatu delectari, quam ceruus hic pictus designat: nec proinde conueniens erat, Augustam Dianam appellari. Lege: ἌΡτεμιν Τρίμορφον ΣΕΒάζεται Ἀσία. *Dianam triformem Asia veneratur.* H.

b. Conuenit tectum) Vitruu. II. 9. p. 35. H.

cedrinis trabibus. De ipso simulacro Deae ambigitur: ceteri ex ebeno *c.* esse tradunt. Mucianus ter Consul, ex his qui proxime viso eo scripsere, vitigineum *d.*, et numquam mutatum septies restituto templo. Hanc materiam [1] elegisse *e.* Pandemion *f.*: etiam nomen artificis nuncupans: quod equidem miror, quum antiquiorem Minerva *g.* quoque, non modo Libero Patre, [2] vetustatem ei tribuat. Adiicit multis foraminibus nardo rigari, vt medicatus humor alat, teneatque iuncturas, quas

1. *Cometiam. M. et Ch. elegisse eamdem, Canetiam nomen Gr. et Al.* 2. *vetustatem attribuat. M. tribuant. Vet. cum antiquior, etc. vetustas Mentori tribuat.*

c. Ceteri ex ebeno) Vitruu. l. c. e cedro. H.

d. Vitigineum) Ex vite. Ita libri omnes. H.

e. Hanc materiam elegisse, etc.) Lege: *Hanc materiam elegisse Demonicon, etiam nomen artificis nuncupans: quod equidem miror, quum antiquiorem Minerua quoque non modo Libero patre vetustatem ei tribuat.* Vide Salmas. p. 816. b.

f. Pandemion) Vide Not. et Em. N. XXX. (hic adi.) *Hanc mat.*) Prius insulse legebatur, *elegisse eandem, Canetiam nomen* etc. In MSS. R. Colb. Chiffl. Th. etc. *elegiss eandem con etiam.* Vnde nos seruatis fere totidem apicibus litterarum, *Pandemion etiam*, eruimus. Felicius, vt quidem remur, quam Salmasius, qui p. 316. in Solin. *Demonicon, etiam* reponit. Pandemion tamen si Mucianus, cuius verba recitantur a Plinio, nomen esse singularis cuiuspiam artificis putauit, lapsus errore haud sane mediocri videtur: quum aliud nihil vox ea significet. Πανδημία quam commune Asiae τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας, vel vti Plinius ante dixit, tota Asia, qua exstruente, et vt cuique libuit, conferente operam, Dianae Ephesiae templum perfectum est, atque absolutum. H.

g. Quum antiquiorem Minerua) Quae parens artium habita semper fuit: atque adeo artifice quolibet vetustior. Ἀερoβατεῖ qui caelo lapsum hoc simulacrum innui modo a Plinio putat, vt

quas et ipsas *h.* esse modico admodum miror. Valvas esse e cupresso *i.*, et iam quadringentis prope annis durare [1] materiem omnem nouae similem. [2] Id quoque notandum *k.*, valuas in glutinis *l.* compage quadriennio fuisse. Cupressus [3] in eas *m.* ele-

1. *materiam.* Ch. 2. *Idque.* M. *Vet.* 3. *Inter eas.* M.

vt Exercitator in Solin p. 816. H.

h. Quas et ipsas esse modico, etc.) Modico scil. simulachro. Id miratur quod alioqui iuncturae fere nullae sint in grandibus simulachris. *Gelen.*

Modico) Quum sit modicum simulacrum, qui possunt esse in eo iuncturae, quae vel in maximis vix vllae sunt. Iterum hic Muciani fidem eleuat. H.

i. Valuas esse e cupresso) Theophrast. ibidem. Vide quae adnotata sunt in c. 33. huius libri. *Dalec.*

Valuas esse) Vide Not. et Em. N. XXXI. (hic consp.) *Valuas)* Et hoc rursum Plinius ex Muciani relatu et fide refert, vt ex ipsa verborum structura perspicuum est: neque ex Theophrasto hausit, vt visum est Salmasio, in libello quem inscripsit, *Iudicium de Plinio.* Aliud longe est, quod Graecus scriptor, Hist. V. 5. aliud quod Latinus narrat. Ille, veteres templi valuas, factas vetustate inutiles, reconditas iacuisse per aetates quatuor, *αἱ θύραι τοῦ νεὼ τεθησαυρισμέναι τέτταρας ἔκειντο γενεάς.* Iste, non modo non iacere, sed stare iam ab annis propemodum quadringentis: hoc est, ipso quoque aeuo Pliniano, eo nitore materiae, ac firmitate plane eadem, ac si noua foret. H.

k. Id quoque notandum, etc.) Valuas vlmeas non statim perficiunt, sed compactas relinquunt. Nonnulli, vt lautius opus sit, anno post tertio statuunt. Natu aestatis feruore siccatae dehiscunt; hieme vero coëunt, quia rara carnosaque materies aërem humidum trahit. Theophr. c. 4. L. 5. hist. *Dal.*

l. In glutinis compage) Valuae, inquit, compactae, et conglutinatae, priusquam affixae sunt, aptataeque foribus, quadriennio toto subdio relictae, vt ligni humor omnis efflueret. Et hoc Plinius a Muciano. H.

m. Cupressus in eas) Theophr. Hist. V. 5. H.

electa, quoniam praeter cetera vno in genere materiae nitor maxime valeat aeternus. Nonne simulacrum [1] Veiouis *n.* in arce *o.* e cupresso durat, a condita Vrbe [2] DCLXI. *p.* anno dicatum? Memorabile et Vticae templum Apollinis, vbi Numidicarum *q.* cedrorum trabes durant, ita vt positae fuere prima vrbis eius origine, annis [3] MCLXXVIII. *r.* Et in Hispania Sagunti aiunt tem-

1. *Iouis. M. Vet. DLI. Gr. et Al.* 2. *sexcentesimo sexagesimo. Vet.* 3. *Sic et Ch. mille centum octoginta octo Gr. et Al.*

n. Veiouis) Gellius V. 12. p. 337. *Quum Iouem igitur, et Diiouem a iuuando nominassent: eum quoque contra Deum, qui non iuuandi potestatem, sed vim nocendi haberet, (nam Deos quosdam, vt prodessent, celebrabant, quosdam, ne obessent, placabant:) Veiouem appellauerunt, dempta atque detracta iuuandi facultate... Simulacrum igitur Dei Veiouis quod in aede est, de qua supra dixi, sagittas tenet, quae sunt videlicet paratae ad nocendum. Quapropter eum Deum plerique Apollinem esse dixerunt, etc.* De Veiouis vocabulo vide et Ouid. Fast. III. v. 445. H.

o. In arce) In aede, quae inter arcem et Capitolium. Gellius l. c. p. 336. Sic P. Victor, in regione octaua Vrbis Romae: *Aedes Veiouis inter arcem et Capitolium, prope asylum.* H.

p. DCLXI.) Ita R. 1. 2. Colb. aliique. In Theophr. DLI. H.

q. Numidicarum cedrorum) Vide Not. et Em. N. XXXII. (hic app.) *Numid.*) Ita libri omnes, etiam MSS. non, vt quidam mutant, *citrorum.* Et vero de tergemino solum ligni genere nunc est instituta oratio, quod aeternitatem sibi quandam vindicat, ebeno, cupresso, cedro: obiterque de iunipero, cui virtus eadem, quae cedro, est attributa, vt diximus s. 76. Et in Africa cedrum prouenire, eamque laudatissimam, ibidem ex Plinio, Vitruuioque abunde docuimus. H.

r. MCLXXVIII.) Ita MSS. omnes, recte: non vt editi, MCLXXXVIII. Quum porro haec Plinius scripserit anno ab V. C. DCCCXXX. Vticam necesse est conditam fuisse ante Vrbis

templum Dianae a Zacyntho aduectae cum conditoribus, annis ducentis ante excidium Troiae, vt auctor est Bocchus, [1] infraque oppidum ipsum id haberi. Cui pepercit religione inductus Hannibal, iuniperi trabibus etiam nunc durantibus. Super omnia memoratur aedes in Aulide eiusdem Deae, seculis aliquot ante Troianum bellum exaedificata: quonam genere *s.* materiae scientia obliterata. In plenum [2] dici potest *t.* vtique quae odore praecellant, ea aeternitate praestare. A praedictis *u.* morus proxime laudatur, quae vetustate etiam nigrescit. Et quaedam tamen in aliis diuturniora sunt

1. *Infra ipsum oppidum id habente Ch.* 2. *dici par est, etc. eas aetern. Ch.*

bis Romae originem, annis CCCXLVIII. anno Heli Pontificis Hebraeorum circiter XXXV. anno fere a Troia capta centesimo octogesimo quarto. H.

s. Quonam genere materiae scientia obliterata.) In aliis codicibus, *cuius quoniam generis materiae, etc.* Scribendum coniicio, *Thuiae quidem generis materiae, etc.* tum quod Theophrastus post cedrum et thuiam tertiam tertio loco ponit morum, quod hic vides fieri itidem a Plinio: tum etiam quod statim subiungit Plinius, *quae odore praecellant aeternitate praestare.* Et supra Plinius libro tertio decimo, cap. 16. de thuia loquens, *Hanc*, inquit, *inter odores vti tradit in deliciis Circes.* Pint.

Quonam genere) Sic libri editi, et MSS. R. etc. H.

t. In plenum dici potest, etc.) In plenum dici potest, vtique quae odore praecellant eas et aeternitate praestare. Ita corrigend. in plenum, ὅλως, καθόλȣ, συνελόντι εἰπεῖν. *Salmas.*

In plenum dici potest) Sic MSS. Reg. Colb. etc. *non dici par est*, vt vult Salm. p. 42. in Sol. Haec vox, *in plenum*, summatim, vniuerse, omnino, sonat. H.

u. A praedictis morus proxime laudatur) Theophr. c. 5. L. V. hist. *Dalec.*

A praedictis) Hoc est, post praedictas: cedrum, ebenum, cupressum. Theophr. V. 5. H.

ſunt vſibus quam alia. Vlmus in perflatu *x.* firma, [1] robur defoſſum *y.*, et in aquis quercus obruta. Eadem ſupra terram rimoſa facit opera, torquendo ſeſe. Larix in humore *z.* praecipua, et [2] alnus nigra. *a.* Robur marina *b.* aqua corrumpitur. Non improbatur et fagus *c.* in aqua, et iuglans: hae

1. *quercus defoſſa, et aquis obruta. Theophr.* 2. *populus. Vet.*

x. Vlmus in perflatu) Si ad ea opera adhibetur, quae aeri pateant, eoque perflentur. Theophr. Πτελέα μὲν ἐν τῷ ἀέρι ἀσαπής. H.

y. Robur defoſſum, et in aquis quercus obruta) Lege alia diſtinctione, *Robur defoſſum et in aquis, quercus obruta.* Theophraſtus L. V. c. 5. *Robur defoſſum atque in aquis demerſum, putredinis quippe hoc immune omnino videtur: ob id fluuiis lacubuſque naues hac etiam materia condunt, ſed mari putreſcit.* Confirmat id rurſus cap. 7. eiuſdem libri. *Pint.*

Robur) Δρῦς δὲ κατορυττομένη, καὶ ἐν ὕδατι καταβρεχομένη. Theophr. l. c. Et de quercu Palladius, L. XII. in Nouembr. tit. 15. p. 173. H.

z. Larix in humore) In aquis, ad palationes et fundamenta: vel ad naues. H.

a. Alnus nigra) Vitruuius de ea arbore magnifice, II. 9. p. 34. *Alnus autem,* inquit, *quae proxime fluminum ripis procreatur, et minime materies vtilis videtur, habet in ſe egregias rationes: etenim .. in paluſtribus locis infra fundamenta aedificiorum, palationibus crebre fixa, recipiens in ſe quod minus habet liquoris, permanet immortalis ad aeternitatem, et ſuſtinet immania pondera ſtructurae, et ſine vitiis conſeruat. Ita quae non poteſt extra terram paulum tempus durare, ea in humore obruta, permanet ad diuturnitatem,* etc. Palladius; l. c. *Alnus fabricae inutilis, ſed neceſſaria, ſi humidus locus ad accipienda fundamenta palandus eſt.* H.

b. Robur marina) Theophr. l. c. Δρῦς ἐν τῇ θαλάττῃ σήπεται. H.

c. Et fagus.., et iuglans) Theophr. nec fago, nec iuglandi hanc dotem adiudicat, ſed ὀξύα καὶ καρύα Εὐβοικῇ, hoc eſt, cerro et caſtaneae. H.

ſhae quidem in his quae defodiuntur, vel principales. Item iuniperus: eadem et ſubdialibus *d.* aptiſſima. Fagus et cerrus *e.* celeriter marceſcunt. Eſculus quoque humoris [1] impatiens. Contra adacta in terram in paluſtribus alnus aeterna *f.*, oneriſque quantilibet patiens: ceraſus firma: vlmus et fraxinus *g.* lentae, ſed facile pandantur: flexiles tamen, ſtanteſque *h.* a circumciſura ſiccatae fideliores. Laricem *i.* in maritimis nauibus obnoxiam teredini tradunt: omniaque, praeterquam oleaſtrum et oleam. Quaedam enim in mari, quaedam in terra vitiis opportuniora.

LXXX. (XLI.) Infeſtantium *k.* quatuor genera. Teredines capite ad portionem [2] grauiſſimo: ro-

1. *Impatiens: contra adacta in terra. In paluſtr. M.*
2. *magno. Theophr. c. 5.*

d. Subdialibus) Ad ea opera, quae ſub dio ſunt. H.

e. Fagus et cerrus) Vitruu. l. c. p. 34. *Cerrus, ſuber, fagus, quod paruam habent mixtionem humoris, et ignis, et terreni aeris plurimum, peruia raritate humores penitus recipiendo, celeriter marceſcunt.* Palladius in Nou. p. 15. *Fagus in ſicco vtilis, humore corrumpitur.* H.

f. Alnus aeterna) Vitruuius et Palladius, locis paulo ante citatis. H.

g. Vlmus et fraxinus) Vitruuius, loco a nobis ſup. ſect. laudato. Palladius l. c. breuiter: *Vlmus et fraxinus, ſi ſiccentur, rigeſcunt: ante curuabiles.* H.

h. Stanteſque a circumciſura, etc.) Vide proximum praecedens c. 39. *Dal.*

A circumciſura) Poſtquam circumſectae ſunt, eo quo dictum eſt modo, ſect. 74. *Fideliores* autem firmiores in opere interpretor, hoc eſt, quae haud facile pandentur: cui vitio abnoxias eſſe vlmum et fraxinum, dictum eſt proxime. H.

i. Laricem) Πεύκην Theophraſtus, quae Plinio, vt diximus, ſemper eſt larix. H.

k. Infeſtantium) Quae hac ſectione continentur, ad verbum fere habet Theophr. Hiſt. V. 5. H.

l. Teredines) Τερηδόνες Theo-

rodunt dentibus. Hae tantum in mari sentiuntur: nec aliam putant *m.* teredinem proprie dici. Terrestres, tineas vocant: culicibus vero similes, thripas. *n.* Quartum [1] est et e vermiculorum genere; [2] et eorum alii putrescente succo *o.* ipsa materie: alii pariuntur, sicut in [3] arboribus, ex eo qui cerastes

1. est et vermic. genus. Vet. 2. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. quorum quidem alii Gr. et Al. 3. arboribus de eo, qui cerastae vocantur quum tantum eroserit, vt circumagant se, generunt alium. M.

Theophr. Sunt eae capite proportione corporis grandissimo: τῷ μὲν μεγέθει μικρὸν, κεφαλὴν δ' ἔχει μεγάλην, καὶ ὀδόντας. H.

m. Nec aliam putant) Haec sane Theophrasti sententia l. c. Plinius tamen VIII. 74. et ad terrestres id vocubulum transtulit, quum Servii Tullii praetextas dixit teredinum non sensisse iniurias, annis DLX. Et Apsyrto τερηδόνες sunt equorum lumbrici. Vid. Constantin. in Lex. H.

n. Thripas) Θρίπας Theophr. H.

o. Quorum quidem alii putrescente succo) Verbum *quidem* demendum est, ex archetypo Toletano: Ego vero et dictionem etiam illam *succo*, aduentitiam esse existimo. Theophrastus libro quinto, capite quinto: *Vermium autem qui nasci in materie solent, alii putrescente materie generari solent, alii parientibus aliis vermibus. Pariunt enim vel in caesa materia vermes, quemadmodum in arboribus qui cerastae vocantur: quum scilicet tantum eroserunt atque excauauerunt, vt se circumagere possint.* Pint.

Et eorum alii) Vermium, inquit, quibus lignum eroditur, alii ex ipsa materie fiunt, putrescente succo, ἐκ τῆς οἰκείας σήψεως inquit Theophr. Alia a vermiculis aliis pariuntur, οἱ δ' ἐκ τικτόντων ἑτέρων. Pariunt enim vel in caesa materie vermes, quemadmodum in ipsa arbore is qui κεραστής, hoc est, cornutus appellatur: qui quum tantum corroserit, vt circumagere se commode possit, tum gignit alium. Sic Theophr. l. c. In fico praesertim nasci cerasten dicetur, L. XVII. s. 37. H.

raſtes vocatur. Quum tantum *p.* eroſerit, vt circumagat ſe, generat alium. Haec *q.* naſci [1] prohibet in aliis amaritudo, vt cupreſſo: [2] in aliis duritia, vt buxo. Tradunt *r.* et abietem circa germinationes *s.* decorticatam, qua diximus luna *t.*, aquis non corrumpi. Alexandri Magni comites prodiderunt, in Tylo *u.* Rubri maris inſula arbores eſſe, ex quibus naues fierent: [3] quas CC. annis *x.* durantes inuentas: et ſi mergerentur, incorruptas. In eadem *y.* eſſe fruticem baculis tantum idoneae craſſitudinis, varium *z.* tigrium maculis, ponderoſum:

1. *prohibent. M.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. aliis duritia omiſſa in Gr. et Al.* 3. *quaſi. M.*

p. Quum tantum eroſerit, etc.) Vt ὥσπερ μυόδοχον, vt murium modo foſſam ſibi latebramque excauauerit. Theophr. *Dalec.*

q. Haec) Omnia, nempe haec vermium infeſtantium genera. H.

r. Tradunt etc.) Theophr. l. c. Φασὶ δὲ καὶ τὴν ἐλάτην φλοισθεῖσαν ὑπὸ τήν βλάστησιν ἀσαπῆ διαμένειν ἐν τῷ ὕδατι.

s. Circa germinationes decorticatam) Theophr. cap. 5. L. V. hiſt. Vide ſupra c. 25. huius libri. *Dal.*

t. Qua diximus) Sect. 74. H.

u. In Tylo) Theophr. Hiſt. V. 6. H.

Quas cc. annis durantes inuentas) Verbum *durantes* ſuperuacaneum putamus, et caueto ne illo *quas*, naues referri putes. Theophraſtus L. V. c. 6. *In Tylo autem Arabiae inſula materiem eſſe affirmant ex qua naues aedificant, quae mari incorrupta pene perdurat: quippe quum annos plus quam ducentos demerſa, immunis ab omni offenſa ſeruetur.* Pint.

x. Quas CC annis) Quas arbores per annos ducentos in aquis obrutas, omnis noxae expertes inuenere, inquit Theophr. l. c. Διαμένει γὰρ τὸ ξύλον ἔτη πλείω ἢ διακόσια καταβυθιζόμενον. H.

y. In eadem) Theophr. l. c. H.

z. Varium) Colorum varietate tigrium maculoſae pelli aſſimilem. H.

sum: [1] et quum in *a.* spissiora [2] decidat, vitri modo fragilem.

LXXXI. (XLII.) Apud nos *b.* materiae finduntur aliquae sponte: ob id architecti eas fimo illitas siccari *c.* iubent, vt afflatus non noceant. Pondus sustinere *d.* [3] validae, abies, [4] larix *e.*, etiam in transuersum positae. Robur et olea [5] incuruantur, ceduntque ponderi. Illae renituntur, nec temere rumpuntur: priusque carie, quam viribus deficiunt. [6] Et palma *f.* arbor [7] validae: in diuersum

1. *et cum in solidiora incutitur, fictilium modo frag. Theophr.* 2. *decidit. M.* 3. *Valide. Alii.* 4. *Pinus. Theophr.* 5. *incuruatur, ceditque. M incuruant, etc. Ch.* 6. *Et palmae arbor inualida: in diuersum enim curuatur. At populus contra omnia inferiora pandatur; palmae contrario fornicatur. Gr. et Al.* 7. *valida. M.*

a. Quum in spissiora) Quum in solidiora corpora aut sponte deciderit, aut quis de industria proiecerit. Theophr. Ὅταν δέ τις ῥίψῃ πρὸς στερεώτερον τόπον, καταγνῦσθαι, καθάπερ τὰ κεράμια, fictilium modo. H.

b. Apud nos materiae, etc.) *Lotum et alias, e quibus cardines fiunt, ne findantur, fimo bubulo illinunt, vt siccetur et diffletur paulatim medullae humor.* Theophr. c. 7. L. V. hist. Male Plinius. *Dalec.*

c. Siccari iubent) Materias, siue arbores: ne aere perflante findantur. Fimum bubulum adhibet Theophr. Hist. V. 7. H.

d. Sustinere valide) Ἑλληνισμός βάρος δ' ἐνεγκεῖν ἰσχυρά. Theophr. *Dal.*

e. Abies, larix) Theophr. l. c. Βάρος δ' ἐνεγκεῖν ἰσχυρὰ καὶ ἡ ἐλάτη καὶ ἡ πεύκη. Plin. rursum πεύκη larix. Porro hellenismus est, *validae sustinere*, pro *sustinent valide.* H.

f. Et palma arbor inualida: in diuersum enim curuatur. At populus, etc.) Scribo, *Et palmae arbor valida: in diuersum enim curuatur. Nam quum omnes in inferiorae pandentur, palma e contrario fornicatur:* reliqua falso adiecta sunt, ex Theophrasto libro quinto capite septimo. *Pint.*

ſum *g.* enim [1] curuatur: et populus *h.* Cetera omnia inferiora pandantur *i.*: palma e contrario [2] fornicatim, *k.* Pinus et cupreſſus aduerſus cariem tineaſque firmiſſimae. Facile pandatur iuglans *l.*: fiunt

1. *curuatur et populus. Contra. M. Pariſienſe. et Gr.* 2. *fornicatim M. ex contr. fornicatim. Ch. fornicatur Gr.*

f. Arbor valida) Vide Not. et Em. N. XXXIII. (hic adi.) *Et palma)* Sic reſtituimus tum ope codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. etc. tum maxime ex re ipſa, et admonitu Theophraſti, cuius Graeca verba ſunt eiuſcemodi cum Plinio mire conſentientia: libro nempe V. c. 7. Ἰσχυρὸν δὲ καὶ ὁ Φοῖνιξ. Ἀνάπαλιν γὰρ καὶ ἡ κάμψις ἢ τοῖς ἄλλοις γίνεται· τὰ μὲν γὰρ εἰς τὰ κάτω κάμπτεται, ὁ δὲ Φοῖνιξ εἰς τὸ ἄνω. Prius *arbor inualida* inſulſe legebatur. H.

g. In diuerſum) Contra quam ceterae arbores: nam eae in inferiora curuantur: palma ſe fornicatim flectit. H.

h. Et populus) Vide N. et Em. N. XXXIV. (hic conſp.) *In diuerſum)* Intricata ac plane obſcura ſententia, vel potius nulla, prius legebatur: *In diuerſum enim curuatur. At populus contra omnia inferiora pandatur: palma e contrario fornicatur.* Habent haec verba *et populus* MSS. omnes: quamobrem ea expungere religio fuit. Alias nec agnoſcit ea Theophraſtus, loco proxime allato: nec de populo idne ſit verum, perinde ſcilicet ac palmam reniti, ſurſumque pandari, experiri adhuc licuit. Deinde pandantur vnanimi conſenſu eadem exemplaria manu exarata exhibent: *et fornicatim*: Nos ex coniectura, vt remur, haud temeraria, *cetera* pro *contra* ſubſtituimus, Theophraſtum ad verbum ſequuti: ἄλλα μὲν γὰρ etc. Nam *contra omnia inferiora pandari* nec Plinius certe dixerit, nec quid illud ſit demum, Oedipus ipſe ſane intellexerit. H.

i. Pandantur) Curuantur, ceduntque ponderi. Plinius XI. 10. de apibus, *Totaeque onuſtae remeant ſarcina pandatae.* H.

k. Fornicatim) Formicis in morem ſurſum verſus curuatur. Plinius IX. 10. *Ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerinis a ſolo fornicatis.* Et *fornicatio* Vitruuio nota et Senecae vox eſt. H.

l. Iuglans) Εὐβοϊκὴ καρύα.

fiunt enim et ex ea trabes. [1] Frangi se praenunciat strepitu *m.*: [2] quod in Antandro *n.* accidit, quum e balneis territi sono profugerunt. Pinus, piceae, alni ad aquarum ductus [3] in tubos cauantur. Obrutae terra plurimis durant annis. Eaedem si non integantur, cito senescunt: [4] mirum in modum fortiores, si humor extra quoque superfit.

LXXXII. Firmissima [5] in rectum abies *o.* Eadem

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. frangique se Gr. et Al.* 2. *quod et in Andro. M. quod in Andro Ch.* 3. *intus cauantur. M. in stubos cauantur. Vet.* 4. *miro modo. M.* 5. *Sic et Ch. intra tectum M. firmissima ad tectum Gr. et Al.*

ῥύα. Castanus, Theophr. cap. 7. L. V. histor. qui illam sonitu se frangi praenuntiare quidem scribit, sed non facile pandari, quod ait Plinius. *Dalec.*

Iuglans) Non iuglandem Theophr. l. c. sed castaneam dixit, καρύαν Εὐβοϊκήν. Verum ea vide quae dicturi sumus in N. et Em. N. XXVIII. p. 469. H.

m. Strepitu) Crepitu, ψόφῳ. Theophr. Hist. V. 7. H.

n. In Antandro) Theophr. l. c. de castaneae materie, trabibusque, vt diximus, non iuglandis. In MSS. *in Andro.* At Theophr. ἐν Ἀντάνδρῳ. H.

o. Firmissima ad tectum abies, etc.) Eo loco libri scribunt: *firmissima in rectum abies.* quae verissima lectio; firmissimam ait esse abietem in operibus quum recta statuitur. *In rectum* εἰς ὀρθόν. Et sciendum est *intestinum opus* proprie dici, quod ex ligno fit, sed elegantiore fabrica, et ea arte quam minutiariam nunc appellamus. Veteres quoque λεπτεργίαν dixere. Vide *Salmas.* p. 1034. a. Sequentia sic lege: *Ad incitatos runcinarum actus. Eadem et fabris maxime sociabilis glutino.* Salmas. p. 1034. b.

Firmissima in rectum) Si recta statuatur. Vide N. et Em. N. XXXV. (hic pos.) *Firm.*) Ita Chiffl. Codex, aliique probatissimi. At libri omnes editi, *firmissimae ad tectum.* Minus certe sincere. Nam Theophr. Hist. L. V. 7.

dem valuarum [1] repagulis *p.*, et ad quaecumque libeat inteſtina *q.* opera aptiſſima, ſiue Graeco, ſive Campano, ſiue Siculo fabricae artis genere ſpectabilis: ramentorum *r.* crinibus, pampinato ſemper orbe ſe voluens ad incitatos runcinarum raptus. Eadem et [2] curribus maxime ſociabilis glutino, in tantum, vt findatur [3] ante *s.*, qua ſolida eſt. *t.*

LXXXIII. (XLIII.) Magna autem *u.* et [4] glutini

Hh 2

1. *paginis.* *Cb.* 2. *currulis.* *M.* *currulibus.* *M.* *alterum.* 3. *ante, quam.* *Cb.* 4. *glutinatio.* *Cb.*

7. ficum validam eſſe dicit, quum recta ſtatuitur; magis vero abietem: *ἰσχυρόν δὲ τὸ τῆς συκῆς, πλὴν εἰς ὀρθόν· ἡ δὲ ἐλάτη μάλιςα ὡς εἰπεῖν ἰσχυρόν.* H.

p. Valuarum repagulis) In MSS. omnibus, *valuarum paginis:* haud poenitenda lectione: videntur enim paginae valuarum appellari aſſeres, quibus ipſae compinguntur, coagmentanturque, ac veluti compaginantur valuae. H.

q. Inteſtina) De his. ſ. 76. H.

r. Ramentorum) Ramenta, inquit, abietis, dum ſinguli runcinae ictus rapiunt, raduntque, ea tum conuoluuntur in modum crinium, et in orbem, inſtar tortilis pampini, hoc eſt, clauiculae vitium. Runcina inſtrumentum eſt ferreum, quo ligna aſpera lignarii fabri laeuigant: *le Rabot.* Pampinum pro clauicula, capreoloque vitis accipi, monuimus, ſ. 63. H.

s. Vt findatur ante) Ante, inquit, ſociata glutino materies, ea parte findetur, qua ſolida eſt, quam qua adglutinatur. Numquam enim diſſociatur, quod ſemel glutinatum ſit: *οὐδὲ γὰρ ὅλως οὐδὲ ῥήγνυσθαί φασιν, ἐὰν κολληθῇ.* Theophr. Hiſt. V. 7. H.

t. Qua ſolida eſt) Quam qua adglutinatur. Numquam enim diſſociatur ſemel glutinata. Theophr. *Dalec.*

u. Magna autem et glutini ratio, etc.) Sic legend. *Magna autem et glutini ratio propter ea quae ſectilibus laminis, ac in alio genere operiuntur ſtaminea. In hoc vſu improbant venam, et vocant feſtuceam, quoniam lacunoſe criſpa in omni genere et glutinum abdicat. Quaedam et inter ſe, etc. Staminea* igitur vocat, quae alio ligno intingebantur, quae alii

tini ratio, propterea quae sectilibus laminis *x.*, [1] ac in alio genere *y.* operiuntur. Stamineam *z.* in hoc vsu probant venam, et vocant [2] feruleam *a.*, argu-

1. *aut.* *Dal.* 2. *Sic et M.* *fertilem.* *Gr. et Al.*

alii ligno intingebantur, quaeque vicem staminis siue statuminis praebebant. Nam laminae superinductae subteminis instar obtinebant. *Festuca* vel festucea vena in ligno, discursus est venosus et crispus ad instar festucae lacunosus. Vel quod exempta illa festuca, lacunae in ligno remanent. *Salmas.* p. 417. a. b.

x. Sectilibus laminis) Ἐπικολλήματα vocat Theophr. cap. 4. L. IV. *Dalecamp.*

Sectilibus laminis) E pretiosiore maxime ligno: vt exempli gratia, e citro. Sectiles laminae a nostris appellantur *Pieces de rapport*: mensae, pauimenta, ceteraque, quae his operiuntur; *Ouvrages de marqueterie.* H.

y. Ac in alio genere, etc.) Vt testudinum secamentis. *Dal.*

In alio genere) In alio genere ligni ac materiei: quum diuersi generis ligna socianda sunt, et conglutinanda. Sed praeterea et secamenta testudinum signari hoc loco a Plinio cum Dalecampio arbitramur. Vide sect. sq. H.

z. Stamineam etc.) Rectissimam. Stamineam venam materiarii vocant *Maitresse veine.* Dal.

Stamineam in hoc vsu) In eo ligno quod cum altero sociandum est, staminea maxime vena deligitur, hoc est, rectissima: longissimaque, instar staminis, *la maîtresse veine.* H.

a. Feruleam) Ob similitudinem cum caule ferulaceo: crispa nimirum vena, et in tenues veluti scissa lacinias, vt sunt ferulae folia: quod in omni arborum genere euenit. Sic plantaginis *laciniosa folia* Plinius appellat, L. XXV. 77. Vide Not. et Emend. N. XXXVI. (paulo post) Ducta translatio a laciniis vestimentorum, quae caesuratim sectae et quasi diuisae sunt. *Feruleam*) Sequuti sumus summa fide vestigia codicum R. Colb. Th. Chiffl. et vet. Dalec. in quibus *feruleam,* et *lacunose* legitur: quae vox totidem ductus et apices litterarum habet quot ista, *laciniose*: non, vti in editis *fertilem,* et *lacrimose crispa.* *In omni genere et glutinum abdicant quaedam*, etc. aut vti Salmas. in Solin. p. 317. *Festuceam*, quam secum ipse pu-

argumento similitudinis, quoniam [1] laciniose crispa, in omni genere. *b.* Et glutinum abdicant quaedam, et inter se et cum aliis insociabilia glutino, sicut robur: [2] nec fere cohaerent, nisi similia *c.* natura: [3] vt si quis *d.* lapidem lignumque coniungat. Cornum maxime [4] audit sorbus *e.*, carpinus, buxus, postea tilia. Cuicumque operi *f.* faci-

1. *lacunose. Ch. lacunosa et crispa in omni genere glutinum abdicat. Quaedam inter se. M. Lacrimose crispa. In omni genere et glutinum addicant quaedam Gr. et Al.* 2. *Sed in M. d.* 3. *vt sicut quis lapidem lignumque non coniungit. M vtrumque. Legit, et coniungit. Ch.* 4. *odit. Vet.*

pugnans et probari maxime in hoc vsu cupit, hoc est, in glutinatione, et glutinum simul abdicare. Sic enim interpungi iubet: *In hoc vsu probant venam, et vocant festuceam, quoniam lacunose crispa in omni genere, et glutinum abdicat. Quaedam et inter se, etc.* Nam omnibus libris vel ipso fatente, *probent*, constantissime legitur. Itaque noua coniectura mox paulo legi censet oportere: *in hoc vsu probant: improbant venam etc.* Denique de staminea vena, et de lacunoso crispatu, et de festuca dicit, quae festucea videri possint: nec sibi ipsi satisfacit: nobis vero multo minus. H.

b. In omni genere et glutinum, etc.) *Pino et abieti quercus aeque non adglutinatur: altera enim* (pinus) *spissa, rara altera*(abies)et altera (*pinus*) similior: altera (*abies*) *minus similis. Simili vero natura esse oportet quae coalescere et compingi debent, non contraria, seu lignum et lapidem.* Theophrast. Dal.

c. Nisi similia natura.) Theophr. c. 8. L. V. hist. *Dalec.*

Nisi similia) Ὁμοιοπαθῆ, inquit Theophr. Hist III. 8. H.

d. Vt si quis) Is sane frustra foret, et glutinum perderet, et operam. H.

e. Audit sorbus) Admittit, eique glutini ope cohaeret, ac sociatur. Ita libri omnes, etiam MSS. H.

f. Cuicumque operi) Haec apud Theophr. Hist. V. 7. Εὐκαμπτα δὲ, ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅσα γλισχρὰ· διαφέρειν δὲ δοκεῖ συκάμινος καὶ ἐρινεός. H.

facilia, flexilia omnia, quae lenta diximus *g.*: praeterque, morus et caprificus. [1]Serrabilia *h.*, ac sectilia, quae modice humida. Arida enim [2]lentius *i.* serrae cedunt: viridia, praeter robur et buxum pertinacius resistunt, serrarumque dentes replent aequalitate inerti *k.*: qua de causa alterna in-

1. *fissilia. Theophrast. c. 8. V. hist.* σχιςὰ *Quidam, Dolabilia. Durabilia Gr. et Al.* 2. *latius (leg. lentius ter ascendunt. leg. serrae cedunt) Viridia praeter. M. vtrumque. arida enim laetius, quam viridia, ferris cedunt: praeter robur et buxum, pertinacius resistunt. Gr. et Al.*

g. Lenta diximus) Sect. 77. H.

h. Serrabilia) Quae secari serra facile possunt. Sectilia, quae securi. Εὔπριςα καὶ εὔσχιςα. Vide Not. et Em. N. XXXVII. (hic adi.) *Serrabilia*) In libris omnibus editis hactenus legebatur, *Durabilia ac sectilia.* Dalecampius reponere nitebatur, *Dolabilia.* In MSS. R. Colb. et aliis, *furabilia*, legimus. At haud dubie *serrabilia* scripsit auctor: vt et Theophr. Hist. V. 8. Εὔπριςα δὲ καὶ εὔσχιςα τὰ ἐνικμότηρα τῶν πάμπαν ξηρῶν. H.

i. Arida enim latius, etc.) *Arida enim* (παύονται) *cedunt ignauius, nec appressum occursumque serrae sustinent, alia resistunt et obluctantur, serramque hebetant.* Theophr. Lego, *Aridae enim lentius ferris cedunt: viridia praeter robur, et buxum pertinacius resistunt* (καὶ συμμύει Theophr.) *et committuntur.* Dal.

Arida enim) Arida, inquit, cedunt ignauius, nec appressum occursumque serrae sustinent, τὰ μὲν γὰρ πχύονται. Viridia resistunt et obluctantur, τὰ δὲ ἵςανται. Theophr. Hist. V. 8. Et prius, c. 6. Σιδήρια δύνανται τέμνειν μᾶλλον τὰ σκληρὰ τῶν μαλακῶν, etc. H.

k. Aequalitate inerti) Opus impediente, ἀέργῳ. Theophrast. Inefficaci dentium occursu, quum eorum inaequales proiecturas aequauit scobs impacta. *Dal.*

Aequalitate inerti) Ita replent serrae dentes, et inaequales proiecturas aequant scobe impacta, et adhaerescente, vt serram deinde ipsam inertem reddant, neque

inclinarione *l.* egerunt scobem. Obedientissima quocumque in opere fraxinus, eademque hastis *m.* corylo melior, cornu leuior, sorbo [1] lentior. Gallica [2] vero, etiam *n.* ad currus flexibilis *o.*, vitem aemularetur vlmus, ni pondus esset in culpa.

LXXXIV. Facilis et fagus *p.*, quamquam fragilis et tenera. Eadem sectilibus laminis [3] in tenui *q.* flexilis, capsisque ac scriniis sola vtilis. Se-

 ca-

1. *lentior Gallica, etc. flexibili. M.* 2. *Gallica vero flexibilis. Vitem aemularetur vlmus Gr. et Al.* 3. *tenuis et flex. Vet. interim vel in tenue, vel, in tenuia. flexilis. Dal.*

neque aptam ad secandum. H.

l. Alterna inclinatione) Serrae dentes alterna inclinatione permutant, vt scobs facilius egeratur: Διὸ καὶ παραλλάττουσιν ἀλλήλων τοὺς ὀδόντας, ἵνα ἐξάγηται τὰ πρίσματα, Theophr. hist. V. 8. H

m. Eademque hastis) Vide quae diximus, s. 24. H.

n. Gallica vero etiam ad currus flexibilis. Vitem aemularetur vlmus, ni pondus esset in culpa.) Legendum permutatis dictionibus puto, *Gallica vero vlmus etiam ad | currus flexilis. Vitem aemulatur, ni pondus esset in culpa.* Quamquam quinque verba nouissima aliena suspicor esse, non Plinii. Porro meminisse oportet, Plinium supra c. 18. inter genera vlmorum, secundum genus fecisse Gallicas vlmos: capite vero XIIII. vbi de fraxino disseruit, nullam Gallicae fraxini mentionem habitam. *Pint.*

o. Ad currus flexibilis) Facile curuatur, flectiturque in rotas, vlmus Gallica, de qua s. 29. eaque ligni bonitate vitem aemularetur, | ni ponderosior foret. H.

p. Facilis et fagus, quamquam. etc.) Legendum videtur *taxus*, non *fagus*, et mox paulo non *sectilibus*, sed *plectilibus* seu *plexilibus*. sic enim magis explicatur intellectus verbi Graeci παρακολλήματα, hoc est, conglutinationes. Theodorus vt in Plinio inuenit, sic in Theophrasto transtulit *sectilibus*. Lege Theophrastum libro v. capite octauo. *Pint.*

q. In tenui) Modo tenues eae laminae fuerint, erunt eaedem et flexiles. H.

catur in laminas *r.* praetenues et ilex, colore quoque non ingrata: sed maxime fida iis quae terantur, vt rotarum *s.* axibus: ad quos lentore fraxinus vtilis, sicut duritia ilex, [1] et vtroque *t.* legitur vlmus. Sunt vero et parui vſus *u.* fabrilium miniſteriorum inſignes. Ideoque *x.* proditum [2] terebris vaginas ex oleaſtro, buxo, ilice, vlmo, fraxino, vtiliſſimas fieri. Ex iiſdem malleos, [3] maioreſque e pinu et ilice. Eſt his autem *y.* maior ad firmitatem [4] cauſa tempeſtiuae caeſurae, quam immaturae: quippe quum ex olea *z.*, duriſſimo ligno

1. ex M. et ad vtrumque legitur vl. Vet. et ad vtrumque legitima vlmus. Vet. alii, et vtraque leuior Dal. 2. τερέτριον, *Theophraſt. ſic reddit. 3. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Cb quam e. M. maiores quoque e pinu Gr. et Al. 4. cauſa maturae tempeſtiuitas caeſurae. Aliquando ex olea, etc. germinauerunt.*

r. Secatur in laminas praetenues et ilex) Ilex commendatur ad axes et vehicula, quae aguntur vnica tantum rota (μονοςρόφες ἁμάξας) *item iuga lyrarum et pſalteriorum.* Theophr. *Dal.*

s. Vt rotarum axibus) Theophr. l. c. Πρῖνος δὲ πρὸς ἄξονάς τε, καὶ μονοςρόφες ἁμάξας, etc. H.

t. Ex vtroque) Et ob vtramque dotem, lentitiam nimirum, duritiemque, ad rotarum axes vlmus ſeligitur. H.

u. Sunt vero et parui vſus) Parua inſtrumenta in fabrili arte, ſed ea tamen inſignia. H.

x. Ideoque proditum, etc.) Malleolus et terebra ex oleaſtro optima fiunt; quamuis et buxeis, vlmeis, fraxineiſque vtantur. Malleos magnos ex picea faciunt. Theophr. c. 9. L. V. hiſt. *Dalec.*

Terebris vaginas) Terebra, inſtrumentum quo ligna perforantur: *vne tariere, vn vilebréquin.* Vagina manubrium eſt, *le manche,* et *la poignée.* H.

y. Eſt his autem) Materiae illi firmitas maior, quae ſit tempeſtiue caeſa, quam illi quae immature. H.

z. Ex olea) Idem ibid. c. 10. L. V. *Dal.*

gno, cardines in foribus diutius [1] immoti, plantae modo germinauerint. Cato *a.* vectes aquifolios, laureos, vlmeos fieri iubet. Hyginus manubria rusticis carpinea, ilignea, cerrea. Quae in laminas secantur, quorumque operimento vestiatur alia materies, praecipua sunt citrum, terebinthus, aceris genera, buxum, palma, aquifolium *b.*, ilex, sambuci radix, populus. Dat et alnus *c.*, vt dictum est *d.*, [2] tuber sectile *e.*, sicut citrum, acerque. Nec aliarum tubera in pretio. [3] Media pars arborum crispior, et quo propior radici, minoribus magisque flexilibus *f.* maculis. Haec prima *g.* origo luxuriae, arborem alia integi, et viliores ligno

 pre-

1. *Immorati M.* 2. *suber. Cb.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. media pars crispior. M. mediaque pars arborum Gr. et Al.*

a. Cato vectes aquifolios, laureos) Desideratur verbum, *iligneos*, ex ipso Catone, c. 31. *Vectes iligneos, aquifolios, laureos, aut vlmeos facito vti sient parati.* Pint.

Cato) De R. R. c. 31. p. 29. *Vectes iligneos, aquifolios, laureos, vlmeos, facito vti sient parati. H.*

b. Aquifolium) Aquifolia ilex, de qua l. 8. H.

c. Dat et alnus vt dictum est, tuber sectile, sicut citrum acerque) Scribo permutatis verbis, *Dat et alnus tuber sectile sicut citrum acerque, vt dictum est.* Etenim relatum hoc est libro tertio decimo, capite quintodecimo, et lib. praesenti capite trigesimo octauo. *Pint.*

d. Vt dictum est) Sect. XXVII. H.

e. Tuber sectile) In radice. *Dalec.*

f. Flexilibus) Flexuosis. H.

g. Haec prima origo luxuriae, etc.) Legendum: *Haec prima origo luxuriae, arborum, alia integi, et vilioris ligni se pretiosiore corticem fieri, vt vna arbor saepius vaeniret: excogitatae sunt et ligni bracteae: Nec satis, etc.* lectorum illae laminae etiam ex testudine secta fieri solitae, quam et pingebant ligni colore. *Salmas.* 316 b.

pretiosiores [1] cortice *h.* fieri: Vt vna arbor saepius veniret *i.*, excogitatae sunt *k.* et ligni bracteae. Nec satis: cepere tingi animalium cornua; dentes secari *l.*: lignumque ebore distingui, mox operiri. Placuit deinde materiam et in mari quaeri. Testudo in hoc *m.* secta. Nuperque *n.* portentosis ingeniis principatu Neronis inuentum, vt pigmentis perderet se, plurisque veniret imitata lignum. Sic

1. *cortice fieri, vt vna arbor saepius veniret. Excogitatae etc. Gr. et Al.*

h. Cortice) Ob laminam superadditam pretiosiores haberi arbores. H.

i. Vt vna arbor saepius vaeniret) Priusquam in laminas secetur, et quum secta fuerit. *Dalec.*

Vt — saepius veniret) Vt saepius venalis esset: primum quidem, prius quam secaretur in laminas: iterumque, quum secta esset in eas laminas, bracteasue. H.

k. Excogitatae sunt etc.) Ebur illud et cornu quo lignum operiebatur et distinguebatur, cestro etiam inuri solebat, et cestrotum fieri. inde *cestrota forium ornamenta*, Vitruu. vide *Salmas.* 231. b.

l. Dentes secari) Ebur. H.

m. Testudo in hoc.) In hos vsus. H.

n. Nuperque portentosis, etc.) Legend. *Nuperque portentosis ingeniis principatu Neronis inuentum, vt pigmentis perderetur, imitata lignum.* Subiicit: *sic lectis pretia quaeruntur, sic terebinthum vinci iuuat, sic citrum pretiosius fieri, sic acer decipi.* Testudo picta terebinthini ligni colore, terebinthum ipsam vincebat. eadem citri instar picta, factitium erat citrum, vero citro pretiosius: sic citrum pretiosius fiebat quam nascebatur. *Acer* autem *decipi* intelligendum de testudine, quae aceris colorem accipiebat per picturam, quaeque verus acer sic videbatur. Sequentia sic legenda: *modo luxuria non fuerat contenta ligno: iam lignum et e testudine facit.* quod enim testudo in ligni figuram pingeretur, lignum e testudine faciebat luxuria. *Salmas.* 416. b. 417. a.

Sic [1] lectis pretia quaeruntur: sic therebinthum *o.* vinci iubent, sic citrum pretiosius fieri, sic acer decipi. Modo luxuria non fuerat contenta ligno: iam lignum *p.* enim [2] e testudine facit.

LXXXV. (XLIV.) Vita *q.* arborum quarumdam immensa credi potest, si quis profunda mundi et saltus inaccessos [3] cogitet. Verum ex his quas memoria hominum custodit, durant in Literno Africani prioris manu satae oliuae. Item myrtus eodem loco conspicuae magnitudinis. Subest specus, in quo manes eius custodire draco traditur. Romae vero lotos in Lucinae area, anno *r.* qui fuit sine magistratibus [4] CCCLXXIX. Vrbis

1. *litis. Ch.* 2. *testudine. M. Iam lignum emi testudinem facit. Gr. et Al.* 3. *cogitat. M.* 4. *CCCLXIX. Gr. et Al.*

o. Sic terebinthum vinci iubent) In Syria nigrum testudinis colore superari. *Dalec.*

Sic terebinthum) Sic terebinthum, inquit, vinci volunt, picta testudine terebinthini ligni colore: testudinem instar citri pictam, citro ipso fieri pretiosiorem: denique eamdem aceris colore imbutam, pro acere vero ac natiuo accipi. H.

p. Iam lignum enim e testudine facit) Testudine picta in ligni similitudinem. Vide N. et Em. N. XXXVIII. (hic. consp.) *Iam*) Summa fide sinceram huius loci lectionem repraesentamus, a nobis e codice R. 2. erutam, et Colb. In R. 1. *iam lignum enim e testudine.* Corruptius ab interpolatoribus editum in libris vulgatis, *emi testudinem.* Longe libentius tamen sic agnosceremus, *iam lignum etiam e testudine facit*: vt mutabilem luxuriae libidinem coargui intelligas, quae modo ligno contenta non fuerat, nunc vel in ipsa testudine lignum quaerit. H.

q. Ad inscr. de arborum aetate) Theophrast. c. 14. L. IV. histor. et cap. 15. L. II. Causs. *Dal.*

r. Anno — CCCLXXIX) Vide N. et Em. N. XXXIX (hic adi.) *Anno*) Quo nempe anno haec Plinius litteris consignabat, qui fuit Vrbis,

bis, aede condita, incertum ipſa quanto vetuſtior. Eſſe quidem vetuſtiorem non eſt dubium, quum ab eo luco Lucina nominetur *s.*: haec nunc *t.* circi-

Vrbis, vt ſaepius adnotauimus, DCCCXXX, qui numerus annorum ex vtraque illa ſumma exiſtit, ſi annum vnicum exceperis: quamobrem is *circiter* caute adiecit. In libris porro ante nos editis detracta denarii nota legebatur modo CCCLXIX. Vt ob in MSS. R. 4763. et 4972, in Vaticano autem, aliiſque CCCCLXIX errore minime obſcuro, vel duplici ex capite. Nam et vtraque ſumma indicat haud dubie Plinius annos Vrbis conditae, ad illud vſque tempus quo haec commentabatur: et annum CCCLXIX non ſine magiſtratibus fuiſſe, Chronologi omnes confitentur, ſed ſub Tribunis militum Conſulari poteſtate: quum iidem perhibeant anno CCCLXXIX ἀναρχίαν illam quinque annorum cepiſſe: quod altercatione orta patricios inter et plebeios, ob legem latam a Tribunis plebis anno anteriore, de plebeio altero creando conſule, patribuſque acerrime obſiſtentibus, nullum curulem Magiſtratum paſſi ſunt fieri Tribuni. H.

s. Lucina nominetur) Lucina ſiue Lucetia, Iuno aliis dicitur. Tibullo Natalis, Graecis γενναῒς vel γεννετυλλὶς aliis Diana, quae et Εἰλείθυια, ὠκυτόκος, μογοςόκος, προθυραία, vtraque ſic nominata, vel a luco vt auctor putauit, vel a luce, quam recens natis praebet, et quoniam partuum, qui adhuc vtero geſtantur, menſes regit. Catullus, *Tu Lucina dolentibus dicta puerperis*. Ouidius: *Gratia Lucinae dedit haec tibi nomina lucus*: *Aut quia principium tu Dea lucis habes*: *Parce, precor, grauidis facilis Lucina puellis Maturumque vtero molliter aufer onus*. *Idem*: *praepoſitam timidis parientibus Eilethyan*. Theocritus in Daphnide: χαλεπὸν βέλος Εἰλειθύιας. Orpheus in hymnis: Ἄρτεμις Εἰλείθυια καὶ ἡ σεμνὴ προθυραία. Fabuloſa multa de Eileithya vide apud Pauſaniam in Arcadicis. Lilius Gyraldus: λυσίζωνον etiam quidam vocauerunt ὅτι λύει τὸ ἐσφιγμένον τῶν κόλπων. Rhodig. c. 24. XXVIII. Dicitur et Marcellino ὀρσολοχεία παρὰ τὸ ὄρειν τοῦτ' ἐστὶν ὀτρύνειν τὴν λοχείαν. Hadr. Iun.

circiter annum CCCCL. habet. Antiquior illa *u.* eſt, ſed incerta eius aetas, quae capillata dicitur, quoniam Veſtalium *x.* virginum capillus ad eam defertur.

LXXXVI.

un. cap. 23. IV. Plaut. in Trucul. *Date mihi huc ſtactem, atque ignem in aram, vt Venerer Lucinam Deam.* et paulo poſt: — *fer huc verbenam mihi, thus, et bellaria: Date aquam manibus.* Dalec.

Lucina) Ouid. Faſt. II. 449. *Gratia Lucinae: dedit haec tibi nomina lucus: Aut quia principium in Dea lucis habes.* H.

t. Haec nunc) Aedes Lucinae. H.

u. Antiquior illa) Arbor ſcilicet, cuiuſcumque illa generis fuit. Feſtus: *Capillatam, vel Capillarem arborem dicebant, in qua capillum tonſum ſuſpendebant.* H.

x. Quoniam Veſtalium, etc.) Apud Polyaenum Theſeus crines anteriores capitis radit, quos Diis ſacros dicat; non quod ait Plutarchus, ne vetuſto more παρέσχοι ἐκ τῶν τριχῶν πολεμίοις. Apud Suet. in Nerone cap. 12. Nero gymnico, quod in ſeptis edebat, inter buthyſiae apparatum barbam primam poſuit conditam in auream pyxidem, et pretioſiſſimis margaritis adornatam Capitolio conſecrauit. Apud Petronium in Satyra, Trimalcionis barba pyxide aurea non puſilla condita fuit, in armario porticus, intra aediculam, cum laribus, et Veneris marmoreo ſigno. Feſtus in voce capillata. Tondebantur ergo et Veſtales, quum in ſanctum id collegium receptae a pontifice certo carmine ſacrarentur, ac Diis vouerentur. Nec abſimilis fuit Graecorum conſuetudo, primum iuuenum comam demendi, quae vel Deo, vel flumini cuipiam offerretur. Hom. Iliad. 23. de Achil. Στὰς δ᾽ ἀπάνευθε πυρῆς, ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην, τήν ῥα Σπερχειῷ ποταμῷ τρέφε τηλεθόωσαν. Varro apud Nonium. *Itaque Ambraciae primum capillum puerilem demptum, item cirros ad Apollinem ponere ſolent.* Victorius cap. 23. VI. Alia quidem cauſa eſt, cur apud Euripidem mors, non, quod Seruius putat, Mercurius, eorum quibus fatalis aduenit dies, crinem, veluti Diis Manibus ſacrum, haſta libat, Θαν. ϛείχω δ᾽ ἐπ᾽ αὐτήν, ὡς κατάρξομαι ξίφει, Ἱερὸν γὰρ οὗτοι τῶν κατὰ

LXXXVI. Verum altera lotos in Vulcanali *y.*, quod Romulus conſtituit ex victoria de decumis *z.*, aequaeua Vrbi intelligitur, vt auctor eſt Maſurius. Radices eius in forum vſque Caeſaris per ſtationes *a.* municipiorum penetrant. Fuit cum

κατὰ χθονὸς θεῶν. Ὅτε ὁ δ' ἔγχος κράτος ἀγνίσῃ τρίχα. Ad quod alluſit Virg. IV. Aeneid. *Nam quia nec fato, merita nec morte peribat, Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem Abſtulerat, Stygioque caput damnauerat Orco.* Muret. in Var. cap. 16. de Veſtalium religione ac inſtitutis, honore dignatione; multa Alex. ab Alexad. cap. 12. V. Vide et eumdem cap. 18. L. V. Vt Flamines Diales inaugurabantur, ſic capiebantur Veſtales, virginibus e populo viginti lectis, Pontificis arbitratu, ac ſortitione ex eo numero in concione facta, vt cuius virginis ducta eſſet, Pontifex eam caperet, eaque Veſtae fieret. Gellius cap 12. II. *R*aeuardus cap. 19. Variorum. D*alec.*

Veſtalium—capillus.) Tondebantur eae, priuſquam in collegium receptae certo carmine a Pontifice Deo manciparentur et ſacrarentur. Sic apud Chriſtianos capillorum poſitio in viris feminiſque Deo dicatis, ſymbolum ſeruitutis eſt, qua ſe Numini, inſtar ſeruorum, mancipant: vnde *Serui Dei* nuncupantur: quod erant olim ſerui tonſi. Vide Du Cangium in gloſſ. verbo *Capilli.* Tonſos deinde crines priſci illi vel Apollini Delio, vel alteri Numini conſecrabant, vel ſuſpendebant ex arbore. H.

y. In Vulcanali) P. Victor in deſcriptione Vrbis Romae, regione quarta: *Area Vulcani, cum Vulcanali, vbi lotos a Romulo ſata, in qua area ſanguine per biduum pluit.* Vulcanal aedicula fuit Vulcano ſacra. H.

z. De decumis) De parte ſpoliorum et praedae decima. H.

a. Per ſtationes) Stationes, loca in quibus certo tempore coëunt et conſiſtunt homines. In foro Romano variae fuerunt: Senaculum, ſtatio, in qua, auctore Valerio cap. 12. ſenatores aſſiduam ſtationem peragebant; vt citati in curiam venirent: ſtatio municipum: ſtatio iuuenum, qui quum patres in curiam deduxiſſent, quod ait Valer. c. citato, valuis affixi expectabant, donec officio reducen-

cum *b.* ea cupreſſus aequalis; circa ſuprema Neronis principis prolapſa atque neglecta.

LXXXVII. Vetuſtior autem *c.* Vrbe in Vaticano ilex, in qua titulus aereis literis Etruſcis, religione arborem [1] iam tum dignam fuiſſe [2] significat. Tiburtes quoque originem multo ante vrbem Romam habent. Apud eos exſtant ilices tres, etiam [3] Tiburto *d.* conditore eorum vetuſtiores, apud quas inauguratus traditur. Fuiſſe autem eum tradunt filium Amphiarai *e.*, qui apud

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. iam tunc Gr. et Al.* 2. *ſignant. Vet.* 3. *Tiburte. Vet.*

ducendi fungerentur. Iuuenal. Satyr. II. — *omnis Conuictus, thermae, ſtationes, omne theatrum. De Rutilo*: Raeuard. cap. 7. IV. Varior. *Dal.*

Per ſtationes) Stationes Municipiorum inter Forum Auguſti, a P. Victore ſtatuuntur, in deſcript. Vrbis Romae, regione octaua. Locus videtur fuiſſe publicus, in quo poſt negotia ciues conuenirent, confabulandi gratia. Iuuenalis Sat. II. v. 4. *Omnis Conuentus, thermae, ſtationes, omne theatrum*, etc. Plinius Iunior, L. I. ep. 13. *Plerique in ſtationibus ſedent, tempuſque audiendis fabulis conterunt*, H.

b. Fuit cum ea cupreſſus) Eane quam Veſpaſiani aeuo reſurrexiſſe ſponte, auctor eſt Tacitus, Hiſt. L. II. p. 53. H.

c. Vetuſtior autem vrbe, etc.) Pauſaniae ſeculo, quod is ſcribit in Arcadicis, arbores vetuſtiſſimae fuerunt, Vitex Samia ad Iunonis aedem: Olea, in arce Athenis: Deli palma: Quercus Dodonaea, et Platanus Menelai, hic memorata, quam iuxta fontem Caphyis vicinum Menelaus ad Troianum bellum iturus ſeuit. *Dal.*

d. Tiburto conditore) Maro, Aen. L. VII. *Tum gemini fratres Tiburtia moenia linquunt, Fratris Tiburti dictam cognomine gentem.* H.

e. Amphiarai) Qui primus ſomniorum interpres fuit. Ad eius oraculum qui pergebant ſacro illi, et aliis diis, quorum nomina in ara ſculpta fuerunt, peracto luſtrati

apud Thebas obierit vna aetate *f.* ante Iliacum bellum.

LXXXVIII. Sunt auctores *g.* et Delphicam platanum Agamemnonis manu satam: et alteram in[1] Caphyis Arcadiae luco. Sunt hodie ex *h.* aduerso Iliensium vrbis, iuxta Hellespontum, [2] in Protesilai sepulcro *i.* arbores, quae [3] omnibus *k.*, aeuis *l.* quum in tantum accreuere, vt Ilium adspiciant, inarescunt, rursusque adolescunt. Iuxta vrbem autem

1. *Caphiar. Ch.* 2. *in Protesilia ipsa pulchrae. M.* *vtrumque. Strabo lib. XIII. iuxta Sigaeum promontorium, Protesileum esse tradit, et Eleusam.* 3. *omnibus ephebiis eius quum Gr. et Al.*

strati, arietis pelle substrata obdormiscentes, somnia captabant, quo modo ait Virgilius: *Pellibus incubuit stratis, somnosque petiuit.* Rhodig. cap. 14. *Dal.*

f. Vna aetate) Annis XXXVII. Vide Cl. Alex. Strom. L. I. Aetas et de annis triginta dicitur, auctore Seruio in Georg. III. Et saeculum Druidis olim, teste Plinio inferius, l. 95. H.

g. Sunt auctores) Theophr. Hist. IV. 14. Τινὲς δέ φασι, καὶ τὴν ἐν Δελφοῖς πλάτανον Ἀγαμέμνονα φυτεῦσαι, καὶ τὴν ἐν Καφύαις τῆς Ἀρκαδίας. H.

h. Sunt hodie ex aduerso, etc.) Legend. *Sunt hodie ex aduerso Iliensium vrbis iuxta Hellespontum in Protesilai sepulcro arbores quae ex omnibus ex eo aeuis quum in tantum adcreuere vt Ilium aspiciunt, inarescunt.* rursusque adolescunt. Vide *Salmas.* p. 870. a.

i. In Protesilai sepulcro) De huius delubro diximus L. IV. s. 18. Harum arborum meminit Philostratus, in Heroic. p. 644. H.

k. Quae omnibus) Lege cum Salmasio: *quae omnibus ex eo aeuis cum, etc.* *Omnibus aeuis*, manifeste hic dicitur pro omni tempore, et pro toto illo spatio quod a Protesilao vsque ad suum seculum effluxit. Neque totae interibant arbores, sed saltem folia. Vide *Vossium* in Melam. pag. 128.

Quae omnibus aeuis) Ita rescripsimus ex Colb. 3. Ita Vossius in suis libris scribi asseuerat, Obss. in Melam, p. 128. H.

l. Aeuis) Ἐφηβεῖον locus in

tem quercus, in Ili tumulo *m.* tunc satae dicuntur, quum cepit Ilium vocari.

LXXXIX. Argis olea [1] etiamnum durare dicitur, ad quam Io in vaccam mutatam Argus alligauerit. In Ponto [2] circa Heracleam arae sunt Iouis [3] Stratii *n.* cognomine: [4] ibi quercus duae ab Hercule satae. In eodem tractu portus [5] Amyci *o.* est Bebryce rege interfecto clarus. Eius tumulus a supremo die lauro tegitur, quam insanam vocant: quoniam si quid ex ea decerptum inferatur nauibus, iurgia fiant, donec abiiciatur. Regionem Aulocrenen diximus *p.*, per quam ab [6] Apamia in Phrygiam itur: ibi Platanus *q.* ostenditur,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. olea nunc etiam Gr. et Al.* 2. *citra. Cb.* 3. *Stratiu. Cb. Sed Stratii recte repositum ab Hermolao disces ex Lil. Gyrald. syntagm. p. 91.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. vbi quercus. M. ibique quercus Gr. et Al.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. est Amyci, Bebryce rege.* M. *portus est Amyco Bebrycum rege Gr. et Al.* 6. *Apamea. Cb.*

in quo ἔφηβοι exercebantur: epheborum palaestra. In iis Protesilai aedificiis multas eiuscemodi fuisse arboribus consitas probabile; quae, vt inquit auctor, arescebant, et rursum adolescebant. *Dalec.*

m. Ili tumulo) Ilum Trois filium fuisse docet Homerus in Iliad υ. Quae Plinio quercus, ea Theophrasto hoc ipsum referenti, Hist. IV. 14. Φηγὸς dicitur, vt ante monuimus, s. 6. H.

n. Iouis Stratii) Iouem Stratium, hoc est, militarem, veteribus coli solitum, auctor est Iulius Pollux. *Herm. Barbarus.*

Iouis Stratii) Διὸς Στρατίȣ meminit Herodot. in Terpsich. L. V. c. 33. Iouis Militaris. H.

o. Portus Amyci) De eo diximus L. V. s. 43. H.

p. Aulocrenen diximus) L. V. s. 29. H.

q. Ibi platanus ostenditur ex qua pependit Marsia victus ab Apolline.) Lego non *platanus*, sed *pinus*: nam e pinu suspensum ab Apolline Marsiam auctor est praeter

ditur, ex qua [1] pependerit Marſyas victus ab Apolline, quae iam tum magnitudine electa eſt. Nec non palma Deli *r.* ab eiuſdem Dei aetate conſpicitur. Olympiae *s.* oleaſter, ex quo [2] primus Hercules coronatus eſt, et nunc cuſtoditur [3] religioſe. Athenis *t.* quoque olea durare traditur in certamine *u.* [4] edita a Minerua. *x.*

XC. E diuerſo *y.* breuiſſima *z.* vita eſt Punicis,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. pependit Marſya Gr. et Al.* 2. *optimus. M. Pariſienſe.* 3. *religio. Ch.* 4. *edito. Ch.*

ter caeteros Archias poëta Graecus Epigrammaton ſectione III. *Pint.*

Ibi platanus) Hyginius fab. 165. *Apollo victum Marſyam ad arborem religatum, Scythae tradidit, qui eum membratim ſeparauit.* Non platanum eam, ſed pinum fuiſſe Archias ait in Anthol. III. 8. Epigr. ἐκλασίας πίτυος. Nicand. quoque in Alexiph. p. 151. et Philoſtr. in Icon. H.

r. Nec non palma Deli) Cicero de Legg. I. *Niſi forte Athenae tuae ſempiternam in arce oleam tenere potuerunt: aut quam Homericus Vlyſſes Deli ſe proceram et teneram palmam vidiſſe dixit, hodie monſtrant eamdem, etc.* Locus Homeri eſt Odyſſ. ζ'. v. 163. Vide et Aelian. Var. Hiſt. V. 4. et Theophr. Hiſt. IV. 14. etc. H.

s. Olympiae oleaſter) Ariſt. περὶ θαυμα ἀκουσμ. Interpres Ariſtoph in Pluto, in voce καλλιστέφανος. Theophr. c. 15. L. IV. hiſt. *Dal.*

t. Athenis) Cicero l. c. Herod. Vran. VIII. p. 480. H.

u. In certamine) Fabulantur Graeci de Athenarum principatu cum Neptuno Mineruam certaſſe. Litem Iupiter ſic diremit: vt is potiretur loco, qui de ciuibus optime mereretur. Vrbem portu ac naualibus Neptunus inſtruxit: Minerua oleam in arce edidit: ea re viciſſe Palladem pronunciatum eſt. Auctor Geop. IX. 1. p. 218. et 219. H.

x. Minerua) Minere in ſaliari carmine, meneruare, monere: vnde miniſci, comminiſci. Hinc Minerua ſapientiae Dea, quae bene monet. *Dal.*

y. E diuerſo) Haec apud Theophr. IV. 14. De Punicis etiam Martialis ſubſcribit,

cis, fico, malis: et ex his *a.*, praecocibus breuior quam ferotinis, dulcibus quam [1] acutis: et dulciori in Punicis. *b.* Item in vitibus *c.*, praecipueque fertilioribus. Graecinus auctor est, sexagenis annis durasse vites. Videntur et aquaticae *d.* celerius interire. Senescunt *e.* quidem velociter, sed e radicibus repullulant *f.*, laurus, et mali, et Punicae.

Ii 2

1. *acidis.* *Dal.*

bit, L. I. ep. 44. *Aut imitata breues Punica mala rosas.* Breues dixit, quia breuis aeui. H.

z. *Breuissima vita est)* Theophrastus libro VI. cap. 13. *Viuunt praedictae aliaeque complures longo tempore. Breui profecto punica ficus, malus, praecipue verna et dulcis minus quam acida, vt inter punicas quae nucleo carent interiori.* Ex quibus Theophrasti verbis apparet legendum hic esse non *acutis*, sed *acidis*. Neque enim *acutum* opponitur *dulci.* immo fieri potest vt aliquid simul sit et dulce et acutum, vt de melle supra Plinius L. II. cap. 15. retulit, et Dioscorides L. II. Neque *dilutior* lego cum Hermolao, ex cuius castigatione quis sensus elici possit non video, sed, licet dura nimis castigatione, *apyrenis*, hoc est sine nucleo. *Pint.*

a. Et ex his) Ex malorum genere. H.

b. Et dulciori in Punicis) Sensus est: Quo dulciora poma, eo minus viuacem esse arborem. *Gelen.*

Et dulciori) In Punicorum genere, dulcia, quae et apyrina dicuntur, ex arbore gignuntur minus viuace. De Punicis apyrinis, L. XIII. f. 34 Theophr. l. c. ὥσπερ τῶν ῥοῶν ἡ ἀπύρηνος. H.

c. Item in vitibus) Theophr. l. c. H.

d. Videntur et aquaticae) Vt salix, populus, sambucus. Theophr. l. c. et de caufis II. 15. p. 249. Et animalium quoque aquaticis, quam terrestribus, vitae breuius spatium est. H.

e. Senescunt quidem) Theophr. Hist. IV. 14. H.

f. Sed e radicibus repullulant laurus et mali et punicae) Lego *e lateribus*, non *e radicibus*, ex Theophrasto L. IV. c. 13. *Quaedam senescunt quidem putrescuntque velocibus, sed ex iisdem rursus latere suo germinant, vt laurus, mali punicae.* Pint.

Sed e radicibus) Theophr,

cae. Firmiſſimae g. ergo ad viuendum oleae, vt quas durare annis cc. inter auctores conueniat.

XCI. Eſt in ſuburbano Tuſculani agri colle, qui [1] Corne h. appellatur, lucus antiqua religione Dianae ſacratus a [2] Latio i., velut arte tonſili coma fagei nemoris. In hoc [3] arborem eximiam aetate noſtra adamauit Paſſienus Criſpus k. bis conſul, orator: Agrippinae matrimonio et Nerone priuigno clarior poſtea: oſculari complectique eam ſolitus, modo cubare ſub ea, vinumque illi [4] affundere. Vicina luco eſt ilex, et ipſa nobilis, [5] xxxiv. pedum ambitu caudicis, x. arbores [6] mittens ſingulas magnitudinis viſendae: ſiluamque ſola facit.

XCII. Edera l. necari arbores certum eſt. Simile quiddam et in viſco; tametſi tardiorem [7] earum

1. *Coriolanus. M. Come. Vet.* 2. *Latino. Dal.* 3. *arborem mora. Vet.* 4. *offundere. Vet.* 5. *XXXIV. Ch.* 6. *amiciens. M. vtrumque. metiens. Vet.* 7. *eius. Dal.*

phr. παραβλαςάνει, emittit germina: adnata e latere interdum fit: e radice non raro. H.

g. *Firmiſſimae ergo ad viuendum oleae*) Theophraſt. cap. 15. L. IV. hiſt. *Dal.*

Firmiſſimae) Haec iiſdem verbis Theophr. l. c. H.

h. *Qui Corne*) Ita R. 2. aliique, et editi. H.

i. *A Latio*) Ita libri omnes. An *a Latino*? An a communi Latii? H.

k. *Paſſienus Criſpus*) De eo Seneca Natt. Quu. IV. in praef. p. 883. *Criſpus Paſſienus, quo ego cognoui nihil ſubtilius in omnibus rebus,* etc. Paſſieni oratoris dictum in Caium Principem, Tacitus refert Annal. VI. p. 140. Ex Suetonio, in Nerone c. 6. apparet, Claudii temporibus obiiſſe. H.

l. *Edera necari*) Id prolixe Theophr. docet de cauſ. II. 25. p. 25. Vide quae diximus, ſ. 62. H.

rum iniuriam *m.* arbitrantur; namque et hoc praeter fructus *n.* agnoscitur non in nouissimis *o.* mirabile. Quaedam enim *p.* in terra gigni non possunt, et in arboribus nascuntur. Namque quum suam *q.* sedem non habeant, in aliena viuunt, sicut viscum. Est et in Syria *r.* herba quae vocatur [1] cadytas, non tantum arboribus, sed ipsis etiam spinis circumuoluens sese *s.*: Item circa *t.* Tempe Thes-

[1]. *Cassytas.* M. *castas.* Ch.

m. Earum iniuriam) Ederae et visci. Viscum, *le Guy de chêne.* H.

n. Praeter fructus) Praeter gallam, glandesque. H.

o. Agnoscitur non in nouissimis, etc.) Vide supra c. 30. huius libri. *Dal.*

p. Quaedam enim) Haec deinceps totidem verbis Theophr. de caus. II. 23. p. 259. H.

q. Namque quum suam, etc.) Theophr. c. 23. L. 2. de Causs. *Dal.*

r. Est et in Syria) Theophr. l. c. Ἔτι δὲ τὸ Συριακὸν βοτάνον, ὁ καλούμενος Καδύτας, καὶ δένδροις, καὶ ἀκάνθαις ἐμφύεται, καὶ ἄλλοις τισί. H.

s. Circumuoluens sese) Lego: *Circumuoluens se: item circa Tempe Thessalica. Innascitur aliis et quae polypodion vocatur, etc.* Parum distincte haec Plinius. Polypodium quidem aliis plantis innascitur: Dolychos vero et Serpyllum non innascitur, sed scandendo iis inuehuntur, quae pro adminiculo sunt. *Dalecampius.*

t. Item circa) Theophr. l. c. Καὶ τὸ πολυπόδιον ἐπί τισι δένδροις, *quibusdam innascitur arboribus.* Aliunde Plinius haec mutuatus est, vbi legisse videtur, ἐπὶ τοῖς συνδένδροις. Vocant autem Graeci, Hesychius, ceterique, Tempe, Τέμπη, τὰ συνδένδρα χωρία. Nec porro Theophrastus, aut Plinius, de polypodio, dolicho, serpylloque tractant eo loci, quod aliis ea plantis innasci putent, vt viscum: sed quod ea vitam non habent, nisi aliis circumuoluant sese, iisque ceu adminiculo, innitantur, vt edera: ταῦτα γὰρ, καὶ πρὸς ἑτέρῳ διώκει etc. Polypodium pingit Dodonaeus, Pempt. III. L. V. p. 461. Latini Filiculam vocant: Galli *Polypode.* Δόλιχος idem qui phaseolus: Gallis *Feverelle, Feve de mer.*

Thessalica, quae polypodion vocatur, et quae dolichos, ac [1] serpyllum. Oleastro *u.* quoque deputato quod gignatur, vocant [2] phaunos. *x.* Quod vero in spina fullonia hippophaeston *y.*, [3] capitulis inanibus, foliis paruis, radice [4] alba, cuius succus ad detractiones *z.* in comitiali morbo vtilissimus habetur.

XCIII.

1. *serpulum. M. et Ch. gignitur. M.* 2. *Faunos. D. quasi siluarum deos.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. et sic quoque Diosc. coliculis Gr. et Al.* 4. *crassa, et molli Diosc.*

mer. Ab eodem Dodonaeo pingitur, Pempt. IV. L. II. c. 6. p. 509 Vide quae dicturi sumus L. XVIII. s. 33. De serpyllo dicemus, L. XX. s. 90. H.

u. Oleastro quoque deputato) Lege *Oleastro quoque deputato, quod gignatur, vocant phaulios*, id est, Φαυλίες ἐλαίας. *Salmas.* 1292. a

x. Vocant phaunos) Ita libri omnes: neque eos audio, qui vt Plinium erroris insimulent, Theophrastum ipsum corrumpunt: apud quem Hist. II. 3. non φέρειν θάλος, sed φέρειν Φαυλίας, hoc est, oliuas, scriptum olim fuisse volunt, insigni fraude. Nam quum sint haec Graeci scriptoris verba: ὅ γὰρ ἐπὶ τὲ κοτίνε Φασὶ συμβαίνειν, ὥςε ἀν περικόπτης τὴν θαλίαν, ἢ ὅλως μεταφυτευθῆ, φέρειν θάλος. Quis non intelligit, similitudine vocum θάλος et θαλία lusisse eum? Quid porro hoc loco valeat vox ea θάλος, tam incompertum est, quam quid Latina *phaunos?* H.

y. Hippophaeston) Oscitanter Plin. Hippophaeston recenset inter plantas, quae aliis subnixae viuunt. Nam humilis herba est, humi strata, vt et Serpyllum, non tamen in vicina scandens Dolychi modo. Vide infra c. 13. L. XXIV. et c. 10. L. XXVII. *Dalec.*

Hippophaeston) Apud ceteros scriptores, hippophaeston ipsa spina fullonia est, non aliquid ei adnatum, vt dicemus L. XXVII. s. 66. vbi haec iterum repetuntur. H.

z. Detractiones) Ad deiiciendos aluo prauos humores. H.

XCIII. Visci tria genera. *a.* Namque in abiete ac larice stelin *b.* dicit Euboea nasci, hyphear Arcadia. *c.* Viscum autem in quercu, robore, [1] pruno silvestri *d.*, terebintho, [2] nec aliis arboribus [3] adnasci, plerique. Copiosissimum in quercu *e.*, [4] quod dryos hyphear vocant. In omni arbore, excepta ilice et quercu, differentiam *f.* facit odor virusque, et folium non iucundi odoris, [5] vtroque

1. *pino. Theophr. robore, ilice, pruno. Gr.* 2. *et aliis. Theophr.* 3. *adnasci. Plerique copiosiss. in quercu hyphear vocant. M. Parisiense.* 4. *adasphear. vocant. Ch. quod δρυὸς ἰξίαν vocant. Dal.* 5. *Sic em. ex MSS. Hard. vtroque viscum amarum. M. vtroque visco amaro et lento. Ch. in vtroque visco amarum et lentum. Gr. et Al.*

a. Visci tria genera) Theophr. cap. 15. L. IV. hist. *Dal.*

Visci tria) Theophr. Hist. IV. 15. Visci fruticosi iconem vide apud Dodon. p. 814. H.

b. Stelin) Stelis Euboeensium vox est, Hyphear Arcadum, viscum communis. Alii Stelin et Hyphear nasci volunt in pino et abiete, viscum, in quercu, terebintho, et aliis multis. Theophrast. Dal.

Stelin) Theophr. de caus. III. 16. Ἡ ἰξία, καὶ ἡ στελὶς. καὶ τὸ ὕφεαρ· ὧν τὴν μὲν στελὶν καλοῦσιν Εὐβοεῖς τὸ δὲ ὕφεαρ Ἀρκάδες. Ἡ δὲ ἰξία κοινῇ φασιν: Τὸ γὰρ ὕφεαρ ἐν ταῖς ἐλάταις καὶ πεύκαις γίνεται, καὶ ἡ στελίς. Ἡ δ' ἰξία, καὶ ἐν δρυΐ, καὶ ἐν τερμίνθῳ, καὶ ἐν ἑτέροις πλείοσιν. En rursum πεύκη larix. H.

c. Hyphear Arcadia) Vide quod adnotatum est ad c. 30. huius L. *Dal.*

d. Pruno silvestri) Vide Not. et Em. N. XL. (hic adi.) *Pruno s.)* In MSS. *Primo.* Mallem *piro silvestri*, in qua frequentius, quam in alia quauis arbore viscum reperitur: in pruno autem silvestri, qui obseruarit, nondum scio. H.

e. In quercu, quod dryos hyphear) MSS. omnes, *adasphear* vocant. Nusquam Plinio δρῦς quercus est, sed robur. H.

f. Differentiam facit) A visco differt stelis et hyphe-

que visci amaro et lento. Hyphear ad saginanda *g.* pecora vtilius. Vitia modo purgat primo: dein pinguefacit, quae [1] suffecere *h.* purgationi. Quibus sit aliqua [2] tabes intus, negant durare. Ea medendi ratio, aestatis quadragenis diebus. Adiiciunt discrimen, visco in his quae folia amittant, et ipsi decidere: [3] contra inhaerere nato in aeterna fronde. Omnino autem satum [4] nullo modo nascitur, nec nisi per aluum *i.* auium redditum, maxime palumbis ac turdis. Haec est natura, vt nisi maturatum in ventre auium, non proueniat. Altitudo eius non excedit cubitalem, semper [5] frutectosi ac viridis. Mas fertilis, femina sterilis. Aliquando [6] non fert.

XCIV. Viscum [7] consit *k.* ex acinis, qui colligun-

1. *superfluere. Dal.* 2. *labes. Dal.* 3. *contra semper inhaer.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et Ch. vllo modo Gr. et vulgg.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. fruticosi Gr. et Al.* 6. *vero fert. Dal.* 7. *fit. M.*

ar, et grani odore, et folii: habet enim vtrumque, granum, foliumque, in visco amaritudinem, et lentorem: foetet vtrumque in gemino illo grano, quod viscum imitatur. H.

g. Ad saginanda pecora vtilius) Theophrast. πρὸς τὸ χυλεύειν. *Dal.*

Hyphear ad saginanda) Theophr. l. c. H.

h. Quae suffecere) Pinguefacit ea animalia, quibus suffecere vires ad eam purgationem ferendam. Nam multis est ea letalis, nempe iis qui tabe intus laborent aliqua. H.

i. Nec nisi per aluum) Οἰνὰς, hoc est, columba siluestris, vel vt alii interpretantur, turdus, si deuorato visci semine in arbore aliqua saturitatem egerit, viscum aiunt enasci. Athen. IX. p. 394. Vide Erasm. Chil. I. Cent. I. Adag. 55. *Turdus ipse sibi malum cacat.* At multis tamen in regionibus turdi non sunt, in quibus visci copia est. H.

k. Viscum consit) Glutinum nempe quod ad aucupium

guntur messium tempore immaturi; nam si accessere imbres, amplitudine quidem augentur, visco vero *l.* marcescunt. Siccantur deinde, et aridi tunduntur, ac conditi in aqua *m.* putrescunt duodenis fere diebus. Vnumque hoc rerum putrescendo gratiam inuenit: Inde *n.* in profluente, rursus [1] malleo tusi, amissis corticibus interiore carne lentescunt. Hoc est viscum *o.* pennis auium tactu ligandis, [2] oleo subactum, quum libeat insidias moliri.

XCV. Non est omittenda in ea re [3] et Galliarum admiratio. Nihil habent [4] Druides *p.* (ita suos appellant magos) visco, et arbore, [5] in qua gignatur, si modo sit robur, sacratius. Iam per

Ii 5 se

1. *a malleo. Ch.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. glandis Ch. Iuglandis oleo subactum Gr. et Al.* 3. *et in M. d.* 4. *Druidae Gr. sic et paulo post.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. in qua gignantur Gr. et Al.*

pium pertinet: *la glu.* Id fit ex visci iam laudati acinis siue granis: *des grains de guy.* Ita etiam Dioscorid. III. 103. H.

l. Visco vero) Visco vero faciendo sunt minus vtiles. Nec tanta copia viscum reddunt, nec tam eximia bonitate. H.

m. Ac conditi in aqua putrescunt) Legendum reor, *cocti in aqua* non *conditi.* Dioscorides libro III. *Tunditur autem fructus is, quum cauatur, post haec in aqua decoquitur.* Pint.

n. Inde) Deinde in aqua profluente iterum malleo contusi, abiectis corticibus, remanet interior caro, quae lentescit, dum tractatur. H.

o. Viscum) Scite Plautus in Bacchidibus: *Viscus merus vestra est blanditia*: nempe ad me capiendum illecebra, laqueus, tendicula, insidiae. Idem scriptor eadem comoedia: *Tactus sum vehementer visco, cor stimulo foditur.* Dalec.

p. Druidae) De Bardis, Druidis, et in vniuersum Gallorum moribus, vide plurima apud Rhod. c. 21. XVIII. ex variis scriptoribus, prae-

ſe roborum eligunt lucos, nec vlla ſacra ſine [1] ea fronde conficiunt, vt inde appellati quoque interpretatione Graeca poſſint Druides *q.* videri. Enimuero quidquid adnaſcatur illis, e caelo miſſum putant, ſignumque eſſe electae ab ipſo Deo arboris. Eſt autem id rarum admodum inuentu, et repertum magna religione petitur: et ante omnia ſexta luna, quae principia menſium *r.* annorumque his

1. *earum Cb.* praeſertim ex Strabone *Dal.*

q. Druides) A Graeca dictione δρῦς, quae robur ſignificat: vel, vt alii malunt, a Celtica *Drud*, quae fortem ſtrenuum ac fidelem ſonat: quod quidem etymon Bucherius noſter probat in Belgio Rom. V. 4. §. 14. De his multa Caeſar B. G. VI. Diu etiam poſt inductam Chriſti religionem inualuiſſe in Gallia, Italia, Germania, Africa, aliiſque locis, arborum lucorumque cultum, multis proditum eſt teſtimoniis, quae vide apud Du-Cangium in Gloſſ. v. *Arbor.* H.

r. Menſium annorumque) Ergo annis illi mere lunaribus vtebantur, vt hic aperte quidem Plinius docet. Sed quod hic obiter adnotandum eſt, mirum profecto, nullum apud Romanos, Graecoſue, vel hos etiam Druidas, hebdomadarum vſum fuiſſe. Cyclus ſcilicet ſeptem dierum Deum ipſummet habet auctorem: ſed Abrahae temporibus neglectus ab hominibus, quia eſſent in idololatriam omnes fere prolapſi. Sola hunc ſeruauit Abrabae domus: et mox ſolis Abrahae poſteris eſt cognitus. Vnde populo Iſraelitico dicitur, veluti non nouo dato, ſed vetere renouato mandato, quod abierat in deſuetudinem apud ceteras gentes: *Memento* tu *vt diem ſabbati ſanctifices*, quomode fecit Noe, ſubſequutique proxime filii eius ac nepotes, Exod. XX. 8. Nullum diei ſeptimi in orbem redeuntis veſtigium eſt apud Plinium: id quod certiſſimo argumento eſt, apud eos qui Plinium norunt, et ſcripta eius perlegerunt, non fuiſſe hunc cyclum Romanis cognitum. Quid quod nec Liuius, Tacituſue in hiſtoriis, nec in Faſtis Ouidius, nec e profanis ſcriptoribus alii, quod quidem nunc ſciam, appellant diem ſolis,

ſolis, aut Iouis, aut Lunae, aut Martis, aut Mercurii, aut Veneris, aut Saturni: tametſi Philaſter in Catalogo haereſium auctorem harum appellationum Hermen facit? Illud quidem Horatii, II. Sat. 3. v. 288. vbi mater orans pro ſalute pueri inducitur: *Iuppiter, ingentes qui das adimiſque dolores Mater ait pueri menſes iam quinque cubantis: Frigida ſi puerum quartana reliquerit, illo Mane die, quo tu indicis ieiunia, nudus In Tiberi ſtabit.* Haec inquam verba interpretes nonnulli de die Iouis dicta accipiunt, ſed ſine vllo probabili argumento. Verius aliquis fuit in vetere Romanorum Kalendario dies, qui ſemel in anno occurreret, quo die ſcriptum erat *Ieiunium Ioui*: ſicut eſt apud Iudaeos dies Expiationis, decimus dies Tiſri, ieiunii dies. Vnde et hic praeter ieiunium, veluti culparum piamentum lauatio pueri ſanati in Tiberi Ioui promittitur. Apud Sinas non eſt cyclus ille ſeptem dierum. Apud Arabes ſemper fuit, vt in notis ad Alcoranum nondum editis oſtendimus, ab Iſmaele Abrahae filio, Mahumetani vbicumque ſunt, habent illam a Mahomete Arabe. Non eſt apud Americanos vllos, exceptis illis qui Chriſtianis ſacris ſunt imbuti. Non eſt denique apud vllas gentes quae verum Deum non norunt: quoniam ab iis qui colere ipſum deſierunt, abiectus ſeptimi diei cultus neglectuſque eſt: quem praeſcriptum ab eo fuiſſe ob ſui reuerentiam praedicare poſſunt ii dumtaxat qui eum norunt. Siamenſes Sabbatum non nouerunt Moſaicum, ſiue Chriſtianum, quamuis nonnulli ſecus affirmant: ſed quatuor feſtos dies agitant in nouilunio, et lunae quadrantibus. Scribit Vlug Beg, in libro quem inſcripſit, Tauarikh, hoc eſt, Epochae, Perſas non habere hebdomadas: ſed ſingulos dies cuiuſque menſis appellare proprio nomine. At ex quo Mahometani ſunt, numerant Perſae dies hebdomadae, vt Arabes: et diem Veneris ſacrum habent, vt nos Dominicum. Ita et Turcae, vt diximus, ex Mahumetiſmo. Cathaini denique et Turcae orientales non habent hebdomadas, ſed cyclum ſexaginta dierum. Cathaiani tamen habent etiam cyclum alterum quindecim dierum. Vide Bibliothecam Orient. D D' Herbelot p. 122. et 417. Hebraei dicunt primam ſabbati, ſecundam, tertiam etc. Latini Chriſtiani diem Lunae, Martis, Mercurii, etc. Graeci non ſic, ſed δευ-

τέραν

his facit, et feculi et poft tricefimum annum, quia *s.* iam virium abunde habeat, [1] nec fit fui dimidia. Omnia fanantem [2] appellantes fuo vocabulo, facrificiis epulifque rite fub arbore [3] praeparatis, duos admouent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candida vefte cultus arborem fcandit: falce aurea demetit: candido id excipitur fago. Tum deinde victimas immolant, precantes vt fuum donum Deus profperum faciat his quibus dederit. Fecunditatem eo poto dari [4] cuicumque animalium fterili arbitrantur: contra venena omnia effe remedio. Tanta gentium in rebus friuolis plerumque religio eft.

1. *etiamfi non fit dimid. Dal.* 2. *appellant fuo vocabulo. Sacrificiis. M.* 3. *comparatis. Ch.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. cuique animalium fterili arbitr. contra. Ch. cuicumque animali — contraque Gr. et Al.*

τρέραν, τείτην, τετάρτην etc. τῆς ἑβδομάδος. H.

s. Quia.) Quia Luna tum fatis virium habet, nec peruenit adhuc ad dimidiam fui magnitudinem, *quamdie tantum feptima habet.* H.

t. *Sub arbore praeparatis*) MSS. omnes, *comparatis* H.

C. PLI-

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE
LIBER XVII.

I. (I).

Natura arborum, [1] terra marique sponte sua prouenientium, dicta est. Restat earum, quae arte et humanis ingeniis fiunt verius *a.*, quam nascuntur. Sed prius mirari succurrit, [2] qua *b.* retulimus [3] penuria pro indiuiso *c.* [4] possessa a feris, depu-

1. *terraque sponte. Ch.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. quae retulimus. M. et Ch. quae abstulimus penuria Gr. et vulgg.* 3. *pene iniuria. Vet.* 4. *possessas. M.*

a. Fiunt verius) Adoptione, insitione, connubio. H.

b. Qua retulimus penuria) Mirari subit ea quae ab feris hominibusque pariter et ex aequo possidentur, vt ante retulimus, hoc est, arborum fructus, perinde ac si annonae penuria communicare alimenta cum feris homines cogat, tantis olim veniisse pretiis, in tantis fuisse deliciis. Vide N. et Em. N. l. (hic consp.) *Sed prius)* Sincerissima haec est omnium codicum lectio, R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. Chiffl. aliorumque, nunc primum a nobis restituta: quum interpolatorum scelere in vulgatis libris ita legeretur: *quae abstulimus penuria*, vel *paene iniuria*, labefactata prorsus huius loci sententia. Innuit enim Plinius haud obscure docuisse se aliquanto prius arborum fetus non hominum modo, sed et ferarum quoque, volucriumque vsibus destinatos. Atque id sane verbis conceptis prodidit ipso libri superioris exordio, vbi de pomiferis arboribus agens, *id munus etiam*, inquit, *feris volucribusque dedimus.* H.

c. Pro indiuiso) Ex aequo. Vide quae de hac voce diximus

depugnante cum iis homine circa caducos fructus, circa pendentes vero et cum alitibus, in tanta deliciarum precia venisse, clarissimo (vt equidem arbitror) exemplo L. Crassi atque Cn. Domitii *d.* Ahenobarbi. *e.* Crassus orator *f.* fuit in primis nominis Romani: domus ei magnifica: sed aliquanto praestantior in eodem *g.* palatio, Q. Catuli *h.*, qui Cimbros cum C. Mario fudit. Multo vero pulcherrima consensu omnium aetate ea in colle *i.* Vi-

ximus in N. et Em. ad L. IX. n. CIX. P. III. p. 775. et L. XVI. S. 59. H.

d. Atque Cn. Domitii Aenobarbi) Val. Max. L. IX. c. 1. de lux. et libid. *Dal.*

e. Ahenobarbi) Sic enim in nummis scribitur apud Patin. in gente Domitia, P. 99. CN. DOMITIVS IMP. et ex aduersa parte, AHENOBARBVS. Sic etiam antiquae inscriptiones apud Gruter. p. 113. et 119. A rutila barba, aerique assimili nomen. In hunc dixit Licinius Crassus orator, is ipse de quo mox sermo, non esse mirandum quod aeneam barbam haberet, cui esset os ferreum, cor plumbeum. Suet. in Nerone, c. 1. 2. H.

f. Crassus orator) Is est qui cum Antonio a Cicerone introducitur in libris de Oratore: idem M. Crassi patruus, eius qui Romanorum ditissimus appellatus est, et cum Pompeio et Caesare triumuiratum iniisse dicitur. H.

g. In eodem Palatio) Monte Palatino. Dal.

In eodem palatio) Regione Vrbis decima, in qua palatium fuit. P. Victor in descript. Vrbis: *Regio X. Palatium . . . . . Domus Q. Catuli Domus Ciceronis.* H.

h. Catuli) Quum Marius pro Catulo rogantibus dixisset, ei moriendum esse, inclusus domi Catulus accensis se carbonibus suffocauit. *Dal.*

Q. Catuli) Q. Luctatius Catulus Mario aduersus Cimbros collega datus a Senatu, cum eo vicit, ac triumphum egit. Plutarch. in Mario, p. 413. 421. et 431. et Velleius L. II. n. 22. H.

i. In colle Viminali) P. Victor, in descr. Vrbis: *Regio V. Exquilina, cum turri et colle Viminali — Domus Aquilii Iurisconsulti, Q. Catuli, et M. Crassi.* Aquilii crebra

Viminali C. Aquilii, equitis Romani, [1] clarioris *k.* illa etiam, quam iuris ciuilis scientia, quum tamen obiecta Crasso sua est. Nobilissimarum *l.* gentium ambo, Crassus atque Domitius, Censuram *m.* post [2] Consulatus *n.* simul gessere, anno conditae Vrbis DCLXII. frequentem iurgiis propter dissimilitudinem morum. Tum Cn. Domitius, vt erat vehemens natura, praeterea accensus odio, quod ex aemulatione auidissimum est, grauiter increpuit tanti Censorem habitare, pro domo eius [3] sestertiûm *o.* mil-

1. *clarioris etiam tum iuris. M.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. post Consulatum Gr. et Al.* 3. 3. *In Vet. et Ch. numerus desideratur, sexagies H-S. Val. Max. H. S. millies, vt vulgo legitur, summa est maior fide. Vide Bud. c. 3. de asse.*

crebra mentio apud Tullium, cuius collega in Praetura fuisse dicitur. H.

k. Clarioris) Qui clarior ob illam *domum* fuit, quam ob iuris ciuilis scientiam. H.

l. Nobilissimarum gentium) Crassus, Liciniae: Domitiae, Ahenobarbus. Nobilissimi iam tum dicebantur viri discreti genere illustri a ceteris: quamuis in nummis antiquis Caesarum primus inscribitur Nobilissimus, M. IVL. PHILIPPVS NOB. CAES. hoc est, nobilissima gente Marciorum Philipporum, quae esset vetustior quam Caesarea. Trahebat enim genus ex Anco Marcio rege Romanorum. Vnde et Nobilitas *Philippi* alterius, ex eadem gente celebratur a Plinio, L. IX. s. 69. et *Marcia princeps Romanarum*, L. II. s. 52. H.

m. Censuram) Censorum nomina, L. LIC. CN. DOMIT. in denariis quinque signata exstant apud Patin. l. c. In Fastis, C. Claudio Pulcro, M. Perpenna Coss. lustrum fecisse dicuntur LXVI. H.

n. Post Consulatus) Quum ante Censuram Consulatum quisque gessisset: Crassus quidem A. V. DCLIX. Ahenobarbus DCLVIII. Ahenobarbi Consulatus mentio ap. Gruter. in Inscr. p. 113. H.

o. Sestertiûm millies) In MSS. *sestertiûm* tantum legas

millies identidem promittens. Et Craſſus, vt praeſens ingenio ſemper, et faceto lepore ſolers, [1] addicere ſe reſpondit, exceptis [2] ſex arboribus. Ac ne vno quidem denario, ſi adimerentur, emptam volente Domitio: Craſſus, Vtrumne igitur ego ſum, inquit, quaeſo, Domiti, exemplo *p.* [3] grauis, ab ipſa mea Cenſura notandus, qui in domo, quae mihi *q.* hereditate obuenit, [4] comiter habitem: an tu, qui H-S millies ſex arbores aeſtimes? Eae fuere [5] loti, patula ramorum opacitate laſciuae, [6] Caecina Largo e proceribus crebro in iuuenta noſtra eas in domo ſua oſtentante. Duraueruntque, quoniam et de longiſſimo aeuo arborum diximus *r.*, ad Neronis principis incendia, quibus cremauit *ſ.* vrbem, annis CLXXX. Poſtea cultu virides iuueneſque, ni princeps ille acceleraſſet etiam arborum mor-

1. *concedere. M.* 2. *decem. Val. Max.* 3. *graui. Vet. grauis et ab Gr. et Al.* 4. *communiter. M. id eſt, communi et populari modeſtia.* 5. *lotos. M.* 6. *Caecina. Ch.*

gas: numerus tum hoc loco, tum paulo inferius deſideratur. Valer. Max. L. IX. c. 1. n. 4. p. 419 ſcribit a Domitio Craſſi domum aeſtimatam in illo iurgio ſexagies ſeſtertiûm fuiſſe: mox interrogatum a Craſſo, quanto minoris eam aeſtimaturus eſſet, decem arbuſculis detractis, Domitium tricies ſeſtertiûm dixiſſe. Sunt porro ſeſtertiûm millies centena millia, (id enim, vt ſaepe monuimus, ſubintelligendum eſt:) Gallicae monetae, librae 10000000 ſeu decem milliones. Sexagies, 600000 librae. Tricies, librae, 300000. H.

p. Exemplo) Ob prauum exemplum minime ferendus. H.

q. Quae mihi obuenit) Vide infra cap. 15. L. XXXVI, *Dalec.*

r. Diximus) Libro ſup. ſ. 85 ſqq. H.

ſ. Cremauit Vrbem) Quo de incendio multa flebiliter Tranquillus in Nerone, c. 38. Liberat porro ab eo crimine Chriſtianos Plinius, dum Neronem vnum incuſat. H.

mortem. Ac ne quis vilem de cetero Craſſi domum, nihilque in ea iurgante Domitio fuiſſe dicendum praeter arbores iudicet, iam columnas [1] quatuor *t.* Hymettii *u.* marmoris, Aedilitatis *x.* gratia ad ſcenam ornandam aduectas, [2] in atrio eius domus ſtatuerat, quum in publico nondum eſſent vllae marmoreae. Tam recens eſt opulentia: tantoque tunc plus honoris arbores domibus afferebant, vt ſine illis *y.* ne inimicitiarum quidem pretium ſeruauerit Domitius. Fuere ab iis *z.* et cognomina antiquis: [3] Fronditio militi illi, qui praeclara facinora, Vulturnum tranſnatans, fronde capiti impoſita, aduerſus Hannibalem edidit: Stolonum *a.* Liciniae *b.* genti: [4] ita appellatur *c.* in ipſis

1. ſex. Val. Max. et auctor ipſe cap. 3. et 15. lib. XXXVI. 2. in porticu. Val. Max. 3. Frontio. Alii. 4. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. ita enim ap. Gr. et Al.

t. Columnas quatuor) Sex omnino quidem in ea domo fuere, vt Plinius ipſe prodit L. XXXVI. ſ. 3. et 24. et Val. Max. l. c. ſed non omnes in ſcenam aedilitatis gratia ornandam aduectae. MSS. conſtantiſſime, *quatuor.* H.

u. Hymettii) Ex Hymetto Atticae monte, de quo in Geographicis egimus. H.

x. Aedilitatis gratia, etc.) Centum millibus nummum emptas. Valer. Max. *Dal.*

y. Vt ſine illis) Vt ſine illis ne ſtare quidem ingenti pretio Domitius voluerit, quod ex inimicitia et aemulatione pro Craſſi domo condixerat. H.

z. Fuere ab iis) Fuere ab arboribus impoſita etiam cognomina antiquis. H.

a. Stolonum) In nummis Liciniae gentis ap. Patin. p. 151 et 152. P. LICINIVS STOLO IIIVIR A. A. A. F. F. De Stolonibus iterum dicetur L. XVIII. ſ. 4. H.

b. Liciniae genti) Varro c. 2. l. I. *Dal.*

c. Ita appellatur) Stolo igitur, quaſi ſtolida fruticatio ex arborum radicibus. Vnde vox ipſa *ſtolo*, μεταφορικῶς pro ſtolido ſumitur ab Auſon.

ipsis arboribus fruticatio inutilis: [1] inde et pampinatio *d.* inuenta primo Stoloni *e.* dedit nomen. Fuit et arborum cura legibus priscis: cautumque est XII. tabulis *f.*, vt qui iniuria cecidisset alienas, lueret in [2] singulas aeris XXV. Quid existimamus, [3] venturasne eas credidisse *g.* ad supradictam aestimationem illos, qui frugiferas tanti [4] taxauerant? Nec minus miraculum in pomo est, multarum circa suburbana fructu annuo addicto binis millibus nummûm *h.*: maiore singularum reditu, quam erat apud antiquos praediorum. Ob hoc insita, et arbo-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. vnde et Gr. et Al.* 2. *singulas siclos aeris. Vet. in singulas poenas aeris viginti quinque. Raeuardus.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. futurasne Gr. et Al.* 4. *vexauerant. M. et Ch.*

Auson. ep. 5. *Sed iam non potes, o stolo, doceri.* H.

d. Pampinatio) Exsectio fruticantium arbuscularum. *Dalec.*

Pampinatio) Effossio fruticantium stolonum circa arborum radices. H.

e. Primo Stoloni nomen dedit) Verba haec nullum hic vsum praestant, sensus enim integer est sine illis. *Pint.*

f. XII. tabulis) Verba legis, tab. 2. cap. 4. *de arboribus furtim caesis*, sunt eiuscemodi: *si iniuria alienas arbores caesit, in singulas XXV. aeris luito.* Hoc est, asses XXV. qui Gallicae monetae efficiunt asses omnino ex aere vicenos. Capitale fuisse supplicium arbores alienas incidere ait Seruius ad illud Virgilii: *Atque mala vites incidere falce nouellas.* Adde his quae Paulus, Caius, Vlpianus, ceterique Iurisperiti de eo argumento afferunt, L. 47. Dig. tit. 7. *Arborum furtim caesarum.* H.

g. Futurasne eas credidisse) Venturas, non *futuras*, in eodem legas. *Dal.*

Venturasne) An putamus credidisse veteres, venturas lotos ad HS. millies, qui frugiferas aeris XXV. taxassent? H.

h. Binis millibus nummûm) Siue sestertiorum. Nostrae monetae libras ea ducentas efficiunt. H.

borum quoque adulteria excogitata sunt, vt nec poma *i.* pauperibus nascerentur. Nunc ergo dicemus, [1] quo maxime modo tantum ex his vectigal contingat, veram colendi rationem absolutamque proditturi. Et ideo non vulgata tractabimus, nec quae constare [2] animaduertimus *k.*; sed incerta atque dubia, in quibus maxime fallitur vita. Nam diligentiam in superuacuis affectare, non nostrum est. Ante omnia autem in vniuersum, et quae ad cuncta arborum genera pertinent in commune, de caelo terraque dicemus.

II. (II.) Aquilone maxime *l.* gaudent, densiores ab afflatu eius laetioresque, et materiae firmioris. Qua in re plerique *m.* falluntur, quum in vineis pedamenta non sint a vento *n.* eo opponenda, et id tantum a septemtrione *o.* seruandum. Quin imo tempestiua frigora plurimum arborum firmitati conferunt, et sic optime germinant: alioquin, si blandiantur Austri, defatiscentes, ac magis

 gis

1. *quonam. Vet.* 2. *animo animaduertimus. Ch.*

i Vt nec poma) Vt poma diuitibus tantum nascerentur, qui poma inserere varia, ac veluti fetus arborum adulterare vario insitorum genere nossent. H.

k. Animaduertimus) MSS. omnes, *animo aduertimus.* H.

l. Aquilone maxime gaudent) Theophrast. cap. 3. et 4. L. II. Causs. *Dalecampius.* *Aquilone maxime)* Theophr. de Caus. L. II. c. 4. Aquilonem interim a septemtrione diuersum esse scito, vti docuimus L. II. f. 46. H.

m. Qua in re plerique) Columellae haec oratio est, L. IV. c. 16. *Palus sic ponendus, vt frigorum et Aquilonum excipiat violentiam, vitemque protegat,* etc. H.

n. A vento eo) Aduersus vim eius venti. H.

o. A septemtrione) Varro de R. R. L. I. c. 26. *In omni vinea diligenter obseruant, vt ridica vitis ad septemtrionem versus figatur.* H.

gis etiam [1] in flore. Nam si quum *p.* defloruere, protinus [2] sequuntur imbres, in totum poma depereunt: adeo vt amygdalae et piri *q.*, etiam si *r.* omnino nubilum fuit, Austrinusue flatus, amittant fetus. Circa Vergilias *s.* quidem pluere inimicissimum viti et oleae: quoniam tunc coitus est earum *t.*: hoc est illud quatriduum oleis decretorium, hic articulus Austrinus nubili [3] spurci, quod diximus. *u.* Fruges quoque peius maturescunt Austrinis diebus, sed celerius. Illa sunt noxia frigora, quae septemtrionibus *x.*, aut praeposteris fiunt horis. Hiemem *y.* quidem Aquiloniam esse, omnibus

1. *in florem. M.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. sequentur Gr. et vulg.* 3. *sparsi. M.*

p Nam si quum defloruere) Est hoc apud Theophr. de caus. L. II. cap. 3. H.

q. Vt amygdalae et piri) Vide supra c. 26. L. XVI. *Dalec.*

r. Etiam si omnino) Si vel nubilum fuerit, Austrinusue flatus: sereno tantum gaudent. Libro sup. sect. 46. *Perdunt facillime fructum, ante maturitatem: amygdala, malus, pirus..... Pirus et amygdala, etiamsi non pluat, sed fiat Austrinum caelum, aut nubilum, amittunt florem, et primos fructus, si quum defloruere, tales dies fuerint.* H.

s. Vergilias) Orientes ad octauum, vel nonum Maii. *Dal.*

Circa Vergilias) Hoc est, circa earum exortum, de quo L. XVIII. s. 66. H.

t. Coitus est earum) Primus conceptus, de quo L. XVI. s. 39. siue germinatio. Et s. 42. *At vites et oleae .... concipiunt Vergiliarum exortu: hoc sidus illarum est.* H.

u. Quod diximus) L. XVI. s. 46. De quatriduo autem oleis decretorio dicetur Libri huius s. 30. H.

x. Quae septemtrionibus) Quae gelu non afferunt. *Dal.*

Septemtrionibus) Ab Aquilone septemtrionem differre supra monuimus. H.

y. Hiemem quidem) Theophr. de caus. L. II. cap. 1. p. 232. H.

bus ſatis vtiliſſimum. Imbres z. vero tunc expetendi euidens cauſa eſt, quoniam *a.* arbores fetu exinanitas, et foliorum quoque [1] amiſſione languidas, naturale *b.* eſt auide eſurire. Cibus *c.* autem earum imber. Quare tepidam eſſe hiemem, vt abſumpto partu arborum, ſequatur protinus conceptus, id eſt, germinatio, ac deinde alia [2] floreſcendi *d.* exinanitio, inutiliſſimum experimentis creditur. Quin imo ſi plures ita continuentur anni, etiam ipſae [3] moriantur arbores, quando *e.* nemini dubia poena eſt in [4] fame laborantium. Ergo qui dixit *f.* hiemes ſerenas optandas, non pro *g.* arbo-

1. *emiſſione. Ch.* 2. *floreſcentis. Vet.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. moriuntur Gr. et Al.* 4. *inſane; vt biferam vitem inſanam vocat c. 27. lib. XVI.*

z. *Imbres vero*) Theophr. l. c. H.

a. Quoniam arbores etc.) Theophr. c. 1. L. II. Cauſſ. *Dal.*

b. Naturale eſt auide eſurire) Veteres τὰ δένδρα καὶ λάχανα πεινῆν dixerunt, arbores, olera, et alias plantas eſurire. Hinc apud Varronem c. 23. L. I. de re ruſt. *In pingui rectius quae cibi ſunt maioris, vt olus, triticum, ſiligo, linum.* Dal.

c. Cibus autem earum imber) Theophraſtus non quidem imbrem cibum eſſe ait, ſed alimenti copiam imbrem frequentem praebere. *Dal.*

d. Floreſcendi) Florum emiſſio, quo vis omnis arborum exhauriatur. H.

e. Quando nemini) Quando dubium nemini eſt, quin defatiſcant ea tandem, quae in labore careant naturali, familiari, et aſſueto cibo. Cibus autem arborum imber eſt. H.

f. Ergo qui dixit hiemes ſerenas) Virgilium notat, Georg. I. 100. Quem locum Macrobius interpretatur in Saturnalibus. *Dal.*

f. Ergo qui dixit) Virgilium notat ita canentem Georg. I. 100. *Humida ſolſtitia, atque hiemes orate ſerenas, Agricolae; hiberno laetiſſima puluere farra.* H.

g. Non pro arboribus) Sane:

arboribus vota fecit. Nec per solstitia imbres vitibus conducunt. Hiberno quidem *h.* puluere laetiores [1] fieri messes. luxuriantis *i.* ingenii fertilitate dictum est. [2] Alioqui vota arborum frugumque communia sunt, niues diutinas [3] sedere. Causa, non solum quia animam *k.* terrae euanescentem exhalatione includunt et comprimunt, retroque agunt in vires frugum atque radices: verum quod et liquorem sensim praebent, [4] purum praeterea leuissi-

1. *fieri messes luxuriantes, dictum est. M.* 2. *Alioquin. M.* 3. *insidere. Dal.* 4. *purum praetereaque leuissimum. Vet.*

ne: sed pro farre ac frugibus. Nam de arboribus libro tantum Georgicorum sequenti Virgilius agit, vt ipsius carminis principia indicant: *Hactenus aruorum cultus et sidera caeli: Nunc te, Bacche, canam, nec non siluestria tecum Virgulta, et prolem tarde crescentis oliuae.* Plinium hoc loco nonnulli reprehendunt, ac Virgilium aliter interpretantur, quos tu vide apud Lacerdam, in Georg. L. I. v. 100. p. 218. H.

h. Hiberno quidem) Festus, verbo *Flaminius. Habetur*, inquit, *in antiquo carmine, quum pater filio de agricultura praeciperet: Hiberno puluere, verno luto, grandia farra metes.* Et Macrobius Sat. L. V. c. 20. p. 516. *In libro vetustissimorum carminum*, inquit, *qui ante omnia quae a Latinis scripta sunt, compositus ferebatur, inuenitur hoc rusticum vetus canticum: Hiberno puluere, verno luto, grandia farra Camille metes.* H.

i. Luxuriantis) Non vtique vera dicentis, si vbique puluerulentam hiemem segetibus optandam putauit. Galliae certe plurimisque orbis regionibus est id e re agraria maxime, vt, quemadmodum Plinius ait, diutinae niues sedeant. Nutriri hoc niuium frigore repercutiente semina terrae commissa, agnoscunt et agricolae nostri: et ex niuium copia futuras laetas messes praesagiunt. H.

k. Animam terrae) Terrenos halitus, qui radicibus et fouendis et nutriendis prosunt: itemque calorem concludens nix coquit aruum. H.

vissimumque, quando nix aquarum caelestium 1 spuma est. Ergo humor ex his non vniuersus *l.* 2 ingurgitans diluensque, sed quomodo sititur di-stillans, velut ex vbere alit omnia quae non inundat. Tellus quoque illo modo 3 fermentescit *n.*, et succi plena, ac lactescentibus satis non effeta, quum tempus aperit *o.*, tepidis arridet horis. Ita maxime frumenta pinguescunt, praeterquam vbi calidus semper aër est, vt in Aegypto. Continuatio *p.* enim et ipsa consuetudo *q.*, idem quod modus aliubi *r.* efficit: plurimumque prodest, vbicumque non esse quod noceat. In maiore *s.* parte orbis,

 quum

1. *pruina. M.* 2. *ingruens. Vet.* 3. *frumentescit.*

l. Non vniuersus, etc.) Οὐκ ἀϑρόως, non confertim illisus et diffluens, sed paulatim colliquescens et terram subiens. Theophrast. *Dalec.*

Non *vniuersus*) Non statim totus, ἀϑρόως, sed paulatim sese insinuans. H.

m. Quomodo sititur) Pro modo sitis. H.

n. Fermentescit) Fermentum, putris maza est. Et quoniam putria omnia terram, vt ita dicam stercorant, ac pro laetamine sunt, *fermentescere* dictum puto pro laetificari, succi plenam fieri, pinguescere. Turneb. cap. 3. X. Aduers. interpretatur: *diluitur, remollescit, putris et soluta redditur.* Dal.

Fermentescit) Hoc est, vt recte Turnebus Aduu. L. X. c. 3. diluitur niue tabescente, remollescit, putris et soluta redditur. H.

o. Quum tempus aperit) Quum soluuntur niues, et iam ver aperit terras: *Zephyrique tepentibus auris laxant arua sinus*, vt Virgilius canit Georg. II. 330. H.

p. Continuatio) Caloris, et mollioris caeli. Haec vero de conditione caeli solique Aegyptii, etiam Theophr. habet, de causis II. 2. p. 233. H.

q. Consuetudo) Teporis, molliorisque caeli. *Dal.*

r. Aliubi) In Aegypto. *Dal.*

s. In maiore parte orbis) Theophr. c. 3. L. II. Causs. *Dal.*

In

quum praecoces excurrere germinationes, euocatae indulgentia caeli, sequutis frigoribus exuruntur. Qua de causa *t.* serotinae hiemes [1] noxiae silvestribus quoque: quae magis etiam dolent vrgente vmbra sua *u.*, nec adiuuante medicina: [2] quando vestire teneras intorto stramento in silvestribus non est. Ergo tempestiuae *x.* aquae hibernis primum imbribus, deinde [3] germinationem antecedentibus. Tertium tempus est, quum educant poma: nec protinus, sed iam valido fetu. Quae fructus suos diutius continent, longioresque desiderant cibos *y.*, his et serotinae aquae vtiles: vt

1. *obnoxiae. M.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. quoniam Gr. et Al.* 3. *germinatione et antecedentibus. M.*

In maiore) Theophr. l. c. totidem plane verbis. H.

t. Serotinae hiemes) Quae intempestiue et serius adueniunt: διὸ καὶ ὄπισθεν χειμῶνες χαλεποὶ τοῖς δένδροις. Theophr. l. c. H.

u. Vmbra sua) Ramorum et surculorum densitate solem non admittente. *Dal.*

Vmbra sua) Ramorum densitate Solem haud admittente: quum et siluestres arbores nemo sit qui curet, nemo qui his medeatur, nemo qui stramento, dum sunt adhuc tenerae, circumuestiat, vt defendat a frigore. Cato, c. 40. *Stramentis circumdato, alligatoque, ne gelu noceat.* Ὅπως μὴ ψύχηται, μὴ δ' ὑποξηραίνηται, *ne frigeant, vel subarescant*, inquit Theophr. Hist. IV. c. 18. H.

x. Ergo tempestiuae) Tempestiui omnium maxime imbres hiberni notantur: deinde qui germinationem antecedunt, tertium obtinent locum, qui postquam arbores defloruerunt, accesserint: pabulum enim, consummationemque fructibus praestare incipiunt, quum non confestim sequuti sunt, sed vbi fructus conualuerunt. Haec totidem plane verbis Theophr. de caus. L. II. c. 3. p. 234. vbi et singulorum causam inuestigat. H.

y. Desiderant cibos) Imbres. *Dal.*

Desiderant cibos) Imbres. Theoph. l. c. Ὧν δὲ οἱ καρποὶ

vt viti, oleae, Punicis. Hae iam pluuiae generis cuiusque arboribus diuerso modo desiderantur, aliis alio tempore maturantibus. Quapropter [1] eisdem imbribus [2] aliqua laedi videas, aliqua iuuari; [3] etiam in eodem genere, sicut in piris: alio die hiberna quaerunt pluuias, alio vero praecocia, vt pariter quidem omnia [4] desiderent. Hibernum tempus est ante [5] germinationem, quae Aquilonem z. Austro vtiliorem facit. Ratio eadem mediterranea maritimis praefert: sunt enim plerumque frigidiora: et [6] montuosa planis, et nocturnos a. imbres diurnis. Magis fruuntur aquis sata, non statim auferente eas sole. Connexa b. et situs vinearum, arbustorumque ratio est, quas in oras debeant spectare.

 Vir-

1. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. imbribus quaedam laedi, alia iuuari, Gr. et Al.* 2. *aliquae lae. vi. alias iuuari. M.* 3. *et in Turn.* 4. *desiderent hiber. tempus et ante. Turn.* 5. *germinationem. Quae Aquil. Aust. vt facit ratio, eadem med. mar. praefert. M. aliud facit ratio, eadem. Turneb. et Ch.* 6. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. montosa, Gr. et Al.*

ποὶ χρονιώτεροι, καὶ πλείονος δεόμενοι τροφῆς καὶ πέψεως· τούτοις ὡραῖα καὶ τὰ ὀψιαίτερα (ὕδατα) καθάπερ ἀμπέλῳ, ῥόᾳ, ἐλαίᾳ, τοῖς ἄλλοις. *Quibus vero fructus diuturniores, plusque alimenti coctionisque desiderantes, his seriores etiam imbres tempestiui accedunt: vt viti, Punicae, oleae, ceterisque.* H.

z. *Quae aquilonem austro vtiliorem facit)* Expende an sit verior lectio, *quam aquilo quam auster vtiliorem facit:* quoniam, vt superius ostendit, fruges quoque peius maturescunt austrinis diebus; et paulo supra, *Hiemem aquiloniam esse, omnibus satis vtilissimum.* Pint.

a. *Nocturnos imbres)* Quoniam humorem ebibere largius plantae valent, quum is a sole non prorsus absumitur. Theophr. l. c. H.

b. *Connexa et situs vinearum)* Columella cap. 12. lib. III. *Dalec.*

Virgilius *c.* ad occasus seri damnauit. Aliqui sic maluere *d.*, quam [1] in exortu. A pluribus meridiem probari aduerto: nec arbitror perpetuum quidquam in hoc praecipi posse. Ad soli naturam *e.* ad loci ingenium, ad caeli *f.* cuiusque [2] mores dirigen-

1. *exortus. Vet.* 2. *sic et Man. et Ch. caeli cuiusque minores Gr. et Al.*

c. Virgilius) Ea de re Columella L. III. c. 12. p. 109. *Caeli regionem quam spectare debeant vineae, vetus est dissensio. Saserna maxime probante solis ortum, mox deinde meridiem, tum occasum. Tremellio Scrofa praecipuam positionem meridianam censente: Virgilio de industria occasum sic repudiante: Neue tibi ad solem vergant vineta cadentem.* Libro nempe Georg. II. 298. H.

d. Aliqui sic maluere) Democritus, Geop. L. V. c. 4. Μᾶλλον μέντοι τὰ ἀνατολικὰ - - - Ἐνίοτε δὲ τὰ δυτικὰ ἔσαι αἱρετώτερα μᾶλλον, ὅταν μακρὸν ὄντα τῆς θαλάσσης ἐπιπνέοντα ἔχει τὸν ζέφυρον, *Magis tamen orientales. . . Aliquando vero et occidentales potiores erunt, quum procul a mari dissitae Fauonium adspirantem habent.* H.

e. Ad soli naturam) Virgilius: *Ventos, ac varium caeli praediscere morem Cura sit, ac patrios cultusque habitusque locorum, Et quid quaeque ferat regio, et quid quaeque recuset.* Dal.

Ad soli) Colum. l. c. *Nobis in vniuersum praecipere optimum visum est, vt in locis frigidis meridiano vineta subiiciantur, tepidis orienti advertantur, si tamen non infestabantur Austris, Eurisque . . . Sin autem regiones praedictis ventis fuerint obnoxiae, melius Aquiloni, vel Fauonio committuntur.* H.

f. Ad caeli . . mores). Statum, habitumque aeris. Vide N. et Em. N II. (hic coll.) *Ad c.*) Prius legebatur insulse, *minores.* At praeterquam *mores* habent exemplaria omnia manu exarata, R. Colb. Th. est vsu recepta Latinorum ea forma loquendi, *caeli mores,* Plinioque ipsi, L. XIV. s. 3. vbi caeli mores dixit, solique ingenia. Virgilio quoque Georg. I. 51. *Ventos, et varium caeli praediscere morem Cura sit, ac patrios cultus habitusque locorum.* Caeli statum dixit Columella de R. R. L. I. c. 1. H.

rigenda solertia est. In Africa *g.* meridiem vineas spectare, [1] viti inutile *h.*, colono insalubre est, quoniam ipsa meridianae subiacet plagae: quapropter qui ibi in occasum aut septemtriones conseret, optime miscebit solum caelo. [2] Quum Virgilius *i.* occasus improbet, nec de septemtrione relin-

1, et si viti inutile, colono salubre Gr. et vulgg. 2. *Miscebit solum caelo, quum Virgilius occasus improbet. Nec de septemtrione Gr. et Al.*

g. In Africa) Vide N. et Em. N. III. (hic coll.) *In A.*) Columella Plinio suffragatur, de R. R. L. III. c. 12. p. 10. *Feruentibus prouinciis, vt Aegypto et Numidia vni septemtrioni rectius opponentur*, vineta scilicet. Qua propter visa longe est potior scriptura codicum MSS. in quibus *colono insalubre* legitur, quam editorum, in quibus, plane contra scriptoris mentem, et a veritate prorsus abhorrente sententia, *colono salubre*. Irrepserat et alterum paulo post insigne mendum, praepostera interpunctione, quam nos omnium primi sanauimus. Sic enim libri editi exhibent. *Quapropter qui ibi*, in Africa, *in occasum aut septemtriones conseret, optime miscebit solum caelo, quum Virgilius occasus improbet. Nec de septemtrione relinqui dubitatio videtur. Atqui in Cisalpina Italia magna ex parte vineis positis, compertum est, nullas esse fertiliores.* Cui vero, amabo, idonea ea ratio videatur, cur probetur occasus in Africa, quod Virgilius occasum improbet? Scribi nempe, vt curauimus, oportuit: *optime miscebit solum caelo. Quum Virgilius occasus improbet, nec de septemtrione relinqui dubitatio videtur:* quam emendationem et ipsa orationis series, et interpretatio nostra corroborat. H.

h. Et si viti inutile, colono salubre est) Exemplar antiquum, *et viti inutile, colono insalubre est.* Scribendum reor praepostero ordine, *viti inutile et colono insalubre est;* fauente huic lectioni Columella lib. III. c. 12. et paulo post: *Is namque aestatem ibi temperat.* Pint.

i. Quum Virgilius Occasus improbet) Versus est Virgilii: *Neue tibi ad solem vergant vineta cadentem.* Dalec.

[1] relinqui *k.* dubitatio videtur. Atqui in Ciſalpina Italia magna ex parte vineis ita poſitis, compertum eſt nullas [2] eſſe *l.* fertiliores. Multum rationis obtinent et [3] venti. In Narbonnenſi prouincia atque Liguria, [4] et parte Etruriae, contra Circium *m.* ſerere imperitia exiſtimatur; eumdemque obliquum accipere, prouidentia. Is namque [5] aeſtates ibi temperat: ſed tanta *n.* plerumque violentia, vt auferat tecta. (III) Quidam caelum *o.* terrae

1. reliqua. M. 2. In Harduini ed. vox nullas excidit, quae ſaluo ſenſu abeſſe nequit. 3. Sic et M. 4. ex parte. Dal. 5. aeſtatem. M.

k. Relinqui dubitatio) MSS. R. etc. *reliqua.* Non eſt, inquit, dubitandi locus, quin vineta male ſeptemtrioni opponantur: quandoquidem magis noxius eſt ſeptemtrionalis ſitus, quam ſit occidentalis: occaſum autem improbat Virgilius. Atque nihilominus in Italia Ciſalpina, etc. Ciſalpinam vocat, non eam quae cis Apenninum eſt, ſpectatque Inferum mare: nam quis Tranſalpinam quoque Italiam dici poſſe quiſquam arbitretur, quae trans Apenninum altero latere in Superum ſeu Adriaticum vergit? ſed plane cenſemus *Italiam Ciſalpinam* dixiſſe eum, pro Gallia Ciſalpina, quod ſit illa Italiae pars: quam et Subalpinam idem appellat, lib. ſup. ſ. 22. H.

l. Nullas eſſe f.) Appoſite Palladius L. I. c. 6. p. 8. *Aquilo vites ſibi obiectas fecundat: Auſter nobilitat. Ita in arbitrio noſtro eſt, vtrum plus habeamus, an melius.* Aquilonem Palladius pro ſeptemtrione vſurpat. Praeiverat Colum. l. c. *Democrito et Magone*, inquit, *laudantibus caeli plagam ſeptemtrionalem: quia exiſtiment ei ſubiectas feraciſſimas fieri vineas; quae tamen bonitate vini ſuperentur.* H.

m. Contra Circium) De eo diximus L. II. ſ. 46. H.

n. Sed tanta plerumque violentia, etc.) Circio aedificia quaſſanti tamen incolae gratias agunt, tanquam ſalubritatem caeli ſui debeant. Diuus certe Auguſtus templum illi, quum in Gallia moraretur, et vouit et fecit. *Seneca lib. IV. quaeſt. natural.* Dal.

o. Quidam caelum) Quidam caelum ſolo, qualemcum-

rae parere cogunt: vt quae in ſiccis ſerantur, orientem *p.* ac ſeptemtriones ſpectent: quae in humidis, meridiem. Necnon ex ipſis vitibus cauſas mutuantur, in frigidis *q.* praecoces ſerendo, vt maturitas antecedat algorem. Quae poma viteſque rores oderint, contra ortus, vt ſtatim auferat ſol: quae ament, ad occaſus, vel etiam ad ſeptemtriones, vt diutius eo fruantur. Ceteri [1] fere rationem naturae ſequuti, in Aquilonem obuerſas vites et arbores poni ſuaſere: odoratiorem etiam fieri

1. *ſic ex MSS. em. Hard. ceteri vero fere Gron. et Alii attamen vero del. in V. C. etiam.*

cumque illud ſit, ſeruire cogunt: nam quum ratio fere ſuadeat, vt, quemadmodum paulo ante dictum eſt, caelum ſolo miſceatur, et quae feruntur in humido, orienti opponantur, qui ſiccior eſt: quae in ſicco, meridiei, hoc eſt, Auſtro, qui humidus eſt: hi contra, caelum terrae ſeruire cogunt: atque etiam e ſicco ſolo caelique ſtatu vuas ac fruges expoſcunt: et ex humido pariter ſolo caeloque. H.

p. Orientem ac ſeptemtriones ſpectent) Legendum puto *Occidentem*, non *Orientem*: Nam quum ſol exſiccandi facultate praeditus ſit, vt ſtatim ſequitur, ſi ea quae in ſiccis feruntur locis et rore indigent, in orientem vergant, magis ſitient, humoriſque magis expertia erunt. *Pint.*

q. In frigidis praecoces ſerendo, etc.) Columella c. 1. lib. III. et cap. 10. lib. V. *Dalec.*

In frigidis etc) Colum. L. III. c. 1. p. 82. *Frigidaeque aut nebuloſae caeli qualitati duorum generum vites aptabit: ſeu praecoques, quarum maturitas frugum praecurrit hiemem: ſeu firmi durique acini, quarum inter caligines vuae defloreſcunt, et gelicidiis ac pruinis, vt aliae caloribus miteſcunt.* Sic idem L. V. c. 10. de ficis: *Locis frigidis, autumni temporibus, et aquoſis, praecoques ponito, vt ante pluuiam fructum deligas.* Forte, *ante brumam*: quamquam et libro de arboribus, c. 21. etiam *ante pluuiam* legitur. H.

fieri talem fructum Democritus putat. *r.* (IV) Aquilonis situm, ventorumque reliquorum, [1] diximus secundo *s.* volumine, dicemusque proximo plura caelestia. Interim manifestum videtur salubritatis argumentum, quoniam in meridiem etiam spectantium semper ante [2] decidant folia. Similis et in maritimis causa. Quibusdam locis afflatus maris noxii, in plurimis iidem vtiles: quibusdam satis *t.* e longinquo aspicere maria iucundum: propius [3] admoueri satis halitum *u.*, inutile. Similis et fluminum *x.* stagnorumque ratio. Nebulis *y.* adurunt, [4] aut aestuantia refrigerant. Opacitate, atque

1. *sic em. Hard. conf. M. diximus in secundo Gr. et Al.* 2. *decidunt. Vet.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. admouere Gr. et vulgg.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et aestuantia Gr. et Al.*

r. Democritus putat) Alio id certe loco prodidisse necesse est, quem a Columella paulo ante laudari vidimus. H.

s. Secundo volumine) L. II. c. 46. et 47. H.

t. Quibusdam satis) Quibusdam frugibus. H.

u. Halitum) *Maritimum* afflatum. H.

x. Similis et fluminum stagnorumque ratio. Nebulis adurant, etc.) In Exemplari antiquo, *Similiter fluminum stagnorumque nebulis adurant.* Pint.

y. Nebulis adurunt) Emittunt enim flumina stagnaque nebulas, aurasque frigidas, quae rubigines deinde creent, vitibus admodum satisque noxias, si ea nempe viciniora sint: eadem aliubi, sata in aestu refrigerant. Quare ad soli naturam dirigenda solertia est, Ita fere Democritus in Geop. L. V. c. 5. p. 123. Vide N. et Em. N. IV. (hic consp.) *Similis etc.*) Locum hunc partim ope codicum ante laudatorum refinximus, partim ex indubitata coniectura aliter, quam olim interpunximus. Sic enim prius legebatur: *Nebulis adurunt, et aestuantia refrigerant opacitate, atque etiam etc.* In MSS. omnibus, *aut.* Atqui prior pars huius orationis, *nebulis adurunt*, etc. ad flumina et stagna spectat, vt diximus. Posterior, *opacitate*, etc.

atque etiam rigore gaudent, quae diximus. *z.* Quare experimentis optime creditur.

III. A caelo proximum eſt terrae dixiſſe rationem haud faciliore tractatu: quippe non eadem arboribus conuenit et frugibus plerumque: nec pulla *a.*, qualem habet Campania, vbique optima vitibus: aut quae tienues *b.* exhalat nebulas: nec rubrica multis laudata. Cretam in [1] Albenſium *c.* Pompeianorum agro, et argillam, cunctis *d.* [2] ad vineas generibus anteponunt, quamquam praepingues, quod excipitur *e.* in eo genere. Inuicem ſabulum album in [3] Ticinenſi, multiſque in locis nigrum, itemque rubrum, etiam pingui terrae permixtum, infecundum eſt. Argumenta *f.* quoque iudicantium ſaepe fallunt. Non vtique *g.* laetum ſolum

1. *Alæanenſium. M.* 2. *ad vineas. Cb.* 3. *Ticinienſi. Cb.*

etc. ad arbores, quae varios caeli ſitus poſtulant. H.

z. Quae diximus) L. XVI. ſ. 30. et 31. H.

a. Nec pulla) Columella in praef. p. 8. *Atque in aliis regionibus nigra terra, quam pullam vocant, vt in Campania, eſt laudabilis: in aliis pinguis rubrica melius reſpondet, etc.* Et L. II. et X. *Putre ſolum, quod Campani pullam vocant.* H.

b. Aut quae tenues) Virgilium notat ita canentem, Georg. I. 217. *Quae tenuem exhalat nebulam, fumoſque volucres, Illa tibi laetis intexet vitibus vlmos* etc. H.

c. Albenſium) Ab Alba Pompeia de qua L. III. ſ. 7. H.

d. Cunctis) Cunctis terrarum generibus, quae vineis putantur *idonea.* H.

e. Quod excipitur) Quum ea pinguitudo ad vites plerumque damnetur. Colum. L. III. c. 11. *Cretoſa humus vtilis habetur viti: nam per ſe ipſa creta, qua vtuntur figuli, quamque nonnulli argillam vocant, inimiciſſima eſt.* H.

f. Argumenta) Virgilii nunc fere placita reprehendit, de ſignis terrarum. H.

g. Non vtique) Vt Virgilius cenſuit L. II. 207. *Aut vnde iratus ſiluam deuexit ara-*

ſolum eſt, in quo procerae arbores nitent, praeterquam illis arboribus. Quid enim abiete procerius? [1] aut quae vixiſſe *h.* poſſit alia in loco eodem? Nec luxurioſa *i.* pabula pinguis ſoli ſemper indicium habent: nam quid laudatius Germaniae pabulis? et tamen ſtatim ſubeſt arena tenuiſſimo ceſpitum *k.* corio. Nec ſemper *l.* aquoſa eſt terra, cui proceritas herbarum: [2] non hercules magis, quam pinguis, adhaerens *m.* digitis, quod in argillis arguitur. Scrobes *n.* quidem regeſta

1. *At quae.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. non hercule Gr. et Al.*

arator, Et nemora euertit multos ignaua per annos etc. H.

h. Aut quae vixiſſe — in loco eod.) Nempe, quod abietis vmbra, vt dicetur inferius ſ. 18. ſubditis fruticibus nouerca eſt: et quaecumque attigerit, non dubie venenum eſt. H.

i. Nec luxurioſa) Quae Virgilius laudat v. 219. *Quaeque ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit, Illa tibi laetis etc.* H.

k. Ceſpitum corio) Arenam integit tenuiſſimus ceſpes inſtar cutis, aut cruſtae, vel corii. *In Africa* quoque ac *Numidia*, teſte Colum. in praef. *putres arenae fecunditate vel robuſtiſſimum ſolum vincunt.* H.

l. Nec ſemper) Virgilii verſus eodem libro v. 251. *Humida maiores herbas alit, ipſaque iuſto Laetior.* H.

m. Adhaerens) Idem v. 248. *Pinguis item quae ſit tellus, hoc denique pacto Diſcimus: haud vnquam manibus iactata fatiſcit: Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo.* Virgilio tamen ſubſcribit Colum. L. II. c. 2. p. 42. *Itaque conſiderandum erit, vt ſolum quod excolere deſtinamus, pingue ſit. Per ſe tamen id parum eſt, ſi dulcedine caret, quod vtrumque ſatis expedita ratione contingit diſcere. Nam perexigua conſpergitur aqua gleba, manuque ſubigitur: ac ſi glutinoſa eſt, et quoties leviſſimo tactu preſſa inhaereſcit, et picis in morem ad digitos lenteſcit habendo, vt ait Virgilius, eademque illiſa humo non diſſipatur: ea res admonet nos, ineſſe tali materiae naturalem ſuccum et pinguetudinem.* Idem Palladius L. I. c. 5. p. 5. H.

n. Scrobes — in eos) In eos ſcrobes regeſta, vnde effoſſa

gesta in eos nulla complet, vt densa atque rara ad hunc modum deprehendi possit: ferroque *o.* omnis rubiginem obducit. Nec *p.* grauis [1] aut levior iusto deprehenditur pondere: quod enim pondus terrae iustum intelligi potest? Nec fluminibus *q.* aggesta semper laudabilis, quando senescant *r.* fata quaedam aqua. Sed neque illa quae laudatur, diu, praeterquam *s.* salici, vtilis sentitur. Inter argumenta *t.* stipulae crassitudo est, tanta [2] alioqui in [3] Laborino Campaniae nobili campo, vt ligni vice vtantur: sed idem solum vbicumque ar-

1. *atque.* M. 2. *alioquin.* Gr. 3. *Leberino.* M. *alioquin Leborino.* Ch.

effossa est. Colum. l. c. *Sed et si velis scrobibus egestam humum recondere, et recalcare, quum aliquo quasi fermento abundauerit, certum erit eam esse pinguem: quum defuerit, exilem: quum aequauerit, mediocrem, etc.* Simile est quod Virgilius praecipit: Georg. II. 226. *Nunc quo quamque modo possis dignoscere, dicam: Rara sit, an supra morem si densa, requiras: Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho. Sin in sua posse negabunt Ire loca, et scrobibus superabit terra repletis, Spissus ager: glebas cunctantes, crassaque terga Exspecta, validis terram proscinde iuuencis.* H.

o. Ferroque omnis) Quum tamen eam solam Virgilius damnet, v. 220. *Quae scabie et salsa laedit rubigine ferrum.* H.

p. Nec grauis) Virg. v. 254. *Quae grauis est, ipso tacitam se pondere prodit: Quaeque leuis.* H.

q. Nec flum.) Virg. v. 184. *At quae pinguis humus . . . Huc summis liquuntur rupibus amnes, Felicemque trahunt limum.* At videntur *aquaticae* arbores *celerius interire*, vt Plinius ait, L. XVI. s. 90. H.

r. Quando) Quandoquidem senescunt quaedam, quae sunt in aquis sata. H.

s. Praeterquam salici) Nam, vt alibi diximus, cum Virgilio, v. 110. *fluminibus salices* nascuntur. H.

t. Inter) Inter *optimae terrae* argumenta, crassitudo stipulae *censetur.* H.

arduum opere, difficile cultu, bonis suis *u.* acrius paene quam vitiis posset, affligit agricolam. Et carbunculus *x.* terra, quae ita vocatur, emendari vite macra [1] putatur. Nam tofus *y.* [2] scaber natura friabilis, expetitur quoque ab auctoribus. Virgilius *z.* et quae filicem ferat, non improbat vitibus. Salsaeque *a.* terrae multa melius creduntur, tutio-

1. *videtur.* *Ch.* 2. *satur ac fricabilis exp.* *M.* *vtrumque et Ch.*

u. *Bonis suis*) Bonitate sua magis fatigat agricolam, quam si magis vitiosum foret. H.

x. *Et carbunculus*) Quatuor illa verba: *terra quae ita vocatur*, delenda: sunt enim manifeste adiecta a lectore exponente quid esset *carbunculus.* Pintian.

Et carbunculus) Carbunculus Vitruuio L. II. c. 6. p. 24. arenae genus, quod in Etruria, adusta nimium vehementia vaporis materia, procreatur. Id terrae vitium quomodo vite macra sanetur, docet Cato, c. 37. *Vinea*, inquit, *si macra erit, sarmenta sua concidito minute, et ibidem inarato, aut suffodito.* H.

y. *Nam tofus*) Quamlibet a Virgilio damnatus v. 214. *Et tofus scaber, et nigra excesa chelydris Creta.* Tofus est lapidis genus molle ac friabile, de quo dicetur vberius L. XXXVI. s. 48. Refellere non vacat nouitium hominis eruditi commentum, tofum existimantis vliginosam esse palustremque terram. Colum. L. III. c. 2. *Quis enim*, inquit, *vel mediocris agricola nesciat, etiam durissimum tofum vel carbunculum, simul atque sunt confracti, et in summo regesti, tempestatibus, geluue, nec minus aestiuis putrescere caloribus ac resolui: eosque pulcherrime radices vitium per aestatem refrigerare, succumque retinere? quae res alendo surculo sunt accommodatissimae.* H.

z. *Virgilius*) Georg. L. II. v. 189. *Qui filicem curuis inuisam pascit aratris, Hic tibi praeualidas olim multoque fluentes Sufficiet Baccho vites: hic fertilis vuae, Hic laticis, qualem pateris libamus et auro.* H.

a. *Salsaeque*) A Virgilio tamen damnatae, v. 238. quod saporem vini corrumpit, et incrementa vitium virentium veluti quadam sca-

tutiora a vitiis innascentium animalium. [1] Nec colles *b.* opere nudantur, si quis perite fodiat. Nec campi *c.* omnes minus soles atque perflatus, quam opus sit, accipiunt. Et quasdam pruinis ac nebulis pasci diximus *d.* vites. Omnium rerum sunt quaedam in alto secreta, et suo cuique corde [2] pervidenda. Quid quod mutantur saepe iudicata quoque ac diu [3] comperta? In Thessalia *e.* circa Larissam emisso lacu frigidior facta ea regio est, oleaeque desierunt, quae prius fuerant. Item vites *f.*

 aduri

1. Nec colles vano opere. V. Nec colles temere. Alii. *2. prouidenda. M praeuidenda. Vet.* *3. compressa. M. vtrumque. Alii, comprehensa, et diu compressa. Ch.*

scabra rubigine coercet, inquit Colum. III. 1. vbi et Virgilii versus ipse recitat: *Salsa autem tellus, et quae perhibetur amara, Frugibus infelix: ea nec mansuescit arando, Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat.* At certe in terra salsa palmas seri oportere docet auct. Geop. II. 9. p. 48. ipseque Plinius L. XIII. s. 8. et libri huius s. 47. palmas ait et lentiscum salsis aquis ali. Alia multa etiam Theophr. de caus. II. 7. p. 240 H.

b. Nec colles) Nec in collibus male opera collocatur, quamquam hos Virgilius improbat, v. 179. *Difficiles primum terrae, collesque maligni.* H.

c. Nec campi) Id nempe reprehendit quod vulgus iactitat, venitque in vsum prouerbii, et est apud Nasonem, vt citari quidem ab aliis video, tantummodo *perflare altissima ventos.* H.

d. Diximus vites) Nempe in Rauennate agro, L. XIV. s. 4. H.

e. In Thessalia circa Larissam emisso lacu frigidior facta ea regio est: Oleae desierunt) Aptior lectio, *In Thessalia circa Larissam emisso lacu, frigidiore facta ea regione, oleae desierunt.* Dal.

In Thessalia) Haec Theophr. de causs. L. V. 20. p. 345. H.

f. Item vites aduri, quod non antea) Haec verba ad praecedentia spectant, ex Theophrasto L. V. de causis plantarum capite 20. Pro

aduri, quod non antea, Aenos *g.* senſit admoto Hebro. Et circa Philippos *h.* cultura ſiccata regio mu-

Proinde cum minore litera ſcribendum, *item vites aduri, quod non antea.* Theophraſti verba ſunt, *vt apud Lariſſam Theſſaliae. Prius enim, quod aqua ſtagnante pigraque campus repletus eſſet, aër craſſior et calidior erat: poſtea vero aqua educta colligique prohibita, aër frigidior eſt redditus, et gelationes plures ſequutae ſunt. Cuius rei argumentum afferunt, quod tunc oleae tum alibi, tum in Lariſſa oppido, magnae et optimae aderant, nunc autem nuſquam habentur, et vites quoque tunc numquam congelabantur, nunc perſaepe.* Item lego commutatis verbis, *vites aduri, quod non ante ſenſit. Thracia admoto*, etc. Pint.

Item vites) Theophr. l. c. etſi corrupto Graeco codice Aenos ibi praetermiſſa ſit. Cetera ſingularum eiuſcemodi mutationum cauſas erudite Graecus ſcriptor perſequitur. De Aeno oppido, Hebroque amne, et Philippis diximus in Geographicis, L. IV. H.

g. Thracia ſenſit admoto Ebro) Sic alii leg. Sed *Aenos ſenſit*, non *Thracia ſenſit*, vetus praefert lectio. Aenon autem Thraciae nobilem vrbem ad Ebrum fluuium ſitam, omnes geographi et fere hiſtorici celebrant. Sciendum tamen eſt locum hunc a Theophraſto libro citato, miſere ibi decurtatum eſſe, non minus in codice Graeco quam Latino: unde contagione morbus Plinium inuaſit. Verba Theophraſti ſubtexam ex tralatione Theodori, vt collata cum Plinianis perſpicuum fiat, quomodo vtrobique legendum ſit: *Aqua autem non ſemper agrum reddi frigidiorem, ſed etiam his quae prius iam diximus, argumentum, quod circa euenerat; haec enim tepidior nunc eſſe putatur, quia Ebrus amnis propior.* In his Theophraſti verbis deſiderari puto ciuitatis nomen *Aenos*, legendumque, *Argumentum quod circa Aenon euenit. Haec enim*, etc. In Plinio vero plura adiicienda ad ſenſus integritatem videntur. Quae autem ea ſint, liberum vnicuique ius cenſendi eſto: mihi ſatis ſit locum indicaſſe. *Pint.*

h. Et circa Philippos) Theophr. l. c. H.

mutauit caeli [1] habitum. At in Syracuſano *i.* agro aduena cultor elapidato *k.* [2] ſolo, perdidit fruges luto, donec regeſſit lapides. [3] In Syria *l.* leuem tenui ſulco imprimunt vomerem, quia ſubeſt ſaxum exurens aeſtate ſemina. Iam in quibuſdam locis ſimiles aeſtus immodici, et frigorum effectus. Eſt fertilis Thracia frugum, [4] rigore: aeſtibus, Africa et Aegyptus. In Chalcia *m.* Rhodiorum inſula locus quidam eſt in tantum fecundus, vt ſuo tempore ſatum demetant hordeum, ſublatumque protinus ſerant, et cum aliis frugibus metant. Glareoſum *n.* oleis ſolum aptiſſimum in Venafrano, pinguiſſimum in Baetica. [5] Pucina *o.* vina

Ll 3 na

1. *ambitum. M.* 2. *luto ſolo perdidit fruges, donec vtrumque. Man. et Conſt.* 3. *in Sicilia. M. et ipſe auctor cap. 6. lib. XI.* 4. *frigore. M.* 5. *Punica. M. vtr. Gr. et Al.*

i. At in Syracuſano agro aduena cultor elapidato luto ſole perdidit fruges) In exemplari antiquo, *elapidato ſolo luto, perdidit fruges.* Putamus dictionem *luto*, expoſitionis cauſa adiectam eſſe. Theophraſtus L. III. de cauſis plantarum, cap. 25. *Quod illi euenerat qui ex Corintho Syracuſas profectus, culturam Corinthii agri in Syracuſano ſeruauit: quum enim lapides e ſegete frugali legiſſet, reddidit multo deteriorem; frumentum enim exareſcebat, quum exemptis lapidibus nihil haberet quo ſe protegeret.* Dal.

At in Syracuſano) Theophr. de cauſ. L. III. 25. p. 290. H.

k. Elapidato ſolo) Quum lapides ex agro ſuſtuliſſet. H.

l. In Syria) Theophr. loco proxime cit. H.

m. In Chalcia) Siue Chalce, de qua L. V. ſ. 36. H.

n. Glareoſum) Colum. V. 8. p. 194. *Aptiſſimum genus terrae eſt oleis, cui glarea ſubeſt, ſi ſuperpoſita creta ſabulo admixta eſt. Non minus probabile eſt ſolum, vbi pinguis ſabulo ſubeſt, etc.* H.

o. Pucina vina) Creſcunt, inquit, maturanturque vina Pucina in ſolo ſaxoſo. Pli-

na in saxo coquuntur. Caecubae vites in Pontinis *p.* paludibus madent. Tanta est [1] argumentorum, [2] ac soli varietas, ac differentia. Caesar Vopiscus *q.*, quum causam apud censores ageret, campos [3] Roseae *r.* [4] dixit Italiae sumen esse, in quibus perticas *s.* pridie relictas gramen operiret: sed non nisi ad pabulum probantur. Non tamen *t.* indociles natura nos esse voluit, et [5] vitia confessa fecit, etiam vbi bona certa non fecerat. Quamobrem primum crimina dicamus.

V. (V) Terram [6] amaram *u.* siue macram, si quis probare

1. *agrorum. V.* 2. *sic ex MSS. em Hard. conf. Cb. et soli Gr. et Al.* 3. *Rosiae. Cb. Rosciae. Atii. Campus est agri Reatini, ducatus Spoletini.* 4. *dicit. M.* 5. *vitam conuersam. M. vtr.* 6. *Terrarum. V.*

Plinius XIV. 8. *Liuia Augusta LXXXII. annos vitae Pucino vino retulit acceptos... Gignitur in sinu Adriatici maris, non procul a Timauo fonte, saxeo colle, maritimo afflatu, paucas coquente amphoras.* In quibusdam libris *Punica* perperam legas. H.

p. In Pontinis) Siue Pomptinis, de quibus L. III. s. 9. H.

q. Caesar Vopiscus) Varro de R. R. L. I. c. 7. p. 51. *Caesar Vapiscus aedilitius, causam quum ageret apud Censores, Campos Roseae Italiae dixit esse sumen, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam.* H.

r. Campos Roseae) De quibus egimus L. III. s. 17. H.

s. In quibus perticas pridie relictas gramen operit) Ex M. Varrone hoc L. I. de re rustica cap. 7. ad cuius normam si locum hunc dirigas, sic leges, *in quibus perticas relictas postridie] gramen operiret.* Pint.

t. Non tamen) Non tamen nescire natura nos voluit, quae sciri oporteret H.

u. Terram amaram siue, etc.) Lege: *Terram amaram probauerim demonstrantia rarae degeneresque herbae: frigidam autem retorride nata: item vliginosam, tristitia rubricam oculis: argillam, quae operi difficillima quaeque rastros*

bare velit, demonſtrant [1] eas [2] atrae degenereſque *x.* herbae: frigidam *y.* autem, retorride nata. Item vliginoſam *z.*, triſtia: rubricam [3] oculi, argillamque, operi difficillimas, quaeque raſtros ac vomeres ingentibus glebis onerent: quamquam [4] non quod operi, hoc et fructui ſit aduerſum. Item e contrario cineraceam, et ſabulum album. Nam ſteri-

1. *eam Gr. et Al.* 2. *macrae. Vet.* 3. *oculi et argilloſum, quae operi difficillima raſtros, etc. onerat. Vet.* 4. *non aliquando. M. aliquando non quod operi. Vet.*

ſtros aut vomeres ingentibus glebis oneret, quamquam non quod operi, hoc fructui aduerſum: item e contrario cinericiam et ſabulum album. Vide expoſitionem iſtorum verborum apud *Salmaſ.* p. 114. et 115.

Terram amaram, ſiue macram) H.e.ſiue amaram, ſalſamque, ſiue macram (ſunt enim diuerſae) iiſdem ſignis deprehendes. Vide N. et Em. N. V. (hic coll.) *Terram etc.)* Sic totidem plane litteris et apicibus Colb. 2. 3. et Par. niſi quod *eam* habent, non *eas.* At in R. 1. 2. Colb. I. Thuan. et aliis, *eas* legitur. In his tamen poſterius appellatis mutila ſententia eſt in hunc modum: *Terram amaram probauerim, demonſtrant eas,* etc. Vnde Salmaſius ita refingit in Sol. p. 114. *Terram amaram probauerim demonſtrantia atrae degeneriſque herbae, etc.* H.

x. Atrae degenereſque herbae) Hederam fortaſſis nigram ſignificat, de qua Virgil. — *at ſceleratum exquirere frigus Difficile eſt, piceae tantum, taxique nocentes Interdum, aut hederae pandunt veſtigia nigrae.* Dalec.

y. Frigidam autem retorride nata) Id eſt quod ait Palladius c. 5. L. I. quae a bona terra proferuntur, nec ſcabra eſſe, nec retorrida, nec ſucci naturalis egentia. *Dal.*

Retorride nata) Velut frigore aduſtae herbae, et vt Palladius ait, L. I. 5. vbi vim eius vocis explanat, naturalis ſucci egentes. H.

z. Item vliginoſam) Virgilius II. Georg. Varro c. 7. L. I. Columel. cap. 5. et 6. L. II. *Dal.*

Vliginoſam) Semper humidam,

ſterilis *a.* denſa callo facile deprehenditur, vel vno ictu cuſpidis. Cato *b.* breuiter atque ex ſuo more vitia determinat: Terram *c.* carioſam caue, neue plauſtro, neue pecore impellas. Quid putamus hac appellatione ab eo tantopere reformidari, vt paene veſtigiis quoque interdicat? [1] Redigamus *d.* ad ligni cariem, et inueniemus illa, quae in tantum abominatur, vitia, aridae *e.*, fiſtuloſae, ſcabrae,

1. *ſic em. Hard. cum Pint. ex MSS. redeamus Gr. et Al.*

midam, quod in loco praeſertim aequo contingit, quum aquae non habent delapſum, vt loquitur Varro de R. R. I. 6. Quod ſi modice humida terra ſit, tunc *dulci vligine laeta* intelligitur, qualis a Virgilio laudatur, Georg. II. 184. H.

a. Nam ſterilis) Nam quae ſterilis eſt terra, denſa eſt, ac *duritie* quae calli inſtar eſt, facile deprehenditur. H.

b. Cato) Cap. 5 et 34. *Dal.*

c. *Terram carioſam caue, neue plauſtra, neue pecore impellas)* Verba hic aliquot, vt ſentio, deſiderantur, ex Catone ipſo, quem citat cap. 5. *Terram*, inquit, *carioſam caueto ne ares, neue plauſtrum, neue pecus impellas in illam.* Pint. *Terram carioſam caue, etc.)* Carioſam et variam terram Columella c. 4. L. II. exponit nimbis exiguis ſemimadidam, quum poſt longas ſiccitates leuis pluuia glebarum ſuperiorem partem madefecit, inferiorem non attigit. *Dalec.*

c. *Terram carioſam)* Cato de R. R. II. 5. p. 11. *Terram carioſam caueto ne ares, neve p oſtrum, neue pecus impellas: ſi ita non caueris, quo impuleris, triennii fructum amittes.* H.

d. Redigamus) Ita MSS. R. etc. non *redeamus*, vt in editis praue. H.

e. Aridae, fiſtuloſae) Colum. II. 4. p. 47. *Quam terram ruſtici variam carioſamque appellant, ea eſt, quum poſt longas ſiccitates leuis pluvia ſuperiorem partem glebarum madefacit, inferiorem non attingit ... Quae ſic ſubacta ſunt arua, continuo triennio ſterilitate afficiuntur.* Vide quae de terra varia dicturi ſumus L. XVIII. 49. H.

brae, canescentis, [1] exesae, et pumicosae. Plus dixit vna significatione, quam possit vlla copia sermonis [2] enarrari. Est enim interpretatione vitiorum quaedam, non aetate *f.*, (quae nulla in ea intelligi potest,) sed natura sua, anus terra: et ideo infecunda ad omnia, atque imbecilla. Idem *g.* agrum optimum iudicat ad radicem *h.* montium planitie in meridiem excurrente; qui est totius Italiae *i.* situs: terram vero *k.* teneram quae vocetur pulla. Erit igitur *l.* haec optima [3] et operi, [4] et satis.

1. *ex se pumicosae. M.* 2. *enarrare. Est enim in tentatione. M.* 3. *et operi satior Gr. et Al.* 4. *sana. M. sacra, i. e. dicata Turn. satia. Cb.*

f. Non aetate, quae nulla) *Falso credidit Tremellius,* inquit Colum. II. 1. p. 37. *parentem omnium terram, sicut muliebrem sexum, aetate anili iam confectam, progenerandis fetibus esse inhabilem etc.* H.

g. Idem agrum) Cato, c. 1. p. 6. *Si poteris, sub radice montis siet, in meridiem spectet.* H.

h. Ad radicem montium planitie in meridiem excurrente) *Ab radice* in scripto Cod. legitur, non *ad radicem.* forte *sub radice* legi esset commodius ex ipso Catone cap. 1. *Si poteris, sub radice montis siet, in meridiemque spectet.* Pint.

i. Qui est totius Italiae) Plin. III. 6. de Italia: *Incedit per maria, caeli regione ad meridiem quidem: sed si quis id diligenti subtilitate exigat, inter sextam horam, primamque brumalem.* H.

k. Terram vero teneram) Cato, c. 151. *Quo pacto cupresseta seri oporteat . . . . Per ver serito in loco, vbi terra tenerrima erit, quam pullam vocant.* H.

l. Erit igitur haec optima et operi satior) In eodem si leges, *erit igitur haec optima, et operiet sata.* Scribendum videtur, *erit igitur haec optima, et operi et satis.* Pint.

Et operi et satis) Et rastris vomeribusque facilis, et frugibus laeta. Vide N. et Em. N. VI. (hic consp.) *Erit)* In ed. Parm. *et operi satiua.* Hermolaus, *et operi satior.* R. 1. et Colb. ac Chiffl. *et operi satia.* R. 2. et Tol. *et operiet sata.* Vnde Pintiani con-

ſatis. Intelligere modo libeat dictam mira ſignificatione teneram *m.*: et quidquid optari debet, in eo vocabulo inuenietur. Illa temperatae vbertatis, illa mollis faciliſque culturae, nec madida, nec ſitiens, illa poſt vomerem niteſcens: qualem fons ingeniorum Homerus *n.* in armis a Deo caelatam dixit, addiditque *o.* miraculum [1] nigreſcen-

[1]. *increſcentis. M.*

coniectura fuit, quam conſequuti ſumus, *et operi, et ſatis.* Coniecturam egregie firmamus, ex auctore Geop. II. 8. p. 46. ita ſtatuente, laudatiſſimum eſſe ſolum terrae nigrae, quia et ad ſata percommoda ſit, nec repugnet operi, καὶ πρὸς σπόριμα ἐπιτηδείως ἔχουσα, καὶ μὴ δυσεργής. Sed et haud paulo validiore argumento, ex ipſius Plinii verbis, qui paulo ante, quum de argilla et rubrica ageret, vbi operi difficillimas has eſſe dixit, ſubiecit idem: *Quamquam non quod operi, hoc et fructui ſit aduerſum.* Vnde liquido intelligas in probatione terrae dotem hanc geminam ab eo deſiderari, vt et operi optima ſit, et ſatis, ſeu frugibus. H.

m. Teneram etc.) Facilem et modice reſolutam. Columel. cap. 2. lib. II. et c. 11. lib. I. Pullae Cato meminit l. XXIV. Idem teneram tenerrimam pullam vocat cap. 151. Vid. inf. c. 23. lib. XVIII. Virg. *putre ſolum* vocat: - - *putre ſolum, namque hoc imitamur arando.* De cuius verbi ſignificatione Victor. cap. 23. lib. XII. Pint. - - *Zephyro putris ſe gleba reſoluit.* Turn. cap. 27. XVIII. *Dalec.*

n. Homerus) Iliad. σ'. v. 541. Ἐν δ' ἐτίθει νειὸν μαλακήν, πίειραν ἄρουραν, etc. H.

o. Addiditque etc.) Iliados Σ. Ἐν δ' ἐτίθει νειὸν μαλακὴν πίειραν ἄρουραν, Εὐρεῖαν, τρίπολον, πολλοὶ δ' ἀροτῆρες ἐν αὐτῇ Ζεύγεα δινεύοντες ἐλάστρεον ἔνθα καὶ ἔνθα. Οἱ δ' ὁπότε στρέψαντες ἱκοίατο τέλσον ἀρούρης, Τοῖσι δ' ἔπειτ' ἐν χερσὶ δέπας μελιηδέος οἴνου Δόσκεν ἀνὴρ ἐπιὼν τοὶ καὶ στρέψασκον ἀν' ὄγμους Ἱέμενοι νειοῖο βαθείης τέλσον ἱκέσθαι. Ἡ δὲ μελαίνετ' ὄπισθεν ἀρηρομένῃ δὲ ἐῴκει, Χρυσείη περ ἐοῦσα τὸ δὴ περὶ θαῦμ' ἐτέτυκτο. No-

ſcentis *p.*, quamuis fieret [1] in auro. *q.* Illa quam recentem exquirunt improbae alites, vomerem comitantes *r.*, coruique aratoris veſtigia ipſa [2] rodentes. Reddatur hoc in loco luxuriae quoque ſententia et aliqua in propoſitum. Certe Cicero, lux doctrinarum *s.* altera: Meliora, inquit, vnguenta ſunt, quae terram *t.* quam quae crocum ſapiunt. Hoc enim maluit dixiſſe, quam redolent. Ita eſt profecto: [3] illa erit optima, quae vnguenta ſapiat. Quod ſi admonendi *u.* ſumus, qualis ſit terrae odor, ille qui quaeritur, contingit, ſaepe etiam [4] quieſcente *x.* ea ſub [5] occaſum ſolis, in

1. *ex auro. M. et Ch.* 2. *radentes. V.* 3. *illa enim erit. M.* 4. *humeſcente. Quidam.* 5. *occaſu. M.*

Noctem e terra genitam fabulis proditur, quod terrae ſoli obiectae denſitari Mathematici tribuunt, qua de cauſa Poëtae γῆν μέλαιναν Rhod. cap. 16. lib. XXV. *Dalec.*

Addiditque) V. 47. Ἡ δὲ μελαίνετ᾽ ὄπισθεν, ἀρηρομένῃ δὲ ἐῴκει, χρυσείη περ ἐοῦσα· τὸ δὴ περὶ θαῦμ᾽ ἐτέτυκτο. *Nouale, quod erat proſciſſum, nigreſcebat a tergo: et aratae terrae ſimile erat, quamuis in auro id exhiberetur: id vero ingens miraculum fuit.* H.

p. Nigreſcentis) Nigram apud Theophraſt. probat. Leophanes. *Dal.*

q. Fieret in auro) MSS. omnes, *ex auro.* H.

r. Coruique) Id vero coruis familiare idcirco potius quod ſemina, quam quod recentem terram exquirant. Nam, vt Macrobius ait, Sat. VII. 5 *coruos videmus vniuerſis inhiare ſeminibus:* quod et ſacri codices commemorant, Luc. XII. 24. H.

s. Lux doctrinarum altera) Poſt Homerum, qui, vbi dictum proxime, fons ingeniorum fuit. H.

t. Quae terram) Vide quae iam antea diximus L. XIII. ſ. 4. H.

u. Quod ſi admonendi ſumus) Idem cap. 25. lib. VI. cauſſ. Ariſt. Probl. 12. quaeſt. 2. *Dal.*

x. Quieſcente ea) Nec aratro ſciſſa, aut commota. H.

y. In quo loco arcus) Egimus

in quo loco *y.* arcus caelestis deiecerit capita sua: et quum *z.* a siccitate continua immaduit imbre: tunc emittit illum *a.* suum halitum diuinum [1] ex sole conceptum, cui comparari suauitas nulla possit. Is esse odor in commota debebit, repertusque neminem [2] fallet: ac de terra odor optime iudicabit. Talis fere *b.* est in noualibus caesa ve- tere

1. *et Solem. Ch.* 2. *fallit. M.* 3. *ac de terrae odore. M. vtr. Lego, Sic de terra odor optime, etc.*

mus de ea re iam dudum, L. XII. s. 52. H.

z. Et quum a siccitate) Quum aestiuo tempore solo adusto imbres accesserint, inquit Theophr. de causs. VI. 25. p. 382. Martial. L. III. Ep. 65. *Pallidus Eoo thure quod ignis olet: Gleba quod aestiuo leuiter quum spargitur imbre, etc.* H.

a. Tunc emittit illum, etc.) Huius rei caussam vid. expl. apud Rhod. c. 31. XXII. Vid. sup. cap. 24. lib. XII. apud Cic. lib. III. de Orat. Odorem eum significari quidam volunt quum ait. *Licet hoc videre in reliquis sensibus, vnguentis minus diu nos delectari summa et acerrima suauitate conditis, quam his moderatis: et magis laudari quod terram, quam quod crocum olere videantur.* Brod. tamen cap. 5. IV. *ceram* non *terram* legit. Vid. Theoph. cap. 25. causs. Arist. q. 2. sect. 12. Problem. *Dal.*

b. Talis fere est in noualibus caesa vetere silua) Legendum *incensa vetere silua*, non *caesa*, ex Theophrasto euidenter lib. VI. de caussis plantarum cap. 25. his verbis: *Siccitas enim est quae odores vel omnium vel certe aliquorum facere possit, quod obiter in terra quoque perspicuum est, vbi tempore aestiuo solo adusto imbres accesserint. Humor enim admissus, feruentique pulueri permistus, odorem generat, quod idem in ceteris etiam facit. Nam et quod de arcu coelesti referunt, arbores et loca reddere odorata vbicumque constiterit, tale est: reddit enim non in omnibus modis odorata, sed si qua materia combusta proxime sit. Nec id forsitan per se agit, sed quodammodo per euentum: impluit enim locis vbi constiterit. Quippe materiae combustae admixtus humor vaporem quemdam odoremque excitat, neque enim aquae multum descendit, sed magna par-*

tere silua, quae consensu [1] laudatur. Et in frugibus quidem ferendis eadem terra vtilior intelligitur, quoties intermissa cultura quieuit: quod in vineis non fit. Eoque diligentius eligenda est, ne vera exsistat opinio *c.* eorum, qui iam Italiae terram

1. laudantur. M. subnoualia.

qarte guttae irrorant, ita vt caliditatis siccitatisque modus non desit. Haec Theophrastus. Patrocinatur etiam correctioni nostrae Aristoteles duodecima Problematum sectione, quaestione 3. *Prouenit,* inquit, *odoris ille affectus, non qualitercumque se materies habeat, neque enim in viridi, neque in arida, sed in vsta post aquam quae arcui superuenerit, certam reddi suauitatem odoris pastores referunt.* Ex ante dictis vtriusque auctoris verbis patet, verba illa quae statim sequuntur, *quae consensu laudatur,* deprauata esse, legendumque ad hunc maxime modum, vel huic consimilem, *quum sensim impluat.* Pint.

Caesa vetere silua) Quam potissimum Virgilius laudat, vt diximus paulo antea, *Vnde iratus siluam deuexit arator, Et nemora euertit, etc.* H.

c. *Opinio eorum)* Etiamque Tremellii Scrofae aliorumque, quos Columella appellat: cuius perelegans de hoc argumento oratio est, tum in praefat. operis, tum L.II.c.1. *Quaeris,* inquit, *ex me, Publi Siluine, cur, priore libro veterum opinionem ferme omnium, qui de cultu agrorum loquuti sunt, a principio confestim repulerim, falsamque sententiam repudiauerim, censentium longo aeui situ, longique iam temporis exercitatione fatigatam et effetam humum consenuisse. Nec te ignoro, quum et aliorum illustrium scriptorum, tum praecipue Tremellii auctoritatem reuereri, qui quum plurima rusticarum rerum praecepta simul eleganter et scite memoriae prodiderit, videlicet illectus nimio fauore priscorum, de simili materia disserentium, falso credidit parentem omnium terram, simul muliebrem sexum, aetate anili iam confectam, progenerandis esse fetibus inhabilem etc.* De Scrofa Tremellio egimus in auctorum indice. H.

ram existimauere lassam. Operis quidem *d.* facultas in aliis generibus constat et caelo: nec potest arari post imbres aliqua, vbertatis vitio *e.* lentescens. Contra, in Byzacio *f.* Africae illum centena quinquagena *g.* fruge fertilem campum, nullis quum [1] siccus est, arabilem tauris, post imbres vili asello *h*, et a parte altera [2] iugi, anu vomerem trahente, vidimus scindi. Terram [3] enim terra emendari (vt aliqui *i.* praecipiunt) super tenuem pingui iniecta, aut gracili bibulaque super humidam

1. *siccum est. M. vtr.* 2. *iungi anum vom. trahentem, etc. M. vtr. et Ch. Lego, vili asel. vidimus scindi, et a par alt. iungi anum. vom. trahentem.* 3. *etiam. Vet.*

d. Operis quidem) Arandi proscindique soli facilitas in aliis terrarum generibus a caelo pendet. H.

e. Vbertatis vitio) Ob pinguitudinem, quae vbertatem facit, quum vomere scinditur, lentescit, nec friabilis est, solubilisque in puluerem. H.

f. In Byzacio) De eo iam diximus L. V. f. 3. sed ibi centesima tantum fruge reddere foenus terra dicitur forte mendose, pro centena quinquagena. Quum L. XVIII. f. 21. e *modio*, vt ait ipse, *in Byzacio Africae campo, centeni quinquageni modii reddantur.* H.

g. Centena quinquagena fruge fertilem campum) Meminisse oportet Plin. L. V. cap. 4. *centena* tantum scripsisse, vt in loco alterutro sit error. *Pint.*

h. Vili asello) De asinorum ministerio in arando diximus L. VIII. f. 68. H.

i. Vt aliqui praecipiunt) Theophr. cap. 25. L. III. de Causs. quosdam praecipere ait, vt varii diuersique generis terrae commisceantur, macra cum pingui, etc. Tacite id ridet et reprehendit Plinius. *Dalec.*

Vt aliqui) Apud Theophr. de causs. III. 25. p. 289. quod et ipse Theophrastus probat, argumentis non adeo poenitendis. Atque id quidem Vbios, quamquam gentium solos, vsurpare sect. sq. dicetur. H.

dam ac praepinguem, [1] dementia operae eſt. [2] Quid poteſt ſperare qui talem colit?

IV. (VI.) Alia eſt ratio, quam Britannia et Gallia inuenere [3] alendi *k.* eam ipſa: quod genus vocant [4] margam. *l.* Spiſſior *m.* vbertas [5] in ea intelligitur. Eſt autem quidam terrae adeps, ac velvt glandia in corporibus, ibi denſante *n.* ſe pinguitudinis nucleo. VII. (VII.) Non omiſere et [6] hoc Graeci: quid enim intentatum illis? [7] Leucargillon *o.* vocant candidam argillam, [8] qua in Megarico agro vtuntur, ſed tantum in humida frigidaque terra. [9] Illam Gallias Britanniaſque locupletan-

1. dementiae operari eſt, quod poteſt ſuperari qui colit terram. M. dementiae operae eſt. Quid poteſt ſperare qui colit talem? M. alterum. dementia operae eſt. Quid pot. ſper. qui alit talem? Ch. 2. *ſic ex MSS. em. Hard. quod enim poteſt Gr. et Al.* 3. *alendi ea ipſi, genuſque quod vocant. M. Lego, alendi eam, Gypſi genus eſt quod vocant.* 4. *marlam. M.* 5. *ex ea colligitur. Vet.* 6. *hanc. Vet.* 7. *Leucargillion. M. Leucargilion. Ch.* 8. *quam in Ch.* 9. *ſic em. ex MSS. Hard. illa Gall. Britan. locupletantia cum cura dici conuenit duo genera. Fuerant plura. M. illas . . . locupletantes Gr. et Al.*

k. Alendi eam) Terram terra alendi. H.

l. Margam) Ita MSS. omnes. Poſteriores margilam, dixere, mox et marlam vnde noſtri *Marle*, *Margne*, et *Marne*. Edictum Pictenſe Caroli Calui, laudatum a D. Du-Cange, §. 29. *Margilam, et alia quaeque carricare.* Multa de ea Caeſius de mineral. II. 2. p. 144. et Georg. Agricola de nat. foſſil. II. p. 185. 189. Foſſas vnde marga ſeu marla eruitur, Galli vocant *Marlieres.* H.

m. Spiſſior) Maior frugum vbertas in marga poſita eſſe deprehenditur. H.

n. Ibi denſante) Ibi denſante et cogente velut in nucleum callumque terrae pinguitudine. H.

o. Leucargillon) Voce conflata e duabus, λευκὸς et ἄργιλλος. H.

tantem cum cura dici conuenit. Duo genera fuerant. Plura nuper exerceri cepta proficientibus ingeniis. Eſt enim alba, [1] rufa, columbina, argillacea, tofacea, arenacea. Natura duplex: aſpera, aut pinguis. *p.* Experimenta vtriuſque in manus *q.*: vſuſque geminus, aut vt fruges tantum alant, [2] aut edant et pabulum. *r.* Fruges alit [3] tofacea alba, quae ſi ſit inter fontes reperta, eſt ad infinitum fertilis: verum aſpera [4] tractatu, et ſi nimia iniecta eſt, exurit ſolum. Proxima eſt rufa, quae vocatur [5] acaunumarga *s.*, intermixto lapide terrae minutae, arenoſae. Lapis contunditur *t.* in ipſo campo: primiſque annis ſtipula difficulter caeditur propter lapides. Impendio tamen [6] minimo leui-

1. *roſea. M. vtr. roſa. Cb.* 2. *aut eaedem et pab. M. vtr.* 3. *tophacea. Alba ſit inter. M.* 4. *tactu: nimia ſi iniecta eſt, exuritur ſole. M. vtr.* 5. *ſic quoque Cb. Campnumargos Gr. et vulg..* 6. *minima, leuitate.*

p. Aut pinguis) Eſt et liquida Georgio Agricolae libro I. defoſſilibus *Dalec.*

q. In manus) Manu, *ac tractatu*, differentia vtriuſque agnoſcitur. H.

r. Aut edant et pabulum) Non frugum modo fertiles ſint, verum etiam et pabuli. Sic gliſſomarga verſa vice mox dicetur pabuli, quam frugum, fertilior. H.

s. Capnumargos) Καπνέμαργον dictam volunt, quaſi fumi ruffo et fuſco colore infectam: alii καυνόμαργον legunt, quaſi laxam et raram. Alterum manuſc. exemplar meum habet, *Caunumarga. Dal.*

Acaunumarga) Sic MSS. R. Colb. Thuan. Chiffl. non *capnumargos.* Hoc eſt, citra amarorem marga, ab α priuatiuo, et καυνὸς amarum, atque ob id malum. H.

t. Contunditur) Vel reſoluitur gelu et tempeſtatibus. *Dal.*

Contunditur) Plerique nunc ſinunt gelu reſolui, et tempeſtatibus. H.

u. Stipula) Aegre ſtipula ſecatur, meſſiſque peragitur, occurſu aſſiduo lapidum. H.

leuitate *x.*, dimidio minoris quam ceterae, inuehitur. Inspergitur rara: [1] sale eam misceri putant. Vtrumque hoc genus semel iniectum in L. annos *y.* valet, et frugum et pabuli vbertate. (VIII) Quae pingues esse sentiuntur, ex his praecipua alba. Plura *z.* eius genera. Mordacissimum, quod supra diximus. Alterum genus albae [2] cretae argentaria *a.* est. Petitur ex alto, in centenos pedes actis plerumque puteis, ore [3] angustatis: intus *b.*, vt in metallis, spatiante vena. Hac maxime Britannia vtitur. [4] Durant *c.* annis LXXX. Neque est exemplum vllius qui bis in vita hanc eidem iniecerit. Tertium genus candidae, [5] glisso-mar-

1. *sole eam dissolui, et cum terra misceri putant. Dal.*
2. *creta argumentaria. Vet. alimentaria. Ch. Lego, creta argillosa est.* 3. *angustis. Vet.* 4. *sic et M. durat Gr. et Al.* 5. *glysomargam. Ch. glischromargon. Gr. et Al.*

x. Leuitate) Ob leuitatem, dimidio minore quam ceterae sumptu inuehitur. H.

y. In L. annos) In decem annos Galliae. *Dal.*

In L. annos) In Gallia ad decem tantum, hac aetate. H.

z. Plura eius genera) Margae nimirum albae: alterum genus mordacissimum, quod et asperum, et exurens solum, de quo proxime dictum est: pingue alterum, e genere albae cretae, argentarium vocatur: quoniam nitorem argento reddit, vt dicetur L. XXXVI. §. 58. non, vti Cardanus somniauit, quod ex ea creta possit argentum detrahi. Vtuntur ea fabri argentarii, ad argentea vasa polienda; vt Tripoli, seu Tripolitana terra, ad aurea, aereaue. H.

a. Argentaria est) Argento poliendo vtilis: vulgo *Tripela.* Huius meminit Varro c. 7. L. I. *Dal.*

b. Intus, etc.) Intus exspatiante fossura, vt in fodinis metallicis: quarum os pariter angustum, subterranei deinde meatus longissime exspatiantur. H.

c. Durant) Ita MSS. Albae nimirum cretae geminae. H.

margam *d.* vocant. Eſt autem creta fullonia mixta pingui terra, pabuli quam frugum fertilior; ita vt meſſe ſublata ante ſementem alteram [1] laetiſſimum ſecetur. *e.* Dum in fruge eſt, nullum aliud *f.* [2] gramen [3] emittit. Durat xxx. annis: denſior iuſto [4] Signini modo *g.* ſtrangulat ſolum. Columbinam [5] Galliae ſuo nomine eglecopalam [6] appellant:

1. laetiſſimam. Gr. et Al. 2. germen. Ch. 3. mittit. Ch. 4. ſic et M. vtr. et Turneb. et Ch. nempe ruderis e ſignino opere. Cymini Gr. et Al. 5. Galliae, etc. appellant. Ch. 6. appellat. Gr.

d. Gliſſomargam) Sic reſtituimus eam vocem, ex fide codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. Chiffl. etſi in editis *Gliſchomargon* legitur, quod ex Anglico *Gliſter* fulgere, deduci volunt, qui vocum origines ſectantur. Alii a γλύσσων deducunt, quam vocem Ariſtophanes pro γλυκύτερος, *dulcior*, vſurpauit: vt hoc margae genus videlicet, cum altero collatum, quod acaunumargam veteres dixere, hoc eſt, ſine amaritudine, dulcius eo eſſe intelligatur. H.

e. Laetiſſimum ſecetur) Nempe pabulum. H.

f. Nullum aliud) Gramen aliud naſci non ſinit. H.

g. Signini modo) Gliſſomarga, inquit, quum denſius quam par eſt, iniecta fuerit, Signini operis modo, ſtrangulat, conſternit, occluditque ſolum, vt ſata, veluti ſuffocatum haud proferat. Signini operis pauimentique faciendi ratio a Plinio traditur, L. XXXV. ſ. 48. Vide N. et Em. N. VII. (hic poſ.) *Sign.*) Prius legebatur, *cymini modo*. Cyminum vero n o c e r e ſolo nuſquam legere me memini. Neque vero *cymini* habent MSS. vlli codices, ſed vti curauimus edi, *Signini*, R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. Chiffl. vet. Dal. Gliſſomargam vero recte intelligimus, quum denſius iuſto inmittitur, inſtar pauimenti Signini ſua ſpiſſitate hoc afferre incommodi, quod Theophr. de Cauſſ. L. III. c. 20. p. 293. creari monet ab humido limoſoque ſolo, quum ſiccatur, vt commiſſa ſemina oblinat, obſtruatque, adeo vt tranſmittendi poteſtatem adimat. Signini operis denſitatem, praeter ea quae ſumus alibi dicturi, illud Columellae dictum arguit, L.

lant *h.*: glebis *i.* excitatur lapidum modo: ſole et gelatione ita ſoluitur, vt tenuiſſimas bracteas faciat. Haec ex *k.* aequo fertilis. Arenacea vtuntur, ſi alia non ſit: [1] in vliginoſis vero, et ſi alia ſit. Vbios gentium *l* ſolos nouimus, qui fertiliſſimum agrum colentes, quacumque *m.* terra infra tres pedes effoſſa, et pedali craſſitudine iniecta laetificent. Sed ea non diutius [2] annis x. prodeſt. Hedui et Pictones calce vberrimos fecere agros: quae ſane et oleis, et vitibus vtiliſſima reperitur. Omnis autem marga [3] arato iniicienda *n.* eſt, vt medica-

Mm 2

1. *in vlig. vorticibus et ſi alia ſit. Vet. M.* 2. *annis X. in M. d.* 3. *aratro. M.*

L. I. c. 6. *Solum terrenum, . . . velut Signinum opus, pauiculis condenſatur.* H.

h. Eglecopalam appellat) Quidam legunt *Aiglipeliam*, id eſt, ſplendidam et liuidam: αἰγλήεις, lucidus: πελιὸς, liuidus. Ceterum ea vox Graeca potius fuerit quam Gallica. In vetuſto legitur, ſuo nomine e Graeco (*lego, ſed et Graeco*) *Pelian* appellat. *Dalec.*

Eglecopalam) Ita MSS. omnes Celticum nomen eſſe Plinius aperte monet: quare diſplicet Hermolai coniectura, legentis e Graeco *pelan*: vt ſit ſententia, Gallias a Graeco acceptum nomen corrupiſſe in ſuum. Graece enim πελειὰς columba dicitur, quae liuido colore: vnde et nomen margae columbinae. H.

i. Glebis excitatur) E terra maiores eius margae moles ſeu glebae extrahuntur, vt lapides e lapidicinis: eaedem in tenues bracteas ſole ac gelu ſoluuntur. H.

k. Haec ex aequo fertilis) Pabuli nimirum, ac frugum. H.

l. Vbios gentium ſolos nouimus) Vbii Germanica gens erat, ſed in Gallicam ripam a Romanis traducta, quo loco nunc eſt celeberrima Agrippinenſis colonia. *Gelen.*

m. Quacumque terra) Laetum agrum, inquit, vberemque faciunt, quum terram infra tres pedes effoſſam, ſteriliori ſolo iniiciunt pedali craſſitudine. H.

n. Arato iniicienda) Vbi iam ſolum aratum eſt: vt terra facilius vim margae medi-

dicamentum [1] rapiatur: et fimi desiderat aliquantulum, quae primo plus aspera, et quae in herbas non effunditur: [2] alioqui nouitate, quaecumque fuerit, solum laedet, ne sic quidem primo post anno fertilis. Interest et quali solo quaeratur. Sicca enim humido melior, arido pinguis. [3] Temperat alterutra creta vel columbina, conuenit.

V. (IX.) *o.* Transpadanis cineris *p.* vsus adeo placet, vt anteponant fimo iumentorum: quod quia [4] leuissimum est, ob id exurunt. Vtroque tamen pariter non vtuntur in eodem aruo, nec in arbustis cinere, nec quasdam ad fruges, vt diximus. *q.* Sunt qui puluere *r.* quoque vuas ali iudicent.

1. *rapiatur. Fimi, etc. plus iusto aspera est, et quae. Dal.* 2. *alioquin Gr.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. temperatae Gr. et Al.* 4. *laetissimum. Vet. mox hoc cap. legitur, leuissimum Lego, qui quia lenissimus est, etc.*

medicatam et salubrem hauriat. In libris quibusdam *aratro*, male. H.

o. Ad inscr. de cineris vsu) Columella cap. 15. L. II. Theophr. cap. 8. L. II. Hist. et cap. 13. L. III. Causs. *Dalec.*

p. Cineris vsus) De quo Virg. Georg. I. 80. *Ne saturare fimo pingui pudeat sola: neue effetos cinerem immundum iactare per agros.* Quae porro traduntur a Virgilio agricolationis praecepta, ea sunt ex Italiae Circumpadanae ritu petita, vt Plinius adnotauit L. XVIII. s. 30. H.

q. Vt diximus) S. 3. his verbis: *Quippe non eadem arboribus conuenit et frugibus plerumque.* H.

r. Sunt qui puluere, etc.) Theophr. ibid. et cap. 22. L. III. Causs. *Dalec. Sunt qui puluere quoque vuas ali iudicent pubescentesque puluerent) Pubentes vuae*, pro florentibus. Sequentia sic legenda: *Quod certum est, in Narbonensi prouincia et vindemia citius sic coquitur, quod plus pulnis ibi quam Sol confert.*

Sunt qui puluere) Hanc pulueris excitationem, quae fossione fit, quum pubescunt vuae, hoc est, quum nigrescere incipiunt, laudat

cent, pubescentesque puluerent, et vitium arborumque [1] radicibus aspergant. Quod certum est Narbonensi prouinciae, et [2] vindemias certius sic eo coqui, quia plus puluis ibi, quam sol, confert.

VI. Fimi plures differentiae: ipsa res [3] antiqua. Iam apud Homerum *s.* regius senex agrum ita [4] suis manibus *t.* laetificans reperitur. Augeas

1. *dicimus. M. et Cb.* 2. *vindemiae citius eo coquuntur, quia. Alii, asperant. Narb. prouinciae et vind. citius. eo, etc.* 3. *ipsa re. Vet.* 4. *suis manibus, in M. d.*

dat etiam Theophr. de causs. III. 22. p. 285. Τὴν δὲ ὑποκόνισιν — ὅταν ἄρχωνται περκάζειν οἱ βότρυες, etc. H.

s. Apud Homerum etc.) Laertes. Cic. de senect. s. 54. *Quid de vtilitate loquar stercorandi? Homerus . . . Laertem lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum, et eum stercorantem facit.* Homeri versus est eiuscemodi, Odyss. ω. v. 225. Τὸν δ᾽ υἱὸν πατέρ᾽ εὗρεν ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ, Λιστρεύοντα φυτόν. Vbi illud λιστρεύοντα *stercorantem* Cicero et Plinius reddiderunt. H.

t. Suis manibus laetificans reperitur) Homer. Odyss. ω. — ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ λιστρεύοντα φυτόν: In pomario bene structo circumfodientem, radentem, laeuigantem arborem: (tot enim λιστρεύειν significat: vnde λίστρον rusticum instrumentum quo id perragitur) Cicero in Catone et Plin. hoc loco aut obliuiose aut negligenter λιστρεύειν, κοπρίζειν, stercorare et laetificare exposuerunt. De Vlysse id dicitur, qui patrem sic occupatum deprehendit. Aelianus cap. 5. L. VII. hist. recte significatum eius verbi reddidit: καὶ Λαέρτης αὐτουργῶν ὑπὸ τοῦ παιδὸς πεφώραται, καὶ φυτὸν ξυῶν καὶ τοι γηράσκων βαθύτατα. *Laërtes, quamuis iam extrema senectute, in opere a filio deprehensus est, arborem radens.* A priscis tamen illis stercoratos fuisse

geas *u.* rex in Graecia [1] excogitasse traditur: diuulgasse vero Hercules in Italia, quae regi suo [2] Stercuto *x.* Fauni filio ob hoc inuentum immortalitatem tribuit. M. Varro *y.* principatum dat turdorum fimo ex auiariis: quod etiam *z.* pabulo boum suumque magnificat: neque alio cibo celerius pin-

1. *id excog. Alii. haec excog. Ch.* 2. *sic et Vet. et Sterculio. Lactant. et Tertul. Sterquilino. Alii. Stercutio Gr. et Al.*

se agros cognoscimus ex Odyss. ϱ. — ὄφρ' ἂν ἄγοιεν Δμῶες Ὀδυσσῆος τέμενος μέγα κοπρήσσοντες. Brod. cap. 13. Victor. c. 4. XXVIII. Obseru. Adscribendos alios versus Homeri putaui, qui ad hanc rem pertinent: Δὴ τότε κεῖτο ἀπόθεστος ἀποιχομένοιο Ὀδυσῆος Ἐν πολλῇ κόπρῳ, ἥ οἱ προπάροιθε θυράων Ἡμιόνων τε, βοῶν τε ἅλις κέχυτ' ὄφρ' ἂν ἄγοιεν, etc. *Dalec.*

u. Augeas) Ille Eleorum rex, quem Hercules sustulit. Inde paroemia, *Augiae stabulum.* H.

x. Stercuto) Ita MSS. non *Stercutio.* Isidorus Origg. XVII. 1. *Stercorandi agri rationem primus induxit quidam nomine Stercutus in Italia, cuius ara a Pico dedicata est Romae.* Sed rectius forte *Sterculus*, vti legimus apud Tertull. Apol. c. 25. et L. II. ad Nat. c. 9. et apud Prudentium, in hymno S. Laurentii, v. 450. Macrobius Sat. L. I. c. 7. p. 218. Saturnum hunc fuisse censet, *Stercutum dictum, quod primus stercore fecunditatem agris comparauerit.* H.

y. M. Varro) Cap. 38. L. I. *Dalec.*

M. Varro) De R. R. I. 38. *Stercus optimum scribit Cassius esse volucrum, praeter palustrium, ac nantium. De his praestare columbinum, quod sit calidissimum, ac fermentare possit terram. Id vt semen aspergi in agro oportere, non vt de pecore aceruatim poni. Ego arbitror praestare ex auiariis turdorum, ac merularum: quod non solum ad agrum vtile, sed etiam ad cibum, ita bubus, ac suibus, vt fiant pingues.* H.

z. Quod etiam pabulo) Ad pabulum et cibum boum suumque. H.

pinguescere asseuerat. De nostris *a.* moribus bene sperare est, si tanta apud maiores fuere auiaria, vt ex his agri stercorarentur. Proximum *b.* Columella columbariis, mox gallinariis facit, natantium alitum damnato, Ceteri auctores *c.* consensu humanas *d.* dapes ad hoc inprimis aduocant. Alii ex his *e.* praeferunt hominum potus, in coria-

1. coriorum. Ch.

a. De nostris) Non adeo damnandi mores nostri videntur. H.

b. Proximum Columella columbariis, mox gallinariis facit) Scribo, *primum* non *proximum*, et addenda *ex* praepositio. Columella L. II. cap. 15. *Tria igitur stercoris genera sunt praecipua: quod ex auibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus confit. Auium primum habetur quod ex columbariis egeritur, deinde quod gallinae ceteraeque volucres edunt: exceptis tamen | palustribus aut nantibus, vt anatis et anseris.* Pint. *Proximum Columella columbariis, etc.*) Idem Cassius apud Varronem. *Dalec.*

Proximum) Colum. de R. R. II. 15. p. 70. *Tria igitur stercoris genera sunt praecipua: quod ex auibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus confit. Auium primum habetur, quod ex columbariis egeratur: deinde, quod Gallinae, ceteraeque volucres edunt, exceptis tamen palustribus, aut nantibus, vt anatis et anseris: nam id noxium quoque est. Maxime tamen columbinum probamus . . . . Secundum deinde, quod homines faciunt, etc.* H.

c. Ceteri auctores) Theophr. Hist. VII. 5. Varro et Colum. ll. cc. H.

d. Humanas dapes) Sic alui proluuiem, et lotium circumloquitur. Eadem loqutione vsus est, qui dixit, *Reliquias cibi, et humorem quem profundimus.* Theophr. cap. 9. L. II. hist. *Dal.*

Humanas dapes) Excrementa ciborum sic caste circumloquitur. H.

e. Alii ex his) Alii, inquit, humanum lotium anteponunt, cum pilo qui in coriariorum officinis fuerit eo lotio madefactus. Haec coriariorum retrimenta sordesque cum lotio pariter commendat inprimis auctor Geop. II. 20. p. 59. Καὶ ὃ μέγιστόν ἐστι, καὶ καθ' ἑαυτὸ μεῖζον ὠφελοῦν πάντα τὰ

riariorum officinis pilo madefacto. *f.* Alii per *g.* sese, aqua iterum, largiusque etiam, quam quum bibitur, admixta. [1] Quippe plus iam ibi *h.* mali [2] domandum est, quum ad virus illud vini homo accesserit. Haec sunt certamina, quibus inuicem ad tellurem quoque alendam vtuntur homines. Proxime *i.* spurcitias suum laudant. Columella *k.* [3] solus damnat. Alii cuiuscumque quadrupedis [4] ex cytiso: aliqui [5] columbaria *l.* praeferunt. Pro-

1. *Quippe potus tum mage domandus, etc. Alii. Quippe plus iam ibi miscendus ac domandus est. Alii. plus iam ibi male Gr. et Al.* 2. *domandus. M.* 3. *suum. Ch.* 4. *exitiosum. M.* 5. *columbarias (sub. spurcitias.) V. columbariam. M. columbarum. Alii V.*

τὰ φυτὰ . . . τὸ οὖρον, τὸ ἀνθρώπειον . . . ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν σκυτοδεψῶν ἀκαθαρσίαν. Quin et Theophrastus addit, de cauff. II. 23. p. 287. eo stercore nonnulla ex silueſtrium numero in vrbanum habitum transiisse. H.

f. Pilo madefacto) Quod fit calce addita. *Dal.*

g. Alii per sese) Alii lotium seu vrinam adhibent solam, ac sine coriariorum retrimentis admixtis, tantum aqua, ne agrum perurat. Colum. II. 15. *Aptior est tamen surculis hominis vrina, quam sex mensibus passus fueris veterascere: si vitibus aut pomorum arboribus adhibeas, nullo alio magis fructus exuberat: nec solum ea res maiorem facit prouentum, sed etiam saporem et odorem vini pomorumque reddit meliorem.* H.

h. Quippe plus iam ibi mali) Plus, inquit, vitii corrigendum, emendandumque est: quum ad virus, quod vinum habet in se, etiam illud accesserit, quod ex humano traxit corpore, per quod potus transmeat. In quibusdam libris *male*, pessime. H.

i. Proxime) Theophr. l. c. H.

k. Columella solus) E Latinis. Nam e Graecis auctor Geop. I. 29. p. 58. Columellam sequutus est Palladius, l. 33. H.

l. Aliqui columbaria) Colum.

Proximum *m.* deinde caprarum eſt, ab hoc ouium, deinde boum, nouiſſimum iumentorum. Hae fuere apud priſcos differentiae, ſimulque praecepta (vt inuenio) re tali vtendi, quando et hic vetuſtas vtilior *n.*: viſumque iam eſt apud quoſdam prouincialium, in tantum abundante geniali *o.* copia pecudum, farinae *p.* vice cribris ſuperiniici, foetore aſpectuque, temporis [1] viribus *q.*, in quamdam etiam gratiam mutato. Nuper repertum, oleas gaudere maxime cinere e calcariis *r.* [2] fornacibus. Varro praeceptis *s.* adiicit, equino, quod ſit

1. vicibus. M. *2. fornacibus in M. d.*

lum. l. c. Geop. auctor, p. 57. H.

m. Proximum deinde, etc.) Cato cap. 36. *Dal.*

Proximum deinde) Cato, c. 36. Varro, l. c. Auctor Geop. l. c. p. 58. H.

n. Vetuſtas vtilior) Vtilius eſt vetuſtiorum ſequi praecepta. Caue enim de ſtercoris vetuſtate accipias. Enimuero, vt recte Colum. II. 15. *Stercus omne, quod tempeſtiue repoſitum, anno requieuerit, ſegetibus eſt maxime vtile: nam et vires adhuc ſolidas habet, et herbas non creat. Quanto autem vetuſtius ſit, minus prodeſt, quoniam minus valet: itaque pratis quam recentiſſimum debet iniici, quod plus herbarum progeneret, etc.* Quae Palladius l. 33. de ſterquilinio, totidem fere verbis exſcripſit. H.

o. Geniali) Fecunda. H.

p. Farinae vice) In modum farinae crebro agris ſuperiniici. H.

q. Temporis viribus) Progreſſu temporis, ac vetuſtate. H.

r. E calcariis) Quin et calcem ipſum ad emendandum terrae vitium, in qua olea ſeritur, Columella adhibet, L. V. c. 9. *Solent etiam*, inquit, *vitio ſoli fructum oleae necare: cui rei ſic medebimur. Altis gyris ablaqueabimus eas, deinde calcis pro magnitudine arboris plus minuſue circumdabimus, ſed minima arbor modicum poſtulat.* H.

s. Varro praeceptis adiicit, etc.) Varro cap. 38. lib. I. equinum, ex Caſſio, minime eſſe bonum in ſegetes tradit, ſed optimum in prata, vt ceterorum veterinorum, quae hordeo paſcuntur,

ſit leuiſſimum, ſegetes alendas: prata vero grauiore, et quod ex hordeo [1] fiat, multaſque [2] gignat herbas. Quidam etiam [3] bubulo iumentorum *t.* praeferunt, ouillumque caprino *u.*, omnibus vero aſininum *x.*, quoniam lentiſſime [4] mandunt. E contrario vſus aduerſus [5] vtrumque *y.* pronunciat. Inter omnes *z.* autem conſtat nihil eſſe vtilius lupini ſegete, priuſquam ſiliquetur *a.*, aratro vel bidentibus verſa, manipuliſue deſectae, circa radices arborum ac vitium obrutis. [6] Etiam vbi *b.* non ſit pecus,

1. *fit. Vet.* 2. *gignit. M.* 3. *bubalino. M.* 4. *mandant. Gr.* 5. *vtroſque. Vet.* 6. *et vbi M.*

tur, quod multam facit herbam. Obliuioſus hic Plinius. *Dalec.*

Varro) L. de R. R. I. 38. *Minime bonum equinum, ſed in ſegetes: in prata enim vel optimum, vt ceterarum veterinarum, quae hordeo paſcuntur, quod multam facit herbam.* H.

t. Iumentorum) Vt equinum, mulinum. Sic Colum. II. 15. p. 71. H.

u. Ouillumque caprino) *Suillum* non *ouillum* praefert noſtrum exemplar. *Pint.*

x. Omnibus vero aſininum) Deſiderari hic puto verbum hoc, *Columella*, vt repetas verbum ante dictum, *praefert*: ſequitur enim *e contrario vſus aduerſus vtrumque pronunciat.* In quibus verbis illud *vtrumque* non haberet quo referretur, niſi hic adderes *Columella*. Praefert autem Columella ſtercus aſininum ceteris omnibus quae ex pecudibus fiunt, lib. II. c. 15. *Dal.*

Omnibus aſininum) Colum. l. c. iiſdem verbis. H.

y. Aduerſus vtrumque) Varronis ſcilicet, et Columellae placitum modo allatum. H.

z. Inter omnes) Colum. II. 14. p. 69. *De lupino nihil dubito, atque etiam de pabulari vicia: ſi tamen eam viridem deſectam confeſtim aratrum ſubſequatur, et quod falx reliquerit, priuſquam inareſcat, vomis reſcindat, atque obruat: id enim cedit pro ſtercore, etc.* In eodem habitat argumento, c. 16. p. 73. H.

a. Siliquetur) Priuſquam ſiliquas faciat. H.

b. Etiam vbi) Colum. II. 15. *Nec ignoro quoddam eſſe ruris genus, in quo neque pecora, neque auis haberi poſſint: attamen inertis eſt ruſtici eo quoque loco defici ſtercore. Licet enim quamlibet fron-*

pecus, culmo ipſo, vel etiam filice, ſtercorare arbitrantur. Cato: Stercus *c.* vnde [1] fiat, ſtramenta, lupinum, paleas, fabalia *d.*, ac frondes ilignas, quernaſque. E ſegete euellito ebulum, cicutam, et circum ſalicta herbam [2] auctam, vluamque: eam ſubſternito ouibus, frondemque *e.* [3] putidam. Vinea *f.* ſi [4] macra erit, ſarmenta ſua comburito, et ibi-

1. *faciat. Ch.* 2. *actam. M. et Ch. i. e.* χαμαιάκτην. *ebulum acten. vl. eam ſubſt. M. aliud. Turn. mactam. Cato cap. 37. altam.* 3. *ſic quoque M. et Ch. putridam Gr. et Al.* 4. *macrauerit. Ch. vinea ſi macruerit. Gr. et Al.*

frondem, licet e vepribus compitiſque congeſta colligere: licet filicem ſine iniuria vicini, etiam cum officio decidere, et permiſcere cum purgamentis cortis. H.

c. *Cato ſtercus vnde fiat.*) Catonis verba ſunt ex cap. 37. *Stercus vnde facias ſtramenta, lupinum, paleas, fabalia, acus, frondem iligneam, querneam.* Dalec.

Cato) De R. R. c. 37. p. 32. *Stercus vnde facias: Stramenta, lupinum, paleas, frondem iligneam, querneam. Ex ſegeti vellito ebulum, cicutam, et circum ſalicta herbam altam, vluamque: eam ſubſternito ouibus, bubuſque frondem putidam.* Ita libri omnes, etiam Pliniani MSS. non *putridam.* H.

d. *Fabalia*) Fabules alas, vt Varro I. 31. rei ruſt. et Cato cap. 7. loquuti ſunt, vel acera fabarum τὰ ἄχυρα κυάμινά. In Geoponicis τὴν δ' ἁλμυρὰν γῆν ἐν ἀρχῇ χειμῶνος, ὕστερ περιγενομένης κινήσας ἀρότροις μικροῖς, ἀχύροις διαπάσεις, κάλλιον μὲν κυαμίνοις. Fabulum Lucilius vocat, *Hi in ſtercore humi fabuloque fimo, atque ſucerda.* Dal.

Fabalia) Stipulae fabales. H.

e. *Frondemque putridam. Vinea ſi macruerit*) Particula *que* redundat. item multa hic verba deſiderantur quae habentur in Catone: conſulto ne a Plinio omiſſa an negligentia ſcriptorum, non ſtatuerim. Sic enim in Catone cap. 37. *Frondem putridam et partem de nucleis ſuccernito, et in lacum coniicito, eo aquam addito, permiſcetoque rutro bene. Inde lutum circa oleas ablaqueatas addito, et nucleos item combuſtos addito. Vinea, etc.* Pint.

f. *Vinea ſi macruerit*) Cato

[1] ibidem inarato. Itemque *g.* vbi faturus eris frumentum, oues ibi delectato.

VII. Nec non [2] et fatis quibusdam ipsis pasci terram dicit. Segetem *h.* stercorant fruges: lupinum, faba, vicia. Sicut e contrario cicer, quia vellitur, et quia falsum [3] est: hordeum, fenum Graecum, eruum: haec omnia segetem exurunt, et omnia quae velluntur: [4] nucleos in segetem ne indi-

1. *indidem. Ch.* 2. *est fatis. Ch.* 3. *est. Hordeum. Vet. Et quia falsum est hordeum Gr. et Al.* 4. *Nucleum. M. i. e. arborem, quae in fructu nucleum fert.*

to cap. 37. *Vitis si macra erit, sarmenta sua concidito minute, et ibidem inarato,* (lego *inurito*) *aut infodito.* Dalec.

Vinea si) Cato, c. 37. p. 32. *Vinea si macra erit, sarmenta sua concidito minute, et ibidem inarato, aut infodito.* H.

g. *Itemque vbi faturus eris, etc.*) Detineto, illicito. Titinnius, *Quod ea parasitus habeat, qui illum sciat Delicere, et noctem facere possit de die.* Item attrahere et allicere. Quadrigarius 4. Annal. *Fabius de nocte cepit hostibus castra simulare oppugnare, eum hostem delectare. dum collega id raperet quod captabat.* Cato cap. 30. *Vbi sementem facturus eris, ibi ouem delectato, et frondem vsque ad pabula matura.* Dal.

Itemque vbi) Cato, c. 30. p. 28. *Vbi sementim facturus eris, ibi oues delectato.* Apud Catonem alii legunt *delegato.* Sententia haec est: ouiarium septum, caulasque campestres ibi statuito, vti fimo locum stercorent. Fimum Latini laetamen appellant, vt inferius dicturi sumus, L. XVIII. s. 40. H.

h) *Segetem*) Cato, c. 37. p. 32. *Quae segetem stercorent fruges. Lupinum, faba, vicia.* Et paulo ante: *Cicer, quod vellitur, et quod falsum est, eo malum. Hordeum, fenum Graecum, eruum, haec omnia segetem exurunt, et omnia quae velluntur. Nucleos in segetem ne indideris.* A Catone et Plinio stat et Saserna apud Colum. de R. R. II. 14. p. 69. H.

indideris. Virgilius *i.* et [1] lino segetem exuri, et auena, et papauere arbitratur.

VIII. Fimeta *k.* sub dio concauo loco, et qui humorem *l.* colligat, stramento intecta, ne in sole arescant, palo e robore *m.* depacto [2] fieri iubent: ita fore ne innascantur his serpentes. Fimum miscere terrae, plurimum refert Fauonio *n.* flante, ac

1. et ligno et segetem Gr. *2. sic ex MSS. em. Hard. iubet Gr. et Al.*

i. Virgilius) Georg. lib. II. Dal.

Virgilius) Georg. II. 77. *Vrit enim lini campum seges, vrit auenae. Vrunt Lethaeo perfusa papauera somno.* Vide et Colum. l. c. pag. 70. H.

k. Fimeta) Varro de R. R. c. 38. *Sterquilinium secundum villam facere oportet... In eo si in medio robustea aliqua materia sit depacta, negant serpentem nasci.* Colum. II. 15. *Licet depressa fossa, qualem stercori reponendo primo volumine fieri praecepimus, cinerem, coenumque cloacarum, et culmos, ceteraque, quae euerruntur, in vnum congerere. Sed eodem medio loco robusteam materiam defigere conuenit: namque ea res serpentum noxiam latere in stercore prohibet. H.*

l. Et qui humorem) Proditum illud et a Colum. I. 6. *Sterquilinia quoque duo sint: vnum quod noua purgamenta recipiat, et in annum conseruet, alterum, ex quo vetera vehantur. Sed vtrumque more piscinarum deuexum leni cliuo, et exstructum, pauitumque solum habeat, ne humorem transmittant. Plurimum enim refert non adsiccato succo fimum vires continere, et assiduo macerari liquore: vt si qua interiecta sint stramentis aut paleis, spinarum vel graminum semina intereant, nec in agrum exportata segetes herbidas reddant. Ideoque periti rustici quidquid ouilibus stabulisque conuersum progesserunt, superpositis virgeis, cratibus tegunt, nec arescere ventis sinunt, aut solis incursu patiuntur exuri. H.*

m. Palo e robore, etc.) Robusta aliqua materia in medio depacta. *Varro et Columella.* Dal.

n. Fauonio flante ac luna sitiente) Scribendum *silente* non *sitiente* ex Catone ipso, cap. 29. *Pint. Fauonio flante, etc.*

ac luna ſitiente. Id plerique praue intelligunt a Fauonii ortu faciendum, ac Februario *o.* menſe tantum: quum id pleraque ſata aliis poſtulent menſibus. Quocumque tempore [1] facere libeat, curandum vt ab occaſu aequinoctiali flante vento fiat, lunaque *p.* decreſcente ac ſicca. *q.* Mirum in modum augetur vbertas effectuſque eius obſeruatione tali.

IX.

1. *iniicere.* Ch. 2. *ſic* M. *vtr. et V. ſit.* Gr.

etc.) Paulo poſt ſiccam et decreſcentem vocat, vt et Propertius: *Nunc licet in triuiis ſiccae requieſcere Lunae.* Dalec.

Luna ſitiente) Hoc eſt, ſicca, vt Plinius ipſe ait, hac ſect. et 24. ſiue, non imbrifera. Nugantur qui ſitientem, aut ſiccam dici autumant, Turnebum ſequuti, quod Lunam aquis ali, ſiue fluuialibus, ſiue marinis Stoici putarent: ſitire, quum expers luminis foret: vdam, quum plena eſſet: vti nos ſiccum pro ſobrio, pro ebrio madidum dicimus. Apud Catonem hodie non *ſitiente*, ſed *ſilente* legitur: tamen *ſitiente* exhibent Plin. MSS. omnes. Catonis verba ſunt, c. 29. p. 28. *Stercus ſic diuidito ... quartam partem in pratum reſeruato: idque tum maxime opus erit, vbi Fauonius flabit euehito Luna ſilenti,* pro *ſitienti.* Itaque *ſitiente Luna* eodem ſignificatu dici nunc a Plinio palam eſt, quo ipſe prius, L. XIII. ſ. 7. *anno ſitienti* dixit: et quo Colum II. 8. *ſitienti ſolo,* et *ſicco ſolo,* hoc eſt, imbrium experte. H.

o. Ac Februario) Columellae haec oratio eſt, L. II. 18. *Sed in totum curandum eſt, vt ſecundum Fauonii exortum, menſe Februario, circa Idus, immixtis ſeminibus feni, macriora loca, et vtique celſiora ſtercorentur.* H.

p. Lunaque decreſcente) Sic Geop. Auctor, II. 19. p. 59. et Colum. II. 16. Item Palladius in Febr. tit. 20. H.

q. Ac ſicca) Hoc eſt, minime pluuia, vt diximus. Vſus eſt ea voce Propertius, II. El. 17. *Nec licet in triviis ſicca requieſcere Luna.* Et El. 28. *Incipit et ſicco feruere terra Cane.* Vbi Sirio exardeſcente carere pluuiis aeſtatem haud obſcure ſignificat: ſiue, vt Tibullus ait, L. I. El. 4. *Aeſtiui tempora ſicca Canis.* H.

IX. (X.) Abunde *r.* praedicta ratione caeli ac terrae, nunc de his arboribus [1] dicimus, quae cura hominum atque arte proueniunt. Nec pauciora *s.* prope sunt genera: tam benigne naturae gratiam retulimus. Aut enim semine proueniunt, aut [2] plantis radicis, aut propagine, aut auulsione, aut surculo, aut insito *u.* et consecto arboris trunco.

1. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. dicemus Gr. et Al.*
2. *pl. radicatis. (viuiradicibus) Vet. plantata radice. Alii, Vet. et Theophr. aut a radice plantis. Quidam. vt posthac hoc ipso capite.*

r. Ad inscr. De satione arborum) Theophr. cap. I. L. II. hist. et L. I. Caus. et cap. I. L. IV. eiusdem operis. *Dal.*

s. Nec pauciora) Nec pauciora serendi genera ars hominum et cura inuenit, quam natura: quae tribus modis arbores edit, vt diximus L. XVI. s. 58. Sponte, aut semine, aut radice: semine, inquam, fortuito labente ex arbore, non facta ex arte et industria seminatione. Sic naturae paria retulimus. H.

t. Aut enim semine) Modos sex enumerat, quibus arbores per artem proueniant: hos et Virgilius fere recenset, Georg. L. II. v. 23. Theophrastus Plinio consentit, Hist. II. 1. 1) Seminationem. 2) Plantarum cum radice translationem e seminario in alium locum: hunc modum Theophrastus ἀπὸ ῥίζης vocat: plantas radicum Galli, *du Plant.* 3) Propagationem, quae praesertim in vitibus nota est, *Provigner*, *Faire des Provins.* 4) Auulsionem, qua stolones, *les rejettons*, vna cum fibris et radiculis e stirpe aut corpore arboris abscinduntur, et sulcis seu scrobibus mandantur: quod in arboribus ferme omnibus vsurpatur. 5) Surculum, siue taleam e cacumine rami amputatam, quae infossa sine radice crescit ac virescit: vulgo *planter des cions.* 6) Insitionem, quum surculus vnius arboris alteri immittitur: quae quasi in eius naturam transit: *enter.* H.

u. Aut insito et consecto arboris trunco) Lego, *aut insito in consecto arboris trunco*, ex scripto codice. *Pint.* *Aut insito et consecto arboris trunco)* Conciso, frustulatim,

co. Nam folia x. palmarum apud Babylonios seri, atque ita arborem prouenire, Trogum credidisse demiror. Quaedam autem pluribus generibus y. feruntur, quaedam omnibus.

X. Ac pleraque ex his ipsa natura docuit, et inprimis semen serere, quum decidens exceptumque terra [1] viuesceret. [2] Sed quaedam z. non aliter

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. viuesceret Gr. et Al.*
2. *sed et quaedam. Vet.*

tim, et in terram demisso. Theophr. *Dalec.*

Aut insito, et confecto) Hoc est, insitione, quae fit etiam secto ac fisso arboris summo trunco, quo vel vnus vel plures surculi in fissuram inserantur. *Enter en fente.* Vide N. et Em. N. VIII. (hic coll.) *Aut*) Forte sincerior lectio R. 2. et Tol. quem Pintianus laudat, *aut insito in confecto arboris trunco.* Modum enim insitionis explicat, quem diximus, qui confecto fieret, fissoque summo arboris trunco, insertisque eo surculis, *Enter en fente.* De eo inserendi modo Virgil. Georg. II. v. 78. *Aut rursum enodes trunci resecantur, et alte Finditur in solidum cuneis via: deinde feraces Plantae immittuntur: nec longum tempus, et ingens Exiit ad caelum ramis felicibus arbos Miraturque nouas frondes, et non sua poma.* Alteram simul inserendi viam, quae fiebat semine, vti dictum est s. 22. subobscure Plinius indicat: quum et altera ratione, hoc est, et confecto arboris trunco, fieri insitionem docet. Caue porro Dalecampium audias, haec verba, *confecto arboris trunco*, sic interpretantem, *conciso frustulatim et in terram demisso:* quod quemadmodum fieri possit nemo, qui agriculationi studuerit, nouit: etsi Dalecampium hac parte Virgilii quosdam interpretes sequutos intelligimus. H.

x. Nam folia) Vix credit Theophrastus iis, qui etiam e virgis ἀπὸ τῶν ῥάβδων ἐν Βαβυλῶνι palmas prouenire aiunt: Hist. L. II. cap. 2. H.

y. Pluribus generibus) Pluribus modis e sex proxime appellatis. H.

z. Sed quaedam non aliter) Quam semine. Virg. Georg. II. 14. *Pars autem posito surgunt de semine, vt altae Castaneae.* H.

ter proueniunt, vt caſtaneae, [1] iuglandes: [2] caeduis *a.* dumtaxat exceptis. Ex ſemine autem, quamquam diſſimili, ea quoque, quae et aliis modis feruntur: vt vites, et mala, atque pira. Namque iis pro ſemine nucleus, non vt ſupra dictis fructus ipſe. Et meſpila *b.* ſemine naſci poſſunt. Omnia *c.* haec tarda prouentu, ac degenerantia, et [3] inſito *d.* reſtituenda. Interdum etiam caſtaneae.

XI. Quibuſdam *e.* natura contra omnino non degenerandi, quoquo modo ſerantur: vt [4] cupreſſis, lauris. Namque et laurus pluribus modis ſeritur. Genera *f.* eius diximus. Ex his Auguſta, et [5] baccalis, et tinus, ſimili modo feruntur. Baccae menſe Ianuario, Aquilonis afflatu [6] ſiccatae

1. vt glandes. Ch. 2. *cadiuis. Alii.* 3. *inſitu. Vet.* 4. *cupreſſis, palmis, lauris Gr.* 5 *Baccalis et pinus. Ch.* 6. *ſic et M. ſiccante Gr.*

a. Caeduis) Quae ex caeſorum truncorum radice pullulant. *Dal.*

Caeduis) Quae ſuccifae, rurſus e ſtirpibus aut radicibus renaſcuntur. H.

b. Et meſpila) Palladius, in Martio, tit. *Meſpilum. Seritur et ſemine: ſed in longiorem ſperatur aetatem.* H.

c. *Omnia haec*) Virgil. Georg. II. 57. *Iam quae ſeminibus iactis ſe ſuſtulit arbos, Tarda venit, ſeris factura nepotibus vmbram: Pomaque degenerant ſuccos oblita priores.* Vide et Palladium, L. III. in Febr. tit. 25. p. 71. Theophr. Hiſt. II.

3. Ὅσα δὲ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῶν δυναμένων καὶ οὕτω βλαστάνειν, ἅπανθ᾽ ὡς εἰπεῖν χείρω, τὰ δὲ καὶ ὅλως ἐξίσταται τοῦ γένους· οἷον ἄμπελος, μηλέα, συκῆ, ῥοὰ, ἄπιος, etc. *Quae ſemine quoque proueniunt, ea fere deteriora redduntur. Quaedam etiam omnino degenerant, vt vitis, malus, ficus, Punica, pirus.* H.

d. Et inſito) Inſitione. H.

e. Quibuſdam) Theophr. Hiſt. L. II. c. 3. haec paulo enucleatius. H.

f. Genera eius diximus) Supra cap. vlt. L. XV. *Dal.*

Gene-

tae leguntur, expanduntur que rarae, ne calefiant aceruo. Postea *g.* quidam [1] fimo ad satum praeparatas, vrina madefaciunt. Alii in qualo pedibus in profluente deculcant, donec auferatur cutis. Alioquin *h.* vligo infestat, nec patitur nasci. In sulco repastinato *i.* [2] palmi altitudine vicenae fere [3] aceruatim mense *k.* Martio: eaedem et propagine seruntur: [4] triumphalisque *l.* talea tantum. Myrti genera *m.* omnia in Campania baccis seruntur, Romae propagine Tarentina. Democritus *n* et alio

1. *fumo ad serendum. M. ad serendum paratas. Vet.* 2. *palmae. Ch.* 3. *aceruantur. V.* 4. *triumphali. Alii.*

Genera quae diximus) L. XV. s. 39. H.

g. Postea quidam fimo) Sic paulo post fimo diluto macerari semen iubet. In quibusdam libris, *fumo*, male. H.

h. Alioquin vligo) Cuticulae, quae baccas vestit, nimius humor, erumpere semen inclusum non patitur. H.

i. Repastinato) Refosso. H.

k. Mense Martio) Palladius mense Februario seri iubet, L. III. siue Febr. tit. 23. H.

l. Triumphalisque) Laurus triumphalis, de qua cum reliquis generibus L. XV. s. 39 talea tantum siue surculo seritur, qui modus est e sex enumeratis quintus. H.

m. Myrti genera omnia in Campania baccis seruntur, Romae propagine Tarentina. Democritus et alio modo seri docet) Scribo diuersa distinctione et lectione: *Myrti genera omnia in Campania baccis seruntur, Romae propagine. Tarentinam Democritus, etc.* Nam genus esse myrti Tarentinam supra Plinius docuit L. XV. cap. 29. Pint.

Myrti genera) De his egimus, L. XV. s. 37. H.

n. Democritus) Et Florentinus in Geop. XI. c. de plantatione myrti, p. 310. Οἱ δὲ τῷ σπέρματι προσφάτως ληφθέντι παρατρίψαντες, σειρὰν ἐκ βοτόμου πεπλεγμένην εἰς τάφρον ἐμβάλλουσιν. *Sunt qui baccas lectissimas tundant leviter, restemque e palustri herba*

alio modo ſeri docet, grandiſſimis baccarum tuſis leuiter, ne grana frangantur, eaque intrita [1] reſte circumlini, atque ita [2] ſeri: parietem *o.* fore denſitatis, ex quo virgulae differantur. Sic et ſpinas ſepis cauſa ſerunt, tomice *p.* moris ſpinarum circumlita. Pilas *q.* autem laurus et myrti inopia a tri-

1. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. reſtem circumlini Gr. et Al. reſte circumligari. M. *2. ſeri: ſic parietem fore mirae denſitatis. Dal.*

ba tortum, (quam butomum vocant) circumligent: et ſic in foſſam iniiciunt. H.

o. Parietem fore) Sic fore ſepem e myrto denſiſſimam, parietis vice, e qua ſurculi deinde caedi plures poſſint, qui alio transferantur. H.

p. Tomice) Tomices, reſtes leuiter tortae ex ſparto, aut impolito canabi. *Dal.*

Tomice) Hoc eſt, iunceo, lineo, palmeoue funiculo, moris, quae rubi vel ſpinae ferunt, ſuntque nunc ſeminis vice, circumligato. Palladius, in Febr. tit. 24. de hortis: *Circa Idus Februarias, ſepes hortorum ex congeſto in funibus ſpinarum ſemine facienda eſt, ſicut dictum eſt, quum de munimine loqueremur hortorum.* Nempe, L. I. tit. 34. de locis horti, pomarii, et ſepibus. *Alii ſpinarum plantas ac ſemina in munitione diſponunt. Sed melius erit rubi ſemina, et ſpinae, quae rubus caninus vocatur, matura colligere, et cum farina erui ex aqua macerata miſcere: funes dehinc ſparteos veteres hoc genere mixtionis ſic inducere, vt intra funes ſemina recepta ſeruentur vſque ad verni temporis initia. Tunc ibi ſepes futura eſt, duos ſulcos tribus a ſe pedibus ſeparatos ſeſquipedis altitudine faciemus: et per vtroſque, funes cum ſeminibus obruemus leui terra.* H.

q. Pilas autem laurus, etc.) Lego, *Pullas autem lauros et myrtos oenopas, a trimatu, etc.* Nam lauri et myrti terra emergentes, et nouellae, coloris ſunt herbacei: grandiores vero obſcurius vireſcunt, et adultae ſubnigrae viſuntur, quas οἰνωπὰς vocant. Quidam legunt *Pullulos autem lauri et myrti, in inopia a trimatu, etc.* Alii, *pullulos autem, etc.* Theoph. cap. 16. lib. III. Hiſt. Phellodrys ξύλον ἔχει οἰνωποδέτερον τῆς δρυός, magis gilvum. Eidem cap. 17. lib. III. hiſt.

trimatu tempestiuum est transferre. Inter ea quae semine seruntur, Mago in nucibus *r.* operosus est. Amygdalas *s.* in argilla molli meridiem spectante seri iubet. Gaudere *t.* [1] et dura, calidaque terra: in pingui [2] aut humida mori, [3] ac sterilescere. Seren-

1. ea. M. — *2. et. M.* *3. aut. Ch.*

hist. ἄνθος οἴνωπον cuidam generi τῆ ἴσῃ: Dal.

Pilas autem) Baccas intelligit laurus ac myrti, tomice siue reste, vt proxime dictum est, in pilae modum circumlitas, atque ita satas: has, vbi cogit inopia, statim a trimatu ait tempestiue transferri. Vide N, et Em. N. IX. (hic coll.) *Sic et sp.*) Sic libri omnes, tum exarati manu, tum typis editi. Has vero *pilas* concoquere Dalecampius quum minime posset, nec capere quid eae sibi vellent, quid ea vox valeret, sic immutare, seu verius pessumdare locum hunc omni ope nitebatur: *Pullas autem lauros et myrtos oenopas, a trimatu,* etc. Lauros deinde ac myrtos, ait, quum sint grandiores, a colore subnigro οἰνωπὰς vocari. Quosdam legere addit idem: *Pullos autem lauri et myrti in inopia*: Alios, *Pullulos autem.* Sed nec a germana huius loci scriptura, quam exemplaria omnia prae se ferunt, discessisse oportuit, et quid pilae essent, decuit indagare solertius. Est enim huius loci sententia, vt diximus, baccas lauri myrtique, reste, seu tomice, vt dictum est, circumlitas, atque adeo pilarum effigiem exhibentes, atque ita satas, vbi cogit inopia, statim a trimatu tempestiue transferri. Myrtum quidem ita seri, non ex Plinio modo, hac ipsa sect. liquet, sed et ex Florentino, in Geop. vt diximus prioribus notis. Sic Palladius in Martio, tit. de citreo: *Potest hinc trima planta transferri.* H.

r. In nucibus) Amygdalinis, iuglandibus, pineisque. H.

s. Amygdala in, etc.) Colum. c. 10. lib. V. *Dal.*

t. Gaudere, etc.) Palladius a Magone facit, L. II. in Ian. tit. 15. p. 45. *Amant,* inquit, *agrum durum, siccum, calculosum, caelum calidissimum: et quia mature florescere consueuerunt, ita statuendae sunt, vt arbores ad meridiem spectent.* H.

Serendas *u.* quam maxime falcatas, et e nouella, fimoque diluto maceratas per triduum, aut pridie quam ferantur, aqua mulfa. Mucrone *x.* defigi, aciem *y.* lateris in Aquilonem fpectare: ternas fimul ferendas [1] triangula ratione, palmo inter fe diftantes: denis diebus *z.* adaquari, donec grandefcant. Iuglandes nuces porrectae feruntur commiffuris *a.* iacentibus. Pineae nucleis feptenis fere in ollas perforatas additis: aut vt laurus *b.*, quae baccis feritur. *c.* Citrea grano *d.* et propagine: for-

1. *trianguli. M.*

u. Serendas) Pallad. l. c. *Sed ipfa amygdala ad ponendum, et noua legamus, et grandia. Quae antequam ponamus, pridie mulfa aqua ita vt ne nimis maceremus, ne germen exftinguat ex multo melle mordacitas, Alii prius fimo liquido per triduum nuces eas macerant: deinde die et nocte effe patiuntur in mulfa, fed quae fufpicionem tantum poffit habere dulcedinis.* Sic et Florent. in Geop. L. X. c. 57. p. 282. H.

x. Mucrone) In carinae fimilitudinem compofita amygdala eft: carinae acumen Plinio mucro eft: acies lateris, carina ipfa ima, latufque, qua falcis aciem imitatur. Aliter tamen Pallad. l. c. tit. 16. p. 47. *Ponemus nuces tranfuerfas, vt latus, id eft, carina ipfa figatur in terra: cacumen ipfum quum ponimus nucem, in Aquilonis partem dirigemus.* Stare a Plinio Damogeron videtur, Geop. L. XVII. c. 63. H.

y. Aciem lateris in Aquilonem fpectare) *In Fauonium*, non *in Aquilonem*, Columella in lib. de arboribus cap. 22. Pint.

z. Denis diebus) Decimo quoque die. *Dalec.*

Denis diebus) Decimo quoque die. Pallad. l. c. tit. 15. p. 45. *Quum in feminario amygdala difponimus, fi ficcitas interceſſerit, ter in menfe rigemus, et herbis nafcentibus circumfodiendo faepe purgemus.* H.

a. Commiffuris) Qua parte bifores putaminum valvulae connectuntur. H.

b. Aut vt laurus) Quae quemadmodum baccis feratur, dictum eft principio fectionis huius. H.

c. Baccis) Granis leuiter tufis. *Dal.*

sorba semine *e.*, [1] et a radice planta *f.*, et auulsione proueniunt. Sed illa *g.* in calidis: sorba et in frigidis et humidis.

XII. Natura et plantaria demonstrauit, [2] multarum *h.* radicibus pullulante sobole densa, et pariente matre quas enecet. *i.* Eius quippe vmbra turba [3] indigesta premitur: vt in *k.* lauris, Punicis, platanis, cerasis, prunis. Paucorum in hoc genere rami parcunt soboli, vt vlmorum, palmarum.

1. *Lego et viui radice planta, auersione.* 2. *multis. M.* 3. *ingesta. M. indiga, vel indigens. Pint.*

d. Citrea grano) Palladius L. IV. in Martio, tit. 10. p. 94. *Mense Martio citri arbor quatuor modis seritur: semine, ramo, talea, claua... Si granis velis serere, ita facies: Terram in duos pedes fodies, cinerem miscebis, etc.* H.

e. Sorba semine) Palladius in Ian. tit. 15. *Mense Ianuario, Februario et Martio, locis frigidis . . . sorba seruntur egregie, ita vt matura in seminario ipsa poma pangantur . . . Plantas etiam si quis ponere voluerit, habebit arbitrium . . . . . . Amat loca humida, montana, et frigidis proxima, et solum pinguissimum,* etc. H.

f. Et a radice planta) Seu plantis radicis, qui secundus modus e sex recensitis serendi generibus. H.

g. Sed illa in calidis) Pallad. l. c. de citreo: *Amat terram rarioris naturae, caelum calidum, humoremque continuum . . . Sed si quis hoc genus, vt in regione frigida nutriatur, extorquet, loco vel parietibus munito, vel in meridianam partem verso disponat hanc arborem. etc.* H.

h. Multarum radicibus) E multarum arborum radicibus. Secundum serendi genus superius memoratum explicat. H.

i. Quas enecet) Ramorum opacitate. Virg. Georg. II. 53. *Nec non et sterilis, quae stirpibus exit ab imis: Nunc altae frondes, et rami matris opacant, Crescentique adimunt fetus, vruntque ferentem.* H.

k. Vt in lauris) Virg. Georg. II. 17. *Pullulat ab radice aliis densissima silua, vt cera-*

rumque. Nullis vero tales [l] pulluli *l.* proueniunt, nisi quarum radices amore solis atque imbris in summa tellure spatiantur. Omnia ea non statim moris *m.* est in sua locari, sed prius nutrici dari, atque in seminariis adolescere, iterumque migrare, Qui transitus mirum in modum mitigat etiam silvestres: siue arborum quoque, vt hominum natura, nouitatis ac peregrinationis auida est: siue discedentes virus relinquunt, mansuescuntque tractatu, ceu ferae, dum radici *o.* auellitur planta.

XIII. Et aliud genus *p.* simile natura monstravit

i. pulli. Vet. μοσχεύματα παραβλαςαὶ, αὐτομολίαι, παραφυάδες νεόποδες.

cerasis, vlmisque: etiam Parnassia laurus Parua sub ingenti matris se protegit vmbra. H.

l. Tales pulluli) Stolones. Pullos et Cato vocat c. 51. *Propagatio pomorum, aliarumque arborum. Ab arbore abs terra puli qui nascentur, eos in terram deprimito, extollitoque primorem partem, vti radicem capiat*, etc. Nos vulgo, *rejettons.* Hinc verbum *pullulare* deductum, quasi pullulos emittere, quod et pullulascere Colum. IV. 21. dixit. H.

m. Non statim moris est in sua locari) *In suo locari* vetus exemplar, non *in sua.* vt L. II. capite quinto *in suo quaeque consistere.* Pint.

In sua locari) Ita MSS. R. Colb. etc. In sua terra, stabili, certa, in qua semper consistant, vnde transferri nefas. H.

n. In seminariis) Seminarii faciundi rationem docet Cato cap. 46. *Dalec.*

o. Dum radici auellitur planta) Certior lectio ni fallor, *dum radicis auellitur planta.* appellat enim *radicis plantam*, viuiradicem, vt in initio huius capitis: *aut enim semine proueniunt, aut radicis plantis.* Pint.

Dum radici) Dum ei terrae eripitur, vbi radices primum egit. H.

p. Et aliud genus) Quod ἀπὸ παρασπάδος Theophr. vocat, Hist. II. c. 1. auulsione stolonum, siue a radice, siue a corpore. Quartum id serendi genus supra memoratum. A Virgilio tactum, Georg. II. 23. *Hic plantas tenero abscindens de cor-*

vit, auulſique *q.* arboribus ſtolones vixere. Quo in genere [1] et cum perna *r.* ſua auelluntur, partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt ſecum fimbriato corpore. Hoc modo *s.* plantantur Punicae, coryli, mali, ſorbi, meſpili, fraxini, fici, in primiſque vites. Cotoneum ita ſatum degenerat. Ex eodem *u.* inuentum eſt ſurculos abſciſſos ſerere. Hoc primo *x.* ſepis cauſa factum, ſambucis, cotoneo, et rubis depaſtis: mox et culturae, vt populis, alnis, [2] ſalici, quae vel inuerſo *y.* ſurculo [3] ſeritur. Iam eae ibi diſponuntur, vbi libeat eſſe eas

1. *cum pinna. V.* 2. *ſalice. Vet.* 3. *ſeritur iam. Hae ibi. M.*

corpore matrum Depoſuit ſulcis. H.

q. Auulſique arboribus ſtolones, etc.) Ἀπὸ παρασπάδος Theophr. cap. 1. L. II. hiſt. In genere ſtolones hic tam adnati radici, quam reuulſi a matris corpore. Theophraſto φυτευτήρια. Dalec.

r. Cum perna ſua auelluntur) Arboris pede. ἀπόπρεμνα καὶ ὑπόῤῥιζα παραιρεῖται Theophraſt. Eadem loquendi forma *auulſi ſurculi calcem* dixit cap. 21. huius libri. Dal.

Cum perna) Cum parte corporis, ſeu matricis, quae ſic auulſa pernae ſimilitudinem habet. Calcem idem ipſe appellat, ſ. 35. H.

s. Fimbriato) Siue fibrato, hoc eſt, cum quibuſdam radicum fibris. Theophr. hiſt. II. 7. ὑπόῤῥιζα. H.

t. Hoc modo) Theophr. l. c. H.

u. Ex eodem) Ex cotoneo, quod talea quoque et cacumine deciſo e ramis, ſatum prouenit. Hic quintus ſerendi modus e ſex ſuperius laudatis, Theophr. Hiſt. II. 1. ἀπὸ κλωνός. Virgil. Georg. II. 28. *Nil radices egent aliae ſummumque putator Haud dubitat terrae referens mandare cacumen.* Pallad. in Febr. tit. de malo: *Serunt aliqui cotoneum cacuminibus et talea: ſed tardus eſt in vtroque prouentus.* H.

x. Hoc primo) Theophr. de cauſ. I. 1. H.

y. Vel inuerſo ſurculo) Ita vt pars acuminatior in ter-

eas. Quamobrem feminarii curam ante conuenit dici, quam tranfeatur ad alia genera.

XIV. [1] Namque z. ad id praecipuum eligi folum refert, quoniam a. nutricem indulgentiorem effe, quam matrem, faepe conuenit. Sit ergo b. ficcum, fuccofumque, bipalio fubactum, aduenis hofpitale, et quam fimilimum terrae, in quam [2] transferendae fint. Ante omnia elapidatum, munitumque ad incurfum etiam gallinacei generis: quam minime rimofum, ne penetrans fol exurat fibras: interuallo c. fefquipedum [3] feri: nam fi inter fe contingant, praeter alia vitia, etiam verminofa d. fiunt: ideo farriri conuenit faepius, herbafque euelli. Praeterea femina ipfa fruticantia [4] fupputare,

1. *Namque et hic principio eligi folum refert. Vet. Namque et id praecipuum eligi refert. M.* 2 *transferendum fit. V.* 3. *fic ex MSS. em. Hard. feri. Nam fi inter fe contingant, praeter. Turn. et Ch. contingant, et noceant. Vet. Ne fe inter fe contingant. Praeter alia vitia, etiam verminofa fiunt Gr. et Al.* 4. *fupputari. Vet.*

terram abdatur: εἰς τὰ νάπαλιν τίθεσθαι appellat Theophr. Hift. II. 8. H.

z. *Namque ad id*) Seminarium, fiue plantarium. H.

a. *Quoniam nutricem*) Nutrix ea tellus appellatur, cui primum femina committuntur, qualis in feminariis eft: mater in quam tranflatae omni deinde aeuo degant. H.

b. *Sit ergo ficcum, etc.*) Cato cap. 46. 47. 48. *Dal.* *Sit ergo*) Cato, c. 46. p. 38. *Seminarium ad hunc modum facito: Locum quam optimum, et apertiffimum, et ftercorofiffimum poteris, et quam fimillimum genus terrae ei vbi femina pofiturus eris,* etc. H.

c. *Interuallo*) Cato, l. c. *In fefquipedem quoquouerfum taleam demittito, opprimitoque pede.* H.

d. *Verminofa*) Colum. V. 10. *Si eodem fcrobe duas aut tres arbufculas voles conftituere, curato ne inter fefe contingant: quoniam mutuo contactu aut putrefcent, aut vermibus interibunt.* H.

tare, ac falcem pati consuescere. Cato *e.* et furcis crates imponi iubet, altitudine *f.* hominis, ad solem *g.* recipiendum: atque integi culmo ad frigora arcenda: sic pirorum *h.* malorumque semina nutriri, sic pineas nuces, sic cupressos *i.* semine satas et ipsas. Minimis *k.* id granis constat, vt vix perspici [1] quaedam possint, non omittendo *l.* naturae miraculo, [2] e tam paruo gigni arbores: tanto maiore tritici et hordei grano: ne quis fabam reputet. Quid simile [3] originis suae habent malorum pirorumque semina? His principiis respuentem secures materiam nasci, indomita ponderibus im-

1. *quidem. Dal. quidam possint. Non omittendum naturae miraculum, etc. M.* 2. *etiam paruo. M.* 3. *originisue. M.*

e. *Cato*) C. 48. p. 39. *Eam terram tabula aut pedibus complanato: furcas circum affigito: eo perticas intendito: eo sarmenta, aut crates ficarias imponito, quae frigus defendant et solem: vbi subtus homo ambulare possit, facito.* H.

f. *Altitudine hominis ad solem recipiendum*) Scribendum videtur *reiiciendum*, vel *arcendum*, non *recipiendum*. Cato cap. 48. *Furcas circum affigito, eo perticas intendito, eo sarmenta aut crates ficarias imponito, quae frigus defendant et solem, vti subtus homo ambulare possit, facito* Pint.

g. *Solem recipiendum*) Vt quum crates eae solem receperint, a satis defendant. H.

h. *Sic pirorum*) Cato l. c. H.

i. *Sic cupressos*) Cato, c. 151. p. 180. et 181. *Semen cupressi quando legi, seri, propagarique oporteat, etc.* H.

k. *Minimis id, etc.*) Varro cap. 40. L. I. *Dalec.*

Minimis) Varro de R. R. I. 40. *Quaedam ad oriendum sunt vsque adeo parua, vt sint obscura, vt cupressi. Non enim galbuli qui nascuntur, tamquam pilae paruae corticeae, id semen: sed in his intus primigenia semina dedit natura.* Habet eadem Theophr. de caus. l. 5. p. 203. H.

l. *Non omittendo, etc.*) Seneca cap. 6. L. II. quaest. natur.

immenfis prela, arbores *m.* velis, turribus murifque impellendis arietes? Haec eft naturae vis, haec potentia. Super omnia erit, e lacryma nafci aliquid, vt fuo loco dicemus. *n.* Ergo e cupreffo *o.* femina (mas enim, vt diximus *p.*, non gignit) pilulae collectae, quibus *q.* docui menfibus, ficcantur fole: ruptaeque emittunt femen, formicis mire expetitum: ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo abfumi [1] natalem tantarum arborum. Seritur *r.* menfe Aprili, area *s.* aequata cylindris,

1. natalem arboris. M.

natur. Cicero L. II. de natur. deor. *Dal.*

m. Arbores velis) Arbores pro malis dixit, e quibus antennae et vela pendent. H.

n. Suo loco dicemus) Vt de hippofelino, L. XIX. f. 48. de lilio, L. XXI. f. 11. H.

o. Ergo e cupreffo femina) Theophr. cap. 2. L. II. hift. Vide Catonem c. 151. *Dalec.*

p. Vt diximus) L. XVI. f. 47. H

q. Quibus docui) Nempe f. 11. hoc eft, menfe Ianuario, Februarioque. H.

r. Seritur menfe) Per ver feri Cato ait, l. c. *Semen cupreffi Tarentinae per ver legi oportet: maturum eft, vbi hordeum flauefcit. Semen vbi legeris, in fole ponito, id purgato, id aridum condito ... Per ver ferito in loco, vbi terra tenerrima erit, quam pullam vocant*, etc. H.

s. Area aequata cylindris) Κυλινδρωθεῖσα, Theophr. *Dal.*

Area aequata) Complanata folo, vel cylindro, vel pauicula. Colum. in Hortulo L. X. *Ocyma comprimite, et grauibus denfate cylindris.* Cylindrus, columna eft lapidea rotatilis, qua rei rufticae fcriptores aream aequari iubent. A volubitate nomen accepit: κυλινδεῖν enim voluere eft. Simile inftrumentum pauicula eft. Vtrumque a Catone copulatur, c. 129. *Vbi bene comminuta terra fuerit, cylindro aut pauicula coaequato.* Quamobrem *volgiolis*, vel vt in MSS. fcribitur, R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. etc. *vulgiolis*, de pauicula accipiendum putamus. H.

dris, aut [1] volgiolis, densum *t.*: terraque cribris [2] supercernitur pollicis crassitudine. Contra immane pondus attollere se non valet, [3] torqueturque sub terra. Ob hoc [4] pauitur *u.* vestigiis. Leniter rigatur a solis occasu in trinis *x.* diebus, vt aequaliter bibat, donec erumpant. [5] Differuntur post annum *y.* dodrantali filo, custodita temperie, vt viri-

1. *Vuluoalis. Ch.* 2. *superinseritur. Ch. Lego, superincernitur.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. retorquetur Gr. et Al.* 4. *sic et Ch. paratur. Gr. et Al.* 5. *Differuntur. Vet.*

t. Densum) Cato, c. 151. *Semen serito crebrum, ita vt linum seri solet: Eo cribro terram incernito: dimidiatum digitum terram altam succernito.* H.

u. Ob hoc pauitur) Complanatur pedibus, non rursum cylindro aequatur. Vide N. et Em. N. X. (hic pos.) *Ob)* Sinceriorem hanc arbitrati sumus Chiffl. codicis lectionem, quam librorum hactenus editorum, *ob hoc pariter vestigiis*: Catonis in primis auctoritate adducti, a quo manasse haec videntur. Is enim de R. R. c. 151. vbi terram supercerni seminibus cribratam iussit; *id bene tabula*, inquit, *manibus aut pedibus complanato*: quibus verbis grauius onus excipitur. H.

x. In trinis diebus) Tertio quoque die, vt s. 11. denis diebus, pro decimo quoque die. H.

y. Differuntur post annum dodrantali filo) Scribe *deferuntur* non *differuntur*. vt circa initia capitis seq. *deferendae ex arearum venis post annum in vlmaria.* Et *stilum* non *filum* legendum putauerim. Columella libro tertio, cap. 22. *Omnis nux vnam radicem mittit, et simplici stilo prorepit.* De leuioribus enim *filum* dicitur, vt illud in eiusdem horto, *tenuique corruda simillima filo.* Pintian. *Differuntur post, etc.)* Palmae interuallo. *Dalec.*

[5] *Differuntur)* Ita etiam MSS. Transferuntur, inquit, post annum, quum iam caule sunt dodrantali, seu pollicum nouem. Filum cupressi tenerum caudicem vocare videtur, vti in asparago cymam Colum. L. XI. c. vlt. stilum vocat. Et in Hortulo, L. X. *Et asparagi corruda simillima filo.* Vel

viridi z. caelo ferantur, ac fine aura. Mirumque dictu, periculum eo tantum die eft, [1] fi rorauerit quantulumcumque imbrem, aut fi afflauerit. De reliquo tutae funt perpetua fecuritate, aquafque a. [2] odere. Et zizipha b. grano feruntur menfe Aprili. Tuberes c. melius inferuntur in pruno filueftri, et malo cotoneo, et in calabrice d.: ea eft fpina [3] filueftris. Quaecumque e. optime et myxas recipit, vtiliter et forbos. f. (IX.) Plantas ex femina-

1. *fi rorauit quantulacumque imbres, aut fi adflauit. Ch.*
2. *fic ex MSS. em. Hard. conf. M. aquas poftea odere.*
3. *filueftris quaecumque. Optime ea myxas. Vet.*

Vel potius transferri ait in cupreffeta poft annum, ita vt interuallum dodrantale feruetur inter eas, vt de vlmis dicetur fect. fq. quod verius arbitramur. H.

z. *Vt viridi caelo*) Sudo ac fereno, tam ficco et a nubibus puro, vt viride appareat. *Dal.*

Vt viridi caelo) Sudo ac fereno, et a nubibus ita puro, vt viride appareat. H.

a. *Aquafque odere*) Plinius, L. XVI. f. 31. *Aquas odere cupreffi.* Et Theophr. Hift. II. 8. H.

b. *Et zizipha*) Pallad. in Aprili, tit. 4. *Locis calidis Aprili menfe ziziphum conferemus, frigidis vero Maio vel Iunio. Amat loca calida, aprica Seritur offibus*, etc. Grana Plinio, Palladio offa funt. H.

c. *Tuberes*) Pallad. II. in Ian. tit. 16. p. 47. *Hoc menfe tuberes inferuntur cydoneo.* Et L. X. in Septembri, tit. de pomis. *Menfe Ianuario vltimo, vel Februario, tuberum furculus mirabiliter proficit cydonio infitus. Inferitur autem malis omnibus, et piris, et prunis, et calabrici, melius trunco fiffo, quam cortice, etc.* H.

d. *In calabrice*) Calabricam puto effe noftrum *Groifelier*. Quidam effe malunt Spinam ceruinam Italorum, et Rhamnum purgatorium officinarum. Dal.

e. *Quaecumque*) Cuilibet fpinae apte inferuntur myxae. Pallad. L. III. in Febr. tit. 25. p. 78. *Myxa inferuntur menfe Martio forbis, vel fpinis. H.*

f. *Et forbos*) Saltem fpina alba. Pallad. L. II. in Ian. tit. 15. p. 45. *Menfe Aprili*

minario transferre *g.* [1] in aliud, priusquam suo loco ponantur, operose *h.* praecipi arbitror, licet translatione folia latiora fieri spondeant.

XV. Vlmorum *i.*, priusquam [2] foliis vestiantur, samara colligenda est circa Martias Calend. quum flauescere incipit. Deinde biduo in vmbra siccata serenda *k.*, densa [3] in refracto *l.*, terra super minutatim cribrata, crassitudine *m.* quae in cupressis. Pluuiae si non adiuuent, [4] rigandum. *n.* [5] Deferendae *o.* ex arearum *p.* venis post annum

1. *alibi. M.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. folio Gr. et Al.* 3. *in areis factis. ex Colum.* 4. *riganda. V.* 5. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. differendae Gr. et Al.*

li sorba inseruntur in se, in cydoneo, in spina alba, vel trunco, vel cortice. H.

g. Transferre in aliud) In alterum seminarium. H.

h. Operose praecipi arbitror) Cato capite 46. *Dal.*

i. Vlmorum, priusquam, etc.) De vlmariis Columel. c. 6. L. V. *Dal.*

Vlmorum) Colum. V. 6. p. 184. et sqq. *Sameram deinde, quae iam rubicundi coloris erit, et compluribus insolata diebus, vt aliquem tamen succum et lentorem habeat, iniiciemus areis, et eas totas seminibus spisse contegemus: atque ita cribro putrem terram duos alte digitos incernemus, et modice rigabimus, etc.* Digna sunt cetera quae legantur]: longiora, quam vt exscribi hic oporteat. H.

k. Serenda, densa in refracto, terra super minutatim cribrata) Vetus lectio *serenda densa inarefacta, terra super minuta incribrata.* Pint.

l. In refracto) Hoc est, in terra bipalio pastinata, diligenter occata et resoluta, et in aream demum composita. His enim verbis Columella vim eius verbi explanat, l. c. H.

m. Crassitudine) Pollicari, vt dictum est sect. sup. in cupressis. H.

n. Rigandum) Colum. l. c. *Aestate deinde, priusquam sol oriatur, aut ad vesperum, conspergi potius, quam rigari debent.* H.

o. Deferendae) Ex areolis

num *q.* in vlmaria, interuallo [1] pedali *r.* in [2] quamque partem. Maritas *s.* vlmos autumno serere vtilius, [3] quia carent *t.* semine: nam eae e plantis seruntur. In arbustum *u.* quinquennes sub Vrbe *x.* [4] transferunt, aut (vt quibusdam placet) quae vicenûm pedum esse ceperunt. Sulco *y.*, qui [5] nouenarius

1. *sesquipedali. Colum.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. vnamquamque Gr. et Al.* 3. *quia carentes semine, nudis e plantis. M. quia carente semine, non vt e plan. Ch.* 4. *transferuntur. Ch.* 5. *nouenarius. V. id est, pedes nouem a vicino distans, aut in quo pedes nouem a se inuicem dissitae arbores ponuntur.*

lis vbi creuere, et sulcis iis, in aliud seminarium post annum transferendae, vt de cupressis dictum est sect. sup. Venas arearum vocat areas ipsas longo tractu ductas. Sic venas in metallis dicimus. Ita porro MSS. R. Colb. etc. non *disserendae.* Vlmarium Galli vocant, *vne ormaye*, locum vlmis consitum. H.

p. Arearum venis) Alii legunt, *vineas. Arearum autem vineas* vocat excauatas fossas. Ea significatione dicimus, a milite *vineas agi.* Dal.

q. Post annum) Colum. l. c. *Quum ternûm pedum plantae fuerint, in aliud seminarium transferri debent.* H.

r. Pedali) Colum.: *Oportebit non maximos scrobiculos sesquipede inter se distantes fodere.* H.

s. Maritas vlmos) Queis vites aptius maritantur, vt sunt vlmi Atiniae, quae excelsissimae, vt dictum est f. 29. L. XVI. Colum. l. c. p. 185. *Possunt etiam collectae cum stirpibus plantae eadem ratione disponi: quod in Atinia vlmo fieri necesse est, quae non seritur e samera. Sed haec vlmus autumni tempore melius quam vere disponitur.* etc. Has plantis radicum seri dictum est. L. XVI. f. 29. H.

t. Semine) Cato 28.

u. In arbustum) Arbustum locus est arboribus consitus ad sustinendas vites: qui et arbustinus idcirco locus Columell. dicitur, L. III. c. 13. vnde et arbustiua vitis. H.

x. Sub vrbe) In agro Romano. H.

y. Qui nouenarius) Nouenûm pedum ambitu: quum sit latitudine, ternûm. Colum.

narius dicitur, altitudine pedum trium, pari latitudine, et eo amplius, circa z. positas, pedes terni vndique e solido adaggerantur. Arulas id vocant in Campania. Interualla *a.* ex loci natura sumuntur. [1] Rariores *b.* serendas in campestribus conuenit. Populos et fraxinos, quia festinantius germinant, disponi quoque maturius conuenit, hoc est, ab Idibus Feb. plantis et ipsas nascentes. In disponendis arboribus, arbustisque ac vineis, quincuncialis *c.* ordinum ratio vulgata et necessaria,

1. *aridiores Gr. et Al.*

lum. V. 6. *Igitur in resoluta terra ternûm pedum quoquouersus faciendi scrobes: at in densa, sulci eiusdem altitudinis, qui arbores recipiant, praeparandi.* H.

z. *Circa positas*) Circa arbores nouissime translatas, terra adaggeratur e vicino solo, atque sulco. Hunc aggerem Campanuli arulam vocant, quasi breuem humilemque aram. H.

a. Interualla) Arborum inter se distantia. H.

b. Aridiores serendas in campestribus conuenit) *Rariores* non *aridiores* exemplar antiquum praefert veriore lectione. nam raritas spatium notat. Et dictum fuit statim ante, Interualla ex loci natura sumuntur. *Pint.* *Rariores*) Laxius serendae. Vide N. et Em. N-XI. (hic consp.) *Rar.*) Hoc est, versu et ordine laxiore. In libris hactenus editis *aridiores* perperam. In MSS. R. Colb. Th. et Tol. *ariores*: vnde nos *rariores* elicuimus. Antecedit enim, *Interualla ex loci natura sumuntur.* Vox autem *rariores* spatii et interualli laxitatem notat. Sic ipse Plinius s. 35. pluuio et caliginoso tractu rariores vineas poni iubet, sicco densiores. Et, quod caput rei est, sicvt rariores hoc loco monet serendas in campestribus arbores, sic versa vice s. 19. huius libri *per se colles minora* arborum *quaerere interualla* docet: quod Theophrasti quoque calculo, ipsaque experientia comprobatur. H.

c. Quincuncialis) Quincuncialis figura, siue quincunx, ita dicebatur a figura quinti numeri V. quam singuli trianguli exprimunt; fuitque

ria, non perflatu *d.* modo vtilis, verum et aſpectu grata, [1] quoquo modo intueare, in ordinem ſe porrigente verſu. [2] Populis *e.* eadem ratio ſemine, qua vlmos ſerendi: transferendi quoque e ſeminariis eadem et ſiluis.

XVI. Ante omnia *f.* igitur in ſimilem transferri terram, aut meliorem oportet. Nec [3] e tepidis *g.* aut praecocibus in frigidos aut ſerotinos ſitus, vt neque ex his in illos. Praefodere *h.* ſcrobes ante (ſi fieri poſſet) tanto prius, donec pingui ceſpite obducantur. Mago *i.* ante [4] annum iubet, vt

1. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. quocumque Gr. et Al.* 2. *Lego, Opulis, quarum meminit Colum. in vlmario, nuſquam populi facta mentione.* 3. *ex. Ch.* 4. *annum fieri iubet. M.*

que maxime commendata in diſponendis arboribus, ab antiquis rei ruſticae magiſtris. *En échiquier.*

Quincunx.

```
o     o     o     o     o
   o     o     o     o
o     o     o     o     o
   o     o     o     o
o     o     o     o     o
```

d. Non perflatu) Ventorum flatui admittendo aptior. H.

e. Populis eadem) Forte legendum *Opulis*, ex Colum. V. 5. Populi enim aut nullum aut rariſſime ſemen ferunt. Vitem vero maxime opulus videtur alere, deinde vlmus, poſt etiam fraxinus, inquit Colum. H.

f. Ante omnia igitur in ſimilem, etc.) Theophraſt. cap. 7. lib. II. hiſtor. δεῖ τὰ φυτὰ λαμβάνειν, inquit, ἐξ ὁμοίας γῆς εἰς ἣν μέλλεις φυτεύειν· ἢ ἐκ χείρονος. *Dalec.*

Ante omnia) Colum. L. de arbor. c. 20. et L. III. c. 9. Virgilius quoque Georg. II. 265. et Geop. Auct. II. 46. p. 81. H.

g. Nec e tepidis) Vti fere *neque homini ex ſalubri loco in grauem, neque graui in ſalubrem tranſitus ſatis tutus eſt*, inquit Celſ. I. 3. H.

h. Praefodere ſcrobes ante, etc.) Idem ibidem, et capite eod. libro III. cauſſ. προορύττειν γύρους. Colum. cap. 2. lib. II. et cap. 6. ac 10. lib. V. Cato cap. 43 *Dalec.*

i. Mago ante annum) Et Colum.

vt solem pluuiasque combibant: aut [1] si id conditio largita non sit, ignes in medio fieri ante menses duos, nec nisi post imbres in his seri. Altitudinem *k.* eorum in argilloso, aut duro solo, trium *l.* cubitorum esse in quamque partem: [2] in pronis *m.* palmo amplius: et vbique [3] caminata *n.* fossura ore com-

1. *si condit. M. inprinis Al.* 2. *in pruinis. Vet. in prunis Gr.* 3. *camerata. Vet. caminata. Alii, Colum. 10. lib. V.*

Colum. L. V. c. 10. et L. de arboribus, c. 19. *Ante annum, quam pomaria disponere velis, scrobes fodito: ita sole pluuiaque macerabuntur: et quod posueris, cito comprehendet. Sed si quo anno scrobes feceris, etiam semina ponere voles, minimum ante duos menses, fodito scrobes, postea stramentis eos completo et incendito.* H.

k. Altitudinem eorum in argilloso) Columel. cap. 6. L. V. scrobes fieri iubet latos pedes duos; altos in leui terra tantumdem, in graui dupondium et dodrantem: longos pedes sex, aut minimum quinque. Cato vero serendis oleis altos pedes III. S. latos pedes IV. *Dal.*

l. Trium cubitorum) Quatuor pedum et semissis. *Dal.*

m. In pronis) In locis decliuibus. Vide N. et Em. N. XII. (hic coll.) *In pr.)* In libris hactenus editis modo *pruinis* modo *prunis* legitur. Nos ex indubitata coniectura *pronis* admisimus: scrobium enim distinctionem ex terreni diuersitate facit: Praecessit enim: *Altitudinem earum in argilloso, aut duro solo trium cubitorum esse:* vnde apposite sequitur, *In pronis* vero *palmis amplius.* Et plane constat Colum. L. III. c. 13. accliuibus locis semipedem amplius fodiendum, quam campestribus, praecipere. *Campestris locus,* inquit, *alte duos pedes et semissem infodiendus est: accliuis regio, tres.* H.

n. Caminata) In modum fornacis, fornicisque arcuata fossura, angusto ore, latiore fundo, Colum. V. 10. *Scrobs clibano similis fiat, cuius imum summo patentius est, vt laxius radices vagentur, ac minus frigoris hieme, minusque aestate vaporis per angustum os penetret: etiam vt cliuosis locis terra, quae in eum congesta est, a pluuiis non*

compressiore sint. Nigra *o.* vero terra duo cubita *p.*, et palmum, quadratis angulis. Eadem mensura Graeci auctores consentiunt, non altiores quino *q.* semipede esse debere, nec latiores duobus pedibus. Nusquam *r.* vero sesquipede minus altos, quo-

non abluatur. Quae totidem fere verbis reperit, L. de arboribus, c. 19. Plinius supra, s. 4. *Puteis ore angustatis intus spatiante vena.* H.

o. Nigra) *Vbi* vero terra nigra fuerit, *ibi scrobes fient alti* cubita duo, et palmum, et erunt quadrati. H.

p. Duo cubita) Tres pedes et nouem pollices. *Dal.*

q. Quino semipede) Quatuor pedibus et semisse. *Pint.*

Quino semipede) Hoc est, duobus integris pedibus, et semisse. Vide N. et Em. N. XIII. (hic pos.) *Quinto s.*) Hoc est, vt diximus, pedibus binis et semisse: non, vti Dalecampius putauit, et Casaubonus ad Theophr. Char. p. 113. quatuor pedibus et semisse. Xenophon similia tradit, cuius haec oratio de scrobibus in Oeconomico, p. 864. Τίνα οὖν αὐτῶν εἶδες βαθύτερον τριπόδου; οὐδὲ μὰ δί', ἔγωγε ἔφην, πενθημιποδίου. *Vidistine*, inquit, *scrobem tribus pedibus altiorem? Sed neque mehercule*, *inquam*, *duobus pedibus et semisse.* Πενθημιπόδιον vertere Plinius potuisset sestertium pedem, vt erat in XII. Tabulis, teste Volusio Maeciano: sed Graeco more maluit, *quinto semipede* dicere. Pergit porro idem Xenophon de latitudine pronunciare pariter cum Plinio: Τί δέ, τὸ πλάτος ἤδη τινὰ τριπόδου πλέον εἶδες; οὐδὲ μὰ δί', ἔφην ἐγώ, διπόδου. *Quid autem? numquam vidisti scrobem aliquando, cuius latitudo tres pedes excederet? Imo, inquam, non supra duos pedes.* H.

r. Nusquam vero sesquipede minus altos.) Addendam puto negationem *non*: vt legatur, *Nonnumquam vero sesquipede minus altos.* Pint.

Nusquam vero sesquipede, etc.) Id est, quod Columella ait c. 13. L. XIII. *Nisi tamen si scaturigo palustris obuia, sicut in agro Rauennate plusquam sesquipedem prohibeat infodere.* Dalec.

r. Nusquam vero) Vide N. et Em. N. XIV. (hic consp.) *Nusq.*) Pintianus frustra reponere nititur. *Non numquam vero*, contraria plane sententia. Plinius Grae-

¹ quoniam *s.* in humido solo ad vicina aquae ² perueniat. Cato *t.*: si locus aquosus sit, inquit, la-

1. *Quamuis.* Dal. 2. *perueniant.* Dal.

Graecos scriptores sequitur, quorum placita de scrobibus exscribi nunc a se ipso prodit. Sic certe Xenophon l. c. Ἴθι δὴ καὶ τόδε ἀπόκριναί μοι, ἤδη τινὰ εἶδες τὸ βάθος ἐλάττονα ποδιαίου; οὐδὲ μὰ Δί', ἔφην ἔγωγε τριημιποδίου. *Age vero, etiam hoc mihi respondeto, numquam vidisti scrobem, quae non esset pedem vnum alta? Imo vero, nullam, quae non tertium semipedem, hoc est, sesquipedem alta foret, inquam ego.* Ac paulo post denique colligit scrobem fodi nullum, duobus pedibus ac semisse profundiorem, hoc est, quinό semipede: nullum sesquipede: οὔτε βαθύτερον πενθημιποδίου· οὔτε βραχύτερον τριημιποδίου. Theophr. quoque Hist. II. 7. τριῶν ἡμιποδίων dixit, vbi recte Gaza, *ternis semipedibus*, hoc est, sesquipede. Sic L. XXVI. s. 46. sesquiobolum Plinius dicit, vbi Dioscor. IV. 177. τρία ἡμιωβόλια. H.

s. *Quoniam in humido*) Si nempe vltra sesquipedem fodias. Vide N. et Em. N. XV. (hic pos.) *Quon.*) Dalecampius contra fidem omnium exemplarium, contra scriptoris sententiam, atque adeo contra rem ipsam, scribit, *Quamuis in humido solo.* Negat Plinius vltra sesquipedem proferri fossuram oportere, in humido solo, quoniam ibi nocet aquae vicinitas. Graecorum disciplinam, ac Xenophontis instituta amplectitur, qui totidem fere verbis l. c. Ἐπεὶ ἔν γε τῇ ὑγρᾷ ὀρύττων βαθὺν, ὕδωρ ἂν εὑρίσκοις, καὶ οὐκ ἂν δύναιο ἔτι ἐν ὕδατι φυτεύειν. Suffragatur etiam Colum. III. 13. p. 112. *Nisi tamen, si scaturigo palustris obuia, sicut in agro Ravennate, plusquam sesquipedem prohibeat infodere.* H.

t. *Cato, si locus aquosus sit, inquit, latos pedes ternos, etc.*) Locus est deprauatissimus, et corrosissimus. Verba Catonis sunt cap. 43. *Sulcos si locus aquosus erit alveatos esse oportet, latos summos pedes tres, altos pedes quatuor. Infimum latum pedem vnum et palmum, eos lapide circumsternito. Si lapis non erit, perticis salignis viridibus quoquo versus collatis consternito, si pertica non erit, sarmentis colligatis, postea scrobes simili modo facito, latos

latos pedes ternos *u.* in faucibus, imosque palmum et pedem, altitudine quatuor pedum: eos lapide consterni *x.*, aut si non sit, perticis salignis viridibus: si neque eae sint, sarmentis: ita vt in [1] altitudinem *y.* semipedem trahantur. Nobis adiiciendum videtur ex praedicta arborum natura, vt altius demittantur ea quae summa *z.* tellure gaudent,

1. *alt. semipedis. Vet. altitudine semipede. M. et Cb.*

tos pedes tres scilicet, altos pedes quatuor, etc. Verba autem illa quae statim sequuntus, *ita vt in altitudinem semipedem trahantur*, dubito an sint Pliniana. Certe Catoniana non sunt. *Pintian.* *Cato, si locus aquosus sit)* Cato cap. 43. de sulcis id colliciis vel elicibus scribit, non de scrobibus, qua in re Plinius non satis perspicax fuit. *Dalec.*

Cato) C. 43. p. 37. cui titulus est: *Vites et oleae, quomodo infodiantur. Sulcos, si locus aquosus erit, alueatos esse oportet, latos summos pedes tres, altos pedes quatuor, infimum latum pedem vnum et palmum. Eos lapide consternito. Si lapis non erit, perticis saligneis viridibus quoquouersus collatis consternito. Si pertica non erit, sarmentis colligatis itidem facito.* H.

u. Ternos in faucibus, imosque pal. etc.) In faucibus, id est, summa sui parte. *Imosque*, id est, ima sui parte. *Gelen.*

Pedes) Lati sint scrobes ternos pedes in summa sui parte, in ima palmum et pedem. H.

x. Eos lapide consterni) Vt aquae pluuiae ibi receptae, detentaeque, temporibus siccis refrigerandae arbori sufficere possint: atque ob eam caussam alii sarmenta substernunt, etc. Ita Theophr. de causs. L. III. cap. 5. p. 268. sq. H.

y. Ita vt in alt.) Ita vt sarmenta semipedis altitudine exstent. Hoc illud est, quod ait Colum. L. de arbor. c. 20. *Quum semina depones, dextra ac sinistra singulis, vsque in imum scrobem, fasciculos sarmentorum brachii humani crassitudine deponito: ita vt supra terram paululum exstent: per quos aestate paruo labore aquam radicibus subministres.* H.

z. Quae summa tellure gaudent

tamquam fraxinus, olea. Haec et ſimilia quaternos pedes oportet demitti. Ceteris ſat eſt, ſi altitudinis pedes ternos effecerint. Excide *a.*, inquit, radicem iſtam, Papirius Curſor imperator, ad terrorem Praeneſtinorum [1] Praetoris. [2] Deſtringi ſecures

1. *praetoris diſtringi ſecurim in ſe putantis, T. Liuius lib. IX. Praetr. Diſtringi ſecurius, ſed in abr. Lipſius.* 2. *Deſtringi ſecurius ſe teſte, innoxium abradi partes, quae ſe nudauerint terra. Alioqui lapides rotundos Gr. et Al.*

dent) Ἐπιπελαιόῤῥιζα Theophr. vocat. *Gelen.*

a. Excide, inquit, radicem iſtam, etc.) Contra Samnites feliciter is dimicauit, quamuis a pullario monitus pullos non addicere, quum votum feciſſet, ſi ſuperior diſcederet, vini pocillum Ioui ſe libaturum, ſupra cap. 13. XIV. Valer. Max. cap. I. VII. Alex. ab Alexand. cap. 29. I. Liuius L. IX. *Praeneſtinus Praetor,* inquit, *per timorem ſegnius ſuos ex ſubſidiis duxerat in primam aciem: quem cum inambulans ante tabernaculum vocari iuſſiſſet, lictorem expedire ſecurem iuſſit: ad quam vocem exanimi ſtante Praeneſtino, Agedum lictor, excide radicem hanc, inquit, incommodam ambulantibus.* Lipſius Epiſt. 3. L. II. quae dimidiatis circulis includuntur ab eo putat eſſe aliena de quo hic agitur, et ideo amouenda. Idem legit, *Diſtringi ſecurius, ſed et innoxium abradi.* Quidam legunt: *In ſumma tellure vitis fuit, quum Papirius Curſor Imperator ad terrorem Praeneſtinorum Praetoris, inquit, Excide radicem iſtam. Diſtringi, etc.* Dal. *Excide, inquit, radicem iſtam Papirius Curſor ad terrorem)* Verba haec ab ordine et inſtituto rerum propoſitarum manifeſte abhorrent: ſunt autem T. Liuii libro IX. ab vrbe condita, quod vidit et Hermolaus, ſed is agnoſcit ea ac legitima ducit, magno, vt ego puto, errore. *Pint.*

Excide) Aur. Vict. L. de viris ill. c. 31. *L. Papirius Curſor a velocitate . . . comis et iocorum ſtudioſus, quum Praeneſtinum Praetorem grauiſſime increpuiſſet! Expedi, inquit, lictor, ſecures. Et quum eum metu mortis attonitum vidiſſet, incommodam ambulantibus radicem excidi iuſſit.*

cures iuſſit. Eſt innoxium *b.* [1] abradi partes *c.*, quae ſe nudauerint. Teſtas *d.*, aliqui lapides rotundos ſubiici malunt, [2] qui et contineant humorem *e.*, et [3] tranſmittant: non item *f.* planos facere, et a terreno arcere radicem exiſtimantes. Glarea ſubſtrata inter vtramque ſententiam fuerit. Arborem nec minorem bima, nec maiorem trima

Oo 4 tranſ-

1. *Adradi. M. et Ch.* 2. *qui haud cont. hum. ſed Tranſ. Theoph. cap. 7. lib. III. Cauſſ.* 3. *tranſmittant, non autem plane facere, hos a terreno. Dal.*

iuſſit. Refert idem Liuius, L. IX. p. 157. H.

b. Eſt innoxium) Subintellige, eſt nempe innoxium radices excidere, quae ſe terra nudauerint. Hoc et Theophr. de cauſſ. III. 11. p. 275. In aliquibus MSS. *adradi.* H.

c. *Partes quae ſe nudauerint terra. Aliqui lapides rotundos*) *Teſta* non *terra* in eodem habetur. Porro haec lapidum mentio, et paulo poſt glareae, oſtendit aperte ſermonem hic haberi de ſatione et cultura olearum, patet id ex Columella libro II. cap. 17. *Oportet autem ſcrobem oleae quoque verſus pedes quaternos patere; in imum ſcrobem lapidem glaream que abiicere: deinde ſuper terram quatuor digitorum iniicere.* Repetit haec L. V. c. 7. *Pint.* Vide. Theophr. c. 8. L. III. Cauſſ. et Colum. locis a nobis citatis. *Dalec.*

d. Teſtas, aliqui lapides) Vide Not. et Em. N. XVI. (hic coll.) *Teſtas*) Ita reſcripſimus admonitu codicum R. Colb. ceterorumque, quum prius peruerſe legeretur, *terra. Aliqui lapides.* Haud dubie Plinius Virgilium notat in Georg. II. 348. *Aut lapidem bibulum, aut ſqualentes infode conchas. Inter enim labentur aquae, tenuiſque ſubibit Halitus, atque animos tollent ſata. Iamque reperti Qui ſaxo ſuper atque ingentis pondere teſtae Vrgerent: hoc effuſos munimen ad imbres: Hoc vbi hiulca ſiti findit Canis aeſtifer arua.* H.

e. *Qui*) Quiet quantum ſatis eſt, contineant: et quod abvndat, lente tranſmittant. H.

f. Non item) Exiſtimant *enim planos* lapides non idem praeſtare: ac *praeterea* arcere radicem, ne terrae adhaereſcat H.

transferri quidam praecipiunt: alii, quum annum impleat. Cato g. crassiorem quinque digitis. Non omisisset h. idem, si attineret, meridianam caeli partem signare in cortice, vt translata in iisdem et assuetis i. statueretur [1] horis: ne Aquiloniae meridianis oppositae solibus findenterentur, et algerent meridianae Aquilonibus. Quod e diuerso k. affectant

1. *oris. Alii.*

g. *Cato crassiorem quinque digitis. Non omisisset, etc.*) *Cato*, referri debet ad praecedens verbum, *praecipiunt*. Et, *non omisisset*, eleganti eclipsi dictum est, ac si dicat, ideo a Catone omissum praeceptum hoc, quia nullius sit momenti. *Gelen. Cato crassiorem quinque digitis.*) Cap. 28. *Dalec.*

Cato) C. 28. *Post haec arbores crassiores digitis quinque quae erunt, eas praecisas serito, etc.* H.

h. *Non omisisset idem*) Tacite Theophrastum reprehendit. *Dal.*

Non omisisset) Dum plurimum Catoni tribuit, grauissimorum scriptorum auctoritati detrahit, qui ita censuerunt facto opus esse. Theophr. Hist. L. II. c. 7. et Virgil. Georg. II. 265. *Quin etiam caeli regionem in cortice signant: Vt quo quaeque modo steterit, qua parte calores Austrinos tulerit, quae terga obuerterit axi, Restituant: adeo in teneris assuescere multum est.* Quod imitatus deinde Colum. V. 6. p. 188. *Hanc obseruationem*, inquit, *non solum in vitium positione, sed in vlmorum, ceterarumque arborum praecipio: vti quum de seminario eximuntur, rubrica notetur vna pars, quae nos admoneat, ne aliter arbores constituamus, quam quemadmodum in seminario steterint. Plurimum enim refert, vt eam partem caeli spectent, cui ab tenero consueuerunt.* H.

i. *Assuetis*) Ad eamdem caeli regionem, et partem. *Columella.* De hac ratione loquendi mox. *Dal.*

k. *Quod e diuerso, etc.*) Theophr. cap. 8. L. II. hist. *Dal.*

Quod e diuerso) Theophr. Hist. II. 8. Graeca sunt eiuscemodi: Συμβαίνειν δὲ τȣτό φασι καὶ ἐπὶ τῆς συκῆς. Οὐ γὰρ ἀποβάλλειν ἀνάπαλιν φυτευθεῖσαν· ἔτι δὲ εὐβατοτέραν γίνεσθαι, etc. *Hoc idem fieri in fico aiunt: nam si in contrarium per-*

ctant etiam quidam in vite, ficoque, permutantes in contrarium. [1] Denfiores *l.* enim folio ita fieri, magifque protegere fructum, et minus amittere: ficumque fic etiam [2] fcanfilem *m.* fieri. Plerique id demum cauent, vt plaga deputati cacuminis meridiem fpectet, ignari *n.* fiffuris nimii vaporis opponi. Id quidem *o.* in horam diei quintam vel

 octa-

1. *Denfiora enim folia. M.* 2. *fertilem. V. leg.* εὐβατότερον, *pro* εὐβλαςότερον *apud Theophr.*

permutata feratur, fructum non amittere, fcanfilemque fieri pronunciant. Verum permutari in contrarium non idem Theophrafto, ac Plinio eft: illi eft, inuerfo furculo feri, vt de falice diximus f. 13. Ifti, latus arboris auerfum ab ea caeli parte ftatuere, cui prius aduerfum erat. H.

l. Denfiores enim folio ita fieri) Apud Theophraft. legendum, ἔνιοι δὲ ῥοιὰν μείζω γίνεσθαι καὶ σκιάζειν μᾶλλον τὸν καρπόν, ἔτι δ' ἧττον ἀποβάλλειν τὰς κυτίνας. *Quidam punicam malum ampliorem fieri, fructum magis inumbrare, cytinofque fuos minus amittere, etc.* quae Plinius longe alio fenfu reddidit. Lego et ex Theophr. *Quidam inuerfas figunt, in vite, atque etiam fico, permutantes, etc.* Palladius in Martio cap. 10. id fieri vetat. *Dal.*

m. Scanfilem) Εὐβατότερον γίνεσθαι, Theophr. l. c. Scanfilis arbor dicitur, quae affurgit, vt fcandi facile poffit: contra δύσβατος inacceffa. H.

n. Ignari) Non intelligunt vel fic opponi nimio calori, quo finditur cortex. H.

o. Id quidem in horam, etc.) Hoc eft in regionem caeli, quae eft inter Meridiem et Ortum brumalem, id eft, inter Auftrum et Vlturnum, atque adeo inter Auftrum et Phoenica fiue Euronoton. Vel inter Meridiem et Occafum hibernum, id eft, inter Africum et Auftrum, vel Libonoton. Geographi, et rei rufticae fcriptores, caeli regiones terrarumque fitus ac pofitionem per horas vulgares defignant: primam horam ab Ortu Aequinoctiali numerantes, fic vt fexta cadat in Meridiem, duodecima in Occafum: decimaoctaua in Septemtrionem: vigefimaquarta in Ortum redeat. Vide cap. 3. L. VI. et cap. 32. L. VI. *Dal.*

In

octauam spectare maluerim. Aeque latet non negligendum, ne radices *p.* mora inarescant *q.*, neue a septemtrionibus, aut ab ea parte caeli vsque ad exortum brumalem vento flante effodiantur arbores, aut certe non [1] aduersae iis ventis radices praebeantur: propter quod emoriuntur, ignaris causae agricolis. Cato *r.* omnes ventos, et imbrem quoque in tota translatione damnat. [2] Et ad haec proderit quamplurimum terrae, in qua vixerint, radicibus cohaerere, ac totas cespite circumligari: [3] quum *s.* ob id Cato in corbibus [4] transferri iubeat, proculdubio *t.* vtilissime. Idem [5] summam

1. *obuersae. Vet.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et hoc proderit Gr. et Al.* 3. *quia, etc. iubet. Vet.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. Transferri iubeat. Procul dubio vtilissime quidam Gr. et Al.* 5. *quidem. M.*

In horam diei) Hoc est, in eam caeli regionem obverti maluerim, vbi sol, quum vndecima est, vel post meridiem secunda, stare videtur. Sic enim horas partiebantur antiqui, vt sexta in meridiem caderet. Vide quae diximus in N. et Em. ad L. VI. N. CXIX. Vol. II. p. 773. H.

p. Ne radices) Ne *diuturniore* mora, *iaceant humi semina cum radicibus*, *et* radices *interim* inarescant. H.

q. Inarescant) Vt de vite dicturi sumus, s. 35. N. 3.

r. Cato omnes ventos) Cap. 28. *Dalec.*

Cato omnes) Cap. 28. p. 27. *Caueto autem, ne quum ventus fiet, aut imber, effodias, aut feras: nam id maxime cauendum est.* H.

s. Quum ob id Cato) L. c. *Oleas, vlmos, ficos, poma, vites, pinos, cupressos quum feres, bene cum radicibus eximito, cum terra sua quamplurima, circumligatoque vti ferre possis: in alueo aut in corbula ferri iubeto.* H.

t. Procul dubio vtilissime quidam summam terram contentus est subdi) Prima tria verba praecedentibus agglutinanda: dictio vero quae sequitur *quidam*, corrupta haud dubie est, scribendumque *Idem*, non *quidam*, et cum maiore litera, vt sit initium alterius sensus: refert enim Catonem, cuius est quod sequitur documentum capi-

mam terram contentus eſt ſubdi. Quidam *u.* Punicis malis ſubſtrato lapide non rumpi pomum in arboribus tradunt. Radices *x.* inflexas poni melius. Arborem ipſam ita locari, vt media ſit totius ſcrobis, neceſſarium. Ficus *y.*, [1] ſi ſcilla (bulborum

1. *ſi in ſcilla. Vet. ſi prope ſcillam. Theoph.*

capite 28. *In ſcrobe,* inquit, *quum pones, ſummam terram ſubdito: poſtea operito terra.* Tradit idem Columella libro quinto, capite ſeptimo, his verbis: *Quae antequam deponantur oportebit ſolum ſcrobis imum fodere bidentibus: deinde terram aratro ſubactam, ſi tamen pinguiore erit ſumma humus, mittere et ſubſternere.* Pint.

Idem) L. c. *In ſcrobe quum pones, ſummam terram ſubdito: poſtea operito terra,* etc. Sic etiam Colum. V. 6. *Arbores ita conſerendae ſunt, vt ſummam terram, quae aratro ſubacta ſit, ſemipedem alte ſubſternamus, radices omnes explicemus, et depoſitas ſtercoremus, vt ego exiſtimo: ſi minus, terra ſubacta operiamus, etc.* H.

u. Quidam Punicis malis) Palladius in Martio cap. 10. Columella c. 10. lib. V. *Dalec.*

Quidem Punicis) Pallad. L. IV. in Martio, tit. 10. p. 92. *Qui in ſcrobe deponit, ſi tres lapillos in ipſa radice conſtituat, prouidebit ne poma findantur.* Et ante eum Colum. V. 10. p. 201. *Mala Punica, ne in arbore rumpantur, remedio ſunt lapides tres, etc.* H.

x. Radices inflexas poni melius) Theophr. cap. 7. lib. II. hiſt. καὶ τὰ μὲν ἔχοντα ῥίζας, ὀρθὰ ἐμβάλλειν, vbi περὶ φυτευτηρίαν agit. *Dal.*

Radices inflexas) Leuiter flexas. Sic alibi, vt notauimus, infectum pro fecto dixit. Falluntur enim qui *inflexas* noue ab eo dictum putant, quaſi *non flexas*: etſi Theophraſti auctoritate tueri id omni ope nituntur, ex Hiſt. II. 7. Tutior in hoc negotio agricolarum fides, quam eruditorum coniecturae. H.

y. Ficus, ſi ſcilla, etc.) Columell. c. 10. lib. V. ne tinea moleſta ſit ficulneis ſeminibus, in imum ſcrobem lentiſci taleam demitti iubet, inuerſo cacumine. Theophraſt. cap. 7. lib. V. Cauſſ. meliora fieri tradit quae lentiſco aut ſcillae inſerta terrae mandantur. Idem

borum hoc genus est) feratur, ocyssime ferre traditur pomum, neque vermiculationi obnoxium: quo vitio [1] carent *z*. reliqua poma [2] similiter sata. Radicum *a*. eius magnam adhibendam curam, vt exemptas appareat, non euulsas, quis dubitet? Qua ratione et reliqua [3] confessa omittimus: sicut terram *b*. circa radices fistucato spissandam, quod Cato

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. quo vitio non carent Gr. et Al.* 2. *dissimiliter. Vet.* 3. *confessa nos omittit. M.*

Idem cap. 7. lib. II. histor. scribit, quod hic Plinius, Ficum, si prope scillam feratur, ocyus crescere, et minus a vermibus infestari. *Dal.*

Ficus, si in scilla) Theophrast. Hist. II. 7. Ἡ συκῆ δὲ ἐὰν ἐν σκίλλῃ φυτευθῇ, θᾶττον παραγίνεται, καὶ ἧττον ὑπὸ σκωλήκων κατεσθίεται. *Ficus, si in scilla feratur, ocyus crescit, minusque a vermibus infestatur.* Pallad. in Mart. tit. de ficu: *Aliqui multum prodesse confirmant, vt generosiora poma producat, si plantam fici diviso squillae bulbo intersitam, strictamque vinculis collocemus.* Didymus quoque in Geop. X. 46. p. 276. Latini veteres *squillam*, pro *scilla* scripsere. De scilla dicemus L. XIX. s. 30. H.

z. Quo vitio carent) Vide N. et Em. N. XVII. (hic consp.) *Quo vitio)* Vel ipsa orationis structura clamat superfluere negationem, quae hoc loco irrepserat, *quo vitio non carent.* Eam igitur intrepide erasimus, non admonitu modo codicum R. Colb. Th. aliorumque, a quibus ea abest, sed Theophrasti magis, docentis, de causs. V. 7. p. 332. et c. II. p. 336. quae lentisco aut scillae inserta terrae mandantur, et meliora euadere, nec vermiculationem sentire: ὅσα δὲ ἐν σχίνῳ φυτεύουσιν, ἢ σκίλλῃ, πάντα τῆς εὐβλαστίας ἕνεκα καὶ εὐτροφίας φυτεύουσιν . . . ἐν σχίνῳ δὲ φυτευόμενα, πάνθ' ἧττον σκωληκόβρωτα. H.

a. Radicum eius magnam adhibendam curam) Verbum *eius* puto adiectum esse ab aliquo, qui putauit Plinianum documentum non complecti omnes arbores, sed ficum tantum, quod falsum est. *Pint.*

b. Sicuti terram circa radices

Cato *c.* primum in ea re esse censet: plagam quoque [1] a trunco. *d* oblini fimo, et foliis praeligari praecipiens.

XVII. *e.* (XII) Huius loci pars est ad interualla pertinens. [2] Quidam *f.* Punicas, et myrtos, et lauros densiores seri iusserunt, in pedibus tamen novenis. Malos *g.* amplius paulo, [3] vel magis etiam piros, magisque amygdalas, et ficus: quod optime diiudicabit ramorum amplitudinis ratio, locorumque, et vmbrae cuiusque arboris: quoniam [4] has quoque obseruari oportet. Breues sunt, quamuis magnarum arborum, quae in orbem ramos [5] circinent,

1. in trunco Vet. 2. quidem. Vet. haec alii. Vet. 3. et magis. M. 4. hanc. 5. circinant. Dal.

dices fistucato spissandam) Legendum reor *sicuti terram circa radices festuca aut vecte spissandam.* Aut sic, *Festuca conspissandam.* Verba sunt Catonis cap. 28. *Postea operito terra, deinde calcato pedibus bene. Inde festucis vectibusque calcato quam optime poteris. Id erit ei re primum.* Pint.

Fistucato) Fistucatione. Fistuca machina est vtrimque ansata, qua pauitores vtuntur, vt pauimenta magna vi in terram adigantur. Pauitores Galli vocant *Hie*, aut *Demoiselle.* H.

c. Quod Cato) Cap. 28. *Oleas, vlmos, ficos . . . in scrobe quum pones . . . operito terra radicibus feni, deinde calcato pedibus bene, deinde fistucis, vectibusque calcato, quam optime poteris. Id erit ei primum. Post haec arbores crassiores digitis quinque quae erunt, eas praecisas serito, oblinitoque fimo summas, et foliis alligato.* H.

d. A trunco) A summo trunco, vbi plaga deputati cacuminis. H.

e. Ad inscr. De interuallis plantandarum, etc.) Theoph. cap. 7. lib. II. hist. et c. 8. lib. V. Causs. Colum. c. 10. lib. V. Varro lib. I. *Dal.*

f. Quidam Punicas, etc.) Haec Theophr. Hist. II. c. 7. et vbi prolixius multo tractantur, de causs. III. 8. p. 27?. H.

g. Malos amplius) Theoph. ll. cc. H.

cinent, vt in malis pirisque. Eaedem enormes cerasis, lauris.

XVIII. Iam quaedam vmbrarum proprietas. Iuglandium *h.* grauis et noxia, etiam capiti humano, omnibusque iuxta satis. [1] Necat *i.* gramina et pinus: [2] sed ventis vtraque resistit, qua iam *k.* et pro-

1. *sic et M. et Ch. germina Gr. et Al.* 2. *sed quoniam ventis vtr. resist. et proiectu earum vineas tegunt. Alii. vinearum sationem tegunt. Alii.*

h. Iuglandium grauis) Neruorum afferre solutionem (paralysin vocant) scribit Aldrouandus. Greuinus de venenis II. 22. refrigerationem membrorum, maximumque ac diuturnum capitis dolorem: somnia dura, defluuiumque capillorum, Marcellus Donat. hist. med. mir. I. 1. H.

i. Necat germina et pinus) Palladio in Nouembri c. 7. *Pinus omnibus, quae sub ea feruntur, prodesse creditur.* Theophrast. c. 15. lib. III. Causs. *Pinus omnibus benigna, Laurum et Myrtum sub se satas fouet, et crescere patitur.* Dal.

Necat gramina) Dissidere videtur a Plinio nostro Pallad. L. XII. in Noubr. tit. 7. p. 165. c. de pinu: *Pinus creditur prodesse omnibus quae sub ea feruntur*: plantis fortasse robustioribus lauro, myrto, non gramini. H.

k. Qua iam) Quo genere arborum ideo iam protecta vinearum egent: hoc est, et earum propterea arborum oppositu vineae iam percommode proteguntur. Vide N. et Em. N. XVIII. (hic app.) *Necat gramina et pinus: sed vtraque* (pinus et iuglans) *ventis resistit: qua*) Non vno vitio laborabat hic locus, antequam ei medicinam faceremus. Editi hactenus libri, *necat germina:* At MSS. omnes *gramina* incredibili consensu exhibent: et mox auctor ipse graminis se in primis rationem habuisse suadet, quum ait: *Iucunda et platani vmbra: licet gramini credere, haud alia laetius operiente toros.* Partem deinde alteram huius loci sic libri omnes tum exarati manu, tum editi, repraesentant: *Quoniam et protecta vinearum ratione egent.* Quibus verbis quum nulla subesse legitima sententia possit, alii aliter emendare conati. In edi-

[1] protecta vinearum ratione egent. Stillicidia pinus, quercus, ilicis, ponderosissima. Nullum *l.* cupressi, vmbra minima, et in se conuoluta. Ficorum [2] leuis *m.*, quamuis sparsa: ideoque inter vineas seri non [3] vetantur. [4] Vlmorum lenis, etiam nutriens, quacumque opacat. Attico *n.* haec quo-

1. *proiecta. M. quoniam et protecta Gr. et Al.* 2. *lenis. M. et Ch.* 3. *vetatur. Vet.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. vlmorum leuis Gr. et Al.* 5. *quaecumque. Vet.*

editione Elzeuiriana satis sane confidenter, vocum sedibus permutatis, nec satis tamen feliciter, quum nulla ob id elici sententia probabilis possit, legitur: *ventis quoniam resistit, protecta vinearum ratione egent.* Fuit quum legendum putarem, *quoniam protectis,* (vel *protectu*) *vinearum rationes egent,* Pellicerium sequutus in Notis MSS. Sed in ea voce, *quoniam,* indicari caussam cur ventis resistat, vis quidem vocabuli exigit; at reddi hoc loco nec oratio patitur, nec ratio. Itaque non infelici, vt remur, coniectura *qua iam* pro *quoniam* restituimus: qua leuissima mutatione iam sua constat oratione Plinianae integritas sententiaque. Vult enim eo nomine, quod ventis arbos vtraque resistit, vtroque illo genere protecta vinearum egere. Sunt autem *protecta*, (siue *proiecta*, vt quidam MSS. exhibent, quod idem valet; nam est vox vtraque eius significatus:) quaecumque imbres aut ventos arcent. Sic L. XVI. s. 14. *proiecta*, siue *protecta tuguriorum:* est enim protegere, tectum proiicere, vt ex Tullio discimus in Topicis. Vsus ea voce Vlpianus, leg. Quemadmodum, dig. Ad legem Aquiliam: *Si protectum meum, quod supra domum tuam, et nullo iure habebam, recidisses,* etc. Porro, *qua ratione*, neque enim id omitti debet, familiaris Plinio loquutio est, vt ex indice apparebit. H.

l. Nullum cupressi) Feminae, quae in metam fastigiatur. *Dal.*

Nullum cupressi) Feminae nimirum, quae in metam fastigiatur, vt dictum est L. XVI. s. 60. Haec nullum mittit stillicidium. H.

m. Ficorum leuis) Vmbra. H.

quoque [1] videtur e grauissimis: nec dubito, si emittantur in ramos. [2] Constrictae *o.* quidem vllius noxiam esse non arbitror. Iucunda *p.* et platani, quamquam crassa: licet *q.* gramini credere non soli, haud alia laetius operiente toros: Populo *r.* nulla ludentibus foliis: pinguis alno, sed pascens sata. Vitis sibi sufficit, mobili folio, iactatuque crebro solem vmbra temperans, eodem graui *s.* [3] protegens in imbre. Omnium fere leuis vmbra, quorum pediculi longi. Non fastidienda haec quoque scientia, atque non in vltimis ponenda, quando quibusque satis vmbra aut nutrix, aut nouerca est. Iuglandium quidem, pinorumque, et picearum, et abietis, quaecumque attigere, non dubie venenum est.

XIX. Stillicidii breuis definitio est. Omnium *t.* quae

1. *videntur.* *Ch.* 2. *districtae quidem illius. Vet. Constr. quidem vlmi.* *M.* 3. *prot. se ab imbre. Dal.* 4. *Iuglandum.* *M.*

n. Attico) Iulio Attico, de quo in Auctorum Indice. H.

o. Constrictae quidem vllius, etc) Eius, cui amputati rami sunt, *Dalec.*

Constrictae) Cui arbori compactiores rami sunt, huius vmbra grauis non est. H.

p. Iucunda et platani quamquam crassa) Scribendum videtur, *Iucunda et platani quoque.* nam postremum verbum *crassa* redundat ex antiquo exemplari. *Pintian.*

q. Gramini) Laetissime sub platano nascenti. *Dal.*

Licet gramini) Quam sit vmbra platani iucunda, vel ex gramine intelligimus, quod sub nulla alia arbore tam laete prouenit: nulla alia arbos felicius operit graminum et herbarum toros. H.

r. Populo nulla) Nigrae. *Dal.*

s. Eodem graui) Eodem folio in graui imbre se vitis protegit. H.

t. Omnium quae proiectu) Exemplum statuit Pallad. L. II. in Ian. tit. 16. p. 47. in nuce iuglande: *Desiderat,* inquit, *interualla maiora,* pro

quae proiectu frondis ita [1] defenduntur, vt per [2] ipsas non defluant imbres, stilla saeua est. Ergo plurimum *u.* intererit hac [3] inquisitione, terra in qua seremus, in quantum arbores quasque alat. Iam per se colles *x.* minora quaerunt interualla. *y.* Ventosis locis crebriores seri conducit. Olea tamen *z.* maximo interuallo, de qua Catonis Italica sententia est *a.*: in XXV. pedibus minimum, plurimum

1. *diffunduntur. Vet.* 2. *ipsam. Dal. sub frondem.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. in quaestione Gr. et Al.*

pro arboris magnitudine: quia stillicidiis foliorum suorum, proximis, vel sui generis, nocebit arboribus. In quibusdam libris perperam *diffunduntur.* Defenduntur proiectu frondis arbores eae, quarum per folia non perpluit, nec madefit imbre, aut ipsius arboris corpus caudexue, aut circumiecta tellus. H.

u. Ergo plurimum) Plurimum interest in hac inquisitione prospicere quodnam genus arborum ea terra alat, in qua serere quidpiam aliud libuerit. H.

x. Iam per se colles) Locis montuosis interualla breviora, quam planis relinquenda sunt: montibus enim minus radices et comae augescunt, inquit Theophr. de causs. III. 8. p. 273. Ἐν γὰρ τοῖς ὀρεινοῖς ἐλάττους (ἀποστάσεις) ἢ ἐν τοῖς πεδινοῖς· ἐπ' ἔλαττον γὰρ αἵ τε ῥίζαι προαύξονται, καὶ ἡ κόμη. H.

y. Minora quaerunt interualla) Vel quia pinguiores, vel vt densiores arbores ventorum iniuriae, qui in edita magis saeuiunt, fortius resistant. *Dal.*

z. Olea tamen) Vide Colum. V. 9 p. 198. H.

a. De qua Catonis Italica sententia est) Legendum existimo, *de qua catholica sententia est.* Nam *Catonis* vt legatur, nullo pacto procedit, quum apud Catonem hoc praeceptum nusquam appareat. *Pintianus.*

Catonis Italica) Hoc est, pro caeli solique Italici ratione. Vide N et Em. N. XIX. (hic adi.) *Olea etc.)* Sic libri omnes, etiam MSS. Quamquam non placet ea lectio Pintiano, qui legendum censet, *de qua catholica sententia*: Nam Catonis vt legatur, inquit, nullo pacto

mum xxx. seri. Sed hoc variatur locorum natura. Non alia maior in Baetica arbor. In Africa vero (fides penes auctores erit) miliarias vocari multas narrant a pondere olei, quod ferant annuo prouentu. Ideo lxxv. pedes Mago *b.* interuallo dedit vndique: [1] aut in macro solo, aut duro, atque ventoso, quum minimum xlv. Baetica quidem vberrimas messes inter oleas metit. Illam [2] inscientiam pudendam [3] esse conueniet, adultas [4] interlucare *c.* iusto plus, et in senectam praecipitare, aut (plerumque ipsis, qui posuere, coarguentibus imperitiam suam) totas excidere. Nihil est *d.* foedius agricolis, quam gestae rei poeniten-

1. *sic ex MSS. em. Hard. ast in macro. M. aut in macro. Pint. etiam in macro solo, ac duro Gr.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. scientiam. M. et Ch. inscitiam. Gr. et Al.* 3. *nosse. Vet.* 4. *inter sese luctari. Vet.*

pacto procedit: quum apud Catonem hoc praeceptum nusquam appareat. At apparet sane: nam exstat illud planissime, c. 16. p. 12. *Hoc genus,* inquit, *in XXV. aut XXX. pedes conserito.* Id vero placitum Italico tantum caelo congruere Plinius admonet, quum subiungit statim, *sed hoc variatur locorum natura:* agitque de Baetica deinde, et Africa H.

b. LXXV. pedes Mago) Et ex Magone Colum. l. c. H.

c. Adultas interlucare iusto plus) Interlucari autem arbores dicuntur, quoties adempta ramorum parte, quantum opacitati earum detrahitur, tantum luci accedit, vnde et *interlucare* dictum. *Gelen.*

Interlucare) Interlucari arbores dicuntur, quoties adempta ramorum parte, quantum earum opacitati detrahitur, tantum luci accedit: vnde et *interlucare* dictum. Plinius, s. 35. libri huius: *Interlucata densitate ramorum, qui sint superuacui,* etc. Vide quae de vocibus *conlucare* et *sublucare* dicturi sumus in calce huius libri. H.

d. Nihil est) In eam sententiam egregie Colum. I. 8.

nitentia, [1] multo *e.* iam vt praestet laxitate delinquere.

XX. (XIII.) *f.* Quaedam autem *g.* natura tarde crescunt, et in primis semine tantum nascentia, et longo aeuo durantia. At quae cito *h.* occidunt, velocia sunt, vt ficus, Punica, prunus, malus *i.*, [2] pirus, myrtus, salix: et tamen antecedunt diuitiis. In trimatu enim ferre incipiunt, ostendentes et ante. Ex his [3] lentissima pirus. Ocyssima *k.* omnium [4] cyprus, et pseudocyprus fru-

1. *sic ex MSS. em. Hard. multo iam vt praestet laxitati derelinquere. M. et Ch. nisi quod habet delingere. multo vt Gr. et Al.* 2. *pinus. M.* 3. *lent. est pirus. M.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. cypirus et pseudocypirus Gr. et vulg.*

8. *Nam quum multum prodest perite quid facere, tum plus obest perperam fecisse. Vnum enim ac solum dominatur in rusticatione: quidquid exigit ratio culturae; semel facere. Quippe quum emendatur vel imprudentia, vel negligentia, iam res ipsa decoxit: nec in tantum postmodum exuberat, vt et rem amissam restituat, et quaestum temporum praeteritorum resarciat.* H.

e. Multo) Vt iam multo satius sit *initio* peccasse, positis laxius olearum ordinibus. H.

f. Ad Inscr. Quae arbores tarde crescant) Theoph. c. 7. L. III. hist. *Dalec.*

g. Quaedam autem) Virg. Georg. II. 57. *Iam quae seminibus iactis se sustulit arbos, Tarda venit, etc.* Varro de R. R. I. 41. *Omnia minuta et arida, ad crescendum tarda; et quae laxiora, ea et fecundiora: vt femina, quam mas: ex proportione in virgulis item. Itaque ficus, malus Punica, et vitis, propter femineam mollitiem ad crescendum prona. Contra palma, et cupressus, et olea, in crescendo tarda, etc.* H.

h. At quae cito) Plinius XVI. 51. *Omnia autem celerius senescunt praefecunda.* H.

i. Malus, pirus) Ita recte: non, *pinus.* Sequitur enim, *Ex his lentissima pirus.* H.

k. Ocyssima omnium cypirus, etc.) Legend. *Ocyssima omnium Cyprus et pseudocy-*

frutex. Protinus enim floret, semenque [1] profert. Omnia vero celerius adolescunt stolonibus ablatis *l.*, vnamque in stirpem redactis alimentis.

XXI. Eadem natura et propagines docuit. Rubi namque curuati gracilitate et simul proceritate nimia, defigunt rursus in terram capita, iterumque nascuntur ex sese: repleturi omnia, ni resistat cultura: prorsus vt possint videri homines terrae causa *m.* geniti: ita pessima atque exsecranda res propaginem tamen docuit, ac [2] viuiradicem. *n.* Eadem autem natura est ederis. Cato *o.* propagari praeter vitem tradit ficum *p.*, oleam, Punicam, malo-

1. *perfert. Ch.* 2. *viridem radicem. M.*

docyprus frutex, protinus enim floret semenque profert. Vide *Salm.* p. 10001. b. 10042. a.

Cyprus) Frutex, siue arbor, de qua L. XII. 51. H.

l. Stolonibus ablatis) Stolo in arboribus, fruticatio inutilis est, vt dictum est, f. 1. succum omnem matri, veroque arboris fetui adimens. H.

m. Terrae causa geniti) Colendae et purgandae, quam alioqui ruborum silva occuparet et obrueret. *Dalec.*

Terrae causa) Vt terram colerent, ac perpurgarent, quod eam ruborum alias silva occuparet, et obrueret. H.

n. Ac viuiradicem) Plantas, quae cum viua radice seri possint. H.

o. Cato) Cap. 51. *Dal.*

Cato) C. 51 p. 41. *Propagatio pomorum, aliarumque arborum. Ab arbore abs terra pulli qui nascentur, eos in terram deprimito, extollitoque primorem partem, vti radicem capiat: inde biennio post effodito, serito que. Ficum, oleam, malum Punicum, cotoneum, aliaque mala omnia, laurum, myrtum, nuces Praenestinas, platanum; haec omnia a capite propagari, eximique, serique eodem modo oportet.* H.

p. Ficum, oleam, punicam, malorum genera omnia) Deest *cotoneum* ex Catone capite 51. *Ficum, oleam, punicam, cotoneum, malorum genera omnia.* Sequitur continuo *laurum, prunos, myrtos, nuces et auellanas et Praenestinas.*) In eodem Catone capite eodem: *Laurum*

malorum genera omnia, [1] laurum, prunos, myrtos, nuces auellanas, et Praeneſtinas, platanum. Propaginum duo genera: ramo ab arbore depreſſo in ſcrobem quatuor pedum quoquo, et poſt biennium amputato flexu, plantaque tranſlata poſt trimatum: [2] quas ſi *q.* longius ferre libeat, in qualis ſtatim, aut vaſis fictilibus defodere propagines aptiſſimum, vt in iis transferantur. Alterum *r.* genus [3] luxurioſius, radices in ipſa arbore ſollicitando, traiectis *s.* per vaſa fictilia vel qualos ramis, [4] terraque circumfartis *t.*: atque hoc blandimento impetratis radicibus, inter poma *u.* ipſa et cacumina

1. laurus. Ch. 2. *quam ſi. Dal.* 3. *luxurioſum. M.* 4. *terraque circumpactis Gr. et Al.*

rum, Myrtos, nuces Praeneſtinas, reliqua ſuperfluunt. *Pint.*

q. Quas ſi longius ferre libeat) Cato cap. 52. *Dalec.*

Quas ſi longius) Cato cap. 52. *Quae diligentius propagari voles, in aulas aut in qualos pertuſos propagari oportet, et cum iis in ſcrobem deferri oportet.* H.

r. Alterum genus) Et illud Cato pariter habet, c. 133. p. 69. his verbis: *In arboribus radices vti capiant, calicem pertuſum ſumito tibi, aut quaſillum: per eum ramulum tranſſerito: eum quaſillum terra impleto, calcatoque: in arborem relinquito: Vbi bimum erit, ramum tenerum infra praecidito: cum quaſillo ſerito: Eo modo quoduis genus arborum facere poteris vti radices bene habeant.* H.

s. Traiectis per vaſa fictilia vel qualos ramis terraque circumpactis) Scribe, *terraque circumfartis*, ex vetuſto codice, vt infra capite 14. *paleato luto libros farcire.* Pint.

t. Circumfartis) Sic MSS. omnes, non, vt editi, *circumauctis*, nulla plane ſententia. H.

u. Inter poma ipſa et cacumina, in ſumma enim cacumina hoc modo petuntur) Minus male in eodem, *inter poma ipſa et cacuminum ſumma. etenim hoc modo cacumina petuntur.* Pint.

Inter poma) Inter ipſa poma, atque in ipſo arboris cacumine: nam vel ex ipſo ſummo cacumine rami ad propaginem ſeliguntur. H.

mina (in [1] summa, etenim cacumina hoc modo petuntur) audaci ingenio arborem aliam longe a tellure faciendi: eodem, quo supra, biennii spatio abscissa propagine, et cum qualis [2] illis sata. Sabina herba propagine seritur et auulsione. *x.* Tradunt faece vini, aut e parietibus latere tuso mire ali. Iisdem modis rosmarinum [3] seritur, et ramo, quoniam neutri semen. *y.* Rhododendron, propagine et semine.

XXII. (XIV.) *z.* Semine quoque *a.* inserere natura docuit, raptim auium fame deuorato, solidoque,

1. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. summa enim Gr. et Al.* 2. *illis d. in V. C.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. et Ch. serunt et Gr. et Al.*

x. Auulsione) De qua diximus, l. 9. H.

y. Neutri semen) Fallitur Plinius. Sabina baccifera est: semen autem Rosmarinus gerit. *Dalec.*

Neutri semen) Sabinae sane rarum admodum semen est: rosmarino sterili, de quo Plinius XXIV. 59. plane nullum. H.

z. Ad inscr. de satione arborum) Theophrast. c. 6. et 7. L. I. Causs. Cato cap. 40. 41. 42. Columella cap. 11. L. V. Virgil. II. Georgic. *Dalec.*

a. Semine quoque, etc.) Insitionum hi fere sunt modi, Inoculatio, et quae generis nomine appellatur Insitio. Inoculatio (ἐνοφθαλμισμὸς) eaque duplex; prisca altera, quae fit surculo in gemmam subula apertam indito; noua altera, quae et Emplastratio dicitur, fitque in gemmae locum indita. Insitio, (ἐμφυτεία, ἐμφυτισμὸς) et haec quoque duplex in truncum et in corticem; in truncum rursus duplex: altera terebra circumacta, (terebratio, siue ἐγκεντρισμὸς) vel stimulo perforata medulla, (medullarum applicatio,) altera trunco per medium fisso: in corticem vero nostra memoria inuenta, corticis fistulosi circumiectus. *Dal.*

Semine quoque) Acinis nucleisue mali, piri, cerasi, in aliarum arborum rimas immissis. Hunc locum Car. Stephanus in Praedio rustico p. 215 perperam interpretatur. H.

doque, et alui tepore madido, cum fecundo fimi medicamine abiecto in mollibus arborum *b.* [1] lecticis, [2] et ventis saepe translato in aliquas corticum rimas: vnde vidimus cerasum *c.* in salice, platanum in [3] lauro, laurum in ceraso, et baccas simul discolores. Tradunt et monedulam condentem semina in thesauros cauernarum eiusdem rei praebere causas.

XXIII. Hinc nata inoculatio *d.*, sutoriae simili [4] fistula *e.* aperiendi in arbore oculum *f.* cortice

1. *lectis.* Dal. 2. *aut.* Dal. 3. *lauru.* Ch. 4. *sabula aperiendo, etc. includendo.* Dal.

b. Arborum lecticis) Sic partem eam arboris vocat, et caudicis, vnde se rami diuidunt in brachia. H.

c. Cerasum in salice) Theophr. cap. 23. L. II. causs. et c. 4. L. V. *Dal.*

d. Inoculatio) Graecis ἐνοφθαλμισμὸς, et inde ἐνοφθαλμίζειν. Recessit omnino nobis hoc inserendi genus ab vsu. Altera haec insitio est, quam Colum. affert, L. V. 11. de insitione arborum, p. 203. *Tria genera porro,* inquit, *insitionum antiqui tradiderunt. Vnum quo resecta et fissa arbor resectos surculos accipit. Alterum, quo resecta inter librum et materiam semina admittit... Tertium quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolae emplastrationem, vel vt quidam, inoculationem.* H.

e. Fistula) Acuto scalpro seu ferramento, quale sutores habent (fistulam vocant) cortex exciditur simul cum oculo siue gemma: non eximitur tamen: in eam deinde plagam semen alterius arboris includitur, eadem fistula sublatum. Est autem hoc loco semen, non acinus nucleusue, qualis in malis, piris, ac cerasis intelligitur: sed surculus ipse inserendus: quo significatu familiaris ea in primis Columellae vox. *Vne greffe.* Theophrasto de causs. I. ἔνθεμα. Sic idem Plinius iterum inferius, s. 35 n. 4 de vitium surculis agens: *Interesse,* inquit, oportet *in plantario sesquipedes inter bina semina.* H.

f. Oculum) Germina, quibus

tice exciso, semenque *g.* includendi eadem fistula *h.* sublatum ex alia. In ficis autem et malis haec fuit inoculatio antiqua. Virgiliana *i.* quaerit [1] sinum *k.* in nodo gemmae expulsi corticis, gemmamque *l.* ex alia arbore includit. Et hactenus natura ipsa docuit.

XXIV. Insitionem autem casus, magister alius, et paene numerosior, ad hunc modum. Agricola sedulus casam sepis munimento cingens, quo minus putrescerent sudes, limen subdidit ex edera. At illae viuaci *m.* morsu apprehensae, suam ex aliena fecere vitam, apparuitque *n.* truncum esse

1. *sinum gemmae in nodo euulsi.* Dal.

bus in flores aut folia arbos protuberat, oculum et gemmam vocant: oculum in primis propter corrugationem corticis, quae circumplicatam oculorum cuticulam imitatur. *Vn bourgeon.* H.

g. Semenque) Calamum, surculum, ut fit quum truncato stipite surculus inseritur inter corticem et lignum. *Dal.*

h. Fistula sublatum ex alia) Subula, acuto scalpello, Columel. *Dal.*

i. Virgiliana) Georg. II. 73. *Nec modus inserere, atque oculos imponere simplex. Nam qua se medio trudunt de cortice gemmae, Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso Fit nodo sinus: huc aliena ex arbore germen Includunt, vdoque docent inolescere libro.* H.

k. Sinum) Fissuram. Haec Virgiliana ratio, nec veterum inoculatio fuit, nec posteriorum emplastratio: quamquam ita Dalecampio, aliisque visum est. H.

l. Gemmamque ex alia, etc.) Emplastrationis modo. *Dal.*

m. At illae) At illae *sudes fissura et quasi morsu* viuentis ederae comprehensae, ex ea ipsa edera vitam traxere, fuitque ederae truncus, et *alimenti* vice. H.

n. Apparuitque truncum, etc.) Theophrast. cap. 6. L. I. et cap. 19. L. II. causs. *Dalec.*

Apparuitque) Proditum hoc et a Theophrasto de causs. II. 19. p. 255. c. Ὥσπερ

esse pro terra. Aufertur ergo serra aequaliter superficies: laeuigatur falce truncus. Ratio *o.* postea duplex: Et prima inter corticem lignumque inserendi. Timebant prisci truncum findere: [1] mox imperare [2] ausi medio: Ipsique in eo medullae calamum [3] imprimebant *q.*, vnum inserentes, neque enim plures capiebat medulla. Subtilior *r.* postea ratio vel senos [4] adiicit, mortalitati *s.* eorum

Pp 5 et

1. *sic et Ch. inforare Gr. et Al.* 2. *sic et M. ausi medium, ipsi medullae. Alii. ausi medio ipsique medullae. Gr. et Al.* 3. *imprimere. V. C.* 4. *adicit. M. adigit. V. adiecit. Dal.*

περ γὰρ γῆ χρῆται τῷ ὑποκειμένῳ τὸ ἐμφυτευόμενον καὶ ἐνοφθαλμιζόμενον. *Surculus qui inseritur, vel inoculatur, truncum subditum loco telluris vsurpat,* inquit Gaza. Quod et ante idem Theophr. dixerat, de causs. I. 6. p. 204. ὥσπερ γὰρ γῆ χρῆται τῷ ὑποκειμένῳ σελέχει τὰ ἐμφυτευόμενα. H.

o. Ratio) Ratio postera *inserendi* gemina. H.

p. Inforare ausi medio) Hoc est ἐγκεντρίζειν Graecis. *Dal.*

Mox imperare) Sic MSS. omnes, non, vt editi, *inforare:* quam vocem eo significatu, pro *perforare*, Latium non agnoscit. Est enim *inforare* Plauto, in forum vocare. At si pro *perforare* diceretur, *medium* postea, non *medio* subsequi verius foret. At imperare vi-ti, aruis, arboribusque, hoc est, cogere vt id ferant quod volumus, Virgilio, Plinio, et aliis familiare est. Denique nec forari hoc loco truncum, sed findi necesse est. H.

q. Calamum) Surculum vocant qui inseritur, *Vne greffe.* H.

r. Subtilior postea ratio) Insitio haec est, quae fit in scissura trunci, vel fisso trunco, *enter ou greffer en fente:* in quem si plures in orbem surculi immittantur, vulgo appellant, *enter en couronne.* Haec pariter Colum. V. c. de insitione arborum, ipso fere principio. H.

s. Mortalitati) Plures idcirco calami surculiue in rimam inseruntur, vt imbecillitati eorum numerus succurrat, ac si quis casus, caeliue iniuria perdat ex iis ali-

[1] et numero succurrere persuasa, per media trunco leniter fisso, cuneoque tenui fissuram custodiente, donec cuspidatim decisus descendat in rimam calamus. Multa in hoc seruanda. Primum omnium, quae patiatur coitum talem arbor, et cuius arboris calamus. Varie quoque et non iisdem in partibus subest omnibus *t.* succus. Vitibus *u.* ficisque media ficciora, et e summa parte conceptus, ideo illinc surculi petuntur. Olei circa [2] media succus: inde et surculi: cacumina sitiunt. Facillime *x.* coalescunt, quibus eadem corticis natura,

1. *ex num. M.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Oleis circa medias. Gr. et Al.*

aliquos, vel vnus superstes remaneat. In quibusdam MSS. *ex numero* non improbabili lectione. H.

t. Subest omnibus succus) Humorem Columella vocat, L. V. 10. *Itaque custodiemus, vt a praedictis locis, quos humorosos rustici vocant, semina legamus;* etc. Gallis, *la seue.* H.

u. Vitibus) Vitibus et ficis media pars *flagelli seu rami* ficcior: et in summa parte vis *omnis* concipiendi est. Sentire contra Colum. videtur l. c. *Feracissima autem semina sunt: non vt veteres auctores tradiderunt extrema pars eius, quod caput vitis appellant: id est, vltimum ac productissimum flagellum, etc.* H.

x. Facillime coalescunt) Eadem habet Theophr. de cauff. I. 6. p. 205. Columella vero l. c. *Omni arbori inseri potest, si non est ei, cui inseritur, cortice dissimilis. Si vero etiam similem fructum, et eodem tempore affert, sine scrupulo egregie inseritur.* Et post quaedam interiecta; *Sed quum antiqui negauerint posse omne genus surculorum in omnem arborem inseri, et illam finitionem, qua nos paulo ante vsi sumus, veluti quamdam legem sanxerint, eos tantum surculos posse coalescere, qui sint cortice ac libro et fructu consimiles iis arboribus, quibus inseruntur: existimauimus errorem huius opinionis discutiendum, tradendamque posteris rationem, qua possit omne genus surculi omnibus arboribus inseri, etc.* H.

tura, quaeque pariter florentia eiusdem horae germinationem succorumque societatem habent. [1]Lenta enim res est, quoties humidis repugnant sicca, mollibus corticum duri. Reliqua obseruatio, ne fissura in nodo *y.* fiat: repudiat quippe advenam inhospitalis duritia. Vt in parte *z.* nitidissima, ne longior multo tribus digitis, ne obliqua, ne transflucens. Virgilius *a.* ex cacumine inseri vetat. Certumque est, [2] ab humeris arborum orien-

1. *Lenta res, quoties. M.* 2. *ramis. V.*

y. In nodo fiat) In arboris nodo, hoc est, crassiore callo eo, circa quem colligati simul se rami proiiciunt. Hoc vero praecepit etiam Virgilius, Georg. II. 78. *Aut rursum enodes trunci resecantur, et alte Finditur in solidum cuneis via: deinde feraces Plantae immittuntur: nec longum tempus, et ingens Exiit ad caelum ramis felicibus arbos.* H

z. Vt in parte) Colum. l. c. *Arborem quam inserere voles, serra diligenter exsecato ea parte qua maxime nitida, et sine cicatrice est: dabisque operam, ne librum laedas. Quum deinde truncum recideris, acuto ferramento plagam leuato: deinde cuneum tenuem ferreum vel osseum inter corticem et materiam ne minus digitos tres, sed considerate demittito, ne laedas aut rumpas corticem, etc.* Et mox: *Si pusillam arborem inserere voles, imam abscindito . . . et medium truncum acuto scalpello permodice findito, ita vt fissura digitorum trium sit in ea, etc.* H.

a. Virgilius ex cacumine, inseri vetat) Nihil tale apud Virgilium habetur: proinde non *Virgilius* hic, sed *Higinius* contenderim legendum. Scripsit hic de agricultura, sequutusque est eum Virgilius: quapropter Columella L. I. cap. I. *paedagogum Virgilii* Higinium appellat. Porro citari in praesenti lib. Higinium a Plinio, manifestum est ex Indice. *Pint. Virgilius ex cacumine, etc.)* Non tantum diuisa, vt admittat lucem, verum exempto cuneo latera sic lateribus applicans, vt videatur coaluisse. *Dalec.*

Virgilius) Loco mox allato, quum plantas solum feraces in hos vsus adhiberi iussit: quales fere surculi non

orientem *b.* aestiuum spectantibus surculos petendos, et e feracibus, et e germine nouello, nisi vetustae arbori inserantur: ibi enim robustiores esse debent. Praeterea vt praegnantes, hoc est, [1] germinatione *c.* turgentes, [2] qui parere illo sperauerint

1. *sic quoque Marit. gemmatione Gr. et vulgg.* 2. *et quos. Vet. et qui Gr.*

non sunt, qui cacumen obtinent, sed qui humeros potius, seu media arborum. Sic Colum. L. de arbor. c. 3. ad vites serendas semina ait optima haberi a lumbis, secunda ab humeris, tertia summa in vite lecta, quae feraciora quidem, sed celeriter senescunt. H.

b. Orientem aestiuum) Colum l. c. *Ex qua arbore inserere voles, et surculos ad insitionem sumpturus es, videto vt sit tenera et ferax, nodisque crebris: et quum primum germina tumebunt de ramulis anniculis qui solis ortum spectabunt, et integri erunt, eos legito crassitudine digiti minimi, etc.* Et L. de arbor. c. 20. *Semina si ex arboribus sumes, de iis potissimum sumito, quae omnibus annis bonos et vberes ferunt fructus. Obseruabis autem ab humeris, qui sunt contra solem orientem, vt eosdem decerpas.* H.

c. Hoc est, germinatione) De germinatione ea dictum abunde est L. XVI. s. 39. 40. et 41. Vide N. et Em. N. XX. (hic adi.) *Hoc*) Ita rescripsimus tum ope codicum R. Colb. Th. et Chiffl. tum ipsius Columellae, libro nempe sexto, c. de insitione arborum: *Ex qua arbore, inquit, inserere voles, et surculos ad insitionem sumpturus es, videto, vt sit tenera, et ferax, nodisque crebris: et quum germina tumebunt, de ramis anniculos, qui solis ortum spectabunt, et integri erunt, eos legito crassitudine digiti minimi. Surculi sint bifurci, vel trifurci, etc.* Prius legebatur. *Hoc est, gemmatione turgentes . . . digito medio:* quum in MSS. codicibus *germinatione* et *minimo* planissime scriptum sit. Nec tamen *gemmatione* legi penitus improbamus, quum ipsam *gemmam* legi oporteat, vt ait Colum. l. c. *quae bene apparebit, certamque spem germinis habebit.* Et Pallad. in Martio, tit. 10. de pomis: *Melius proueniet, si ponendus ramus gemmata iam matre sumatur.* Et in Febr.

rint anno. Bimi [1] vtique, nec tenuiores digito minimo. Inferuntur autem et [2] vniuerfi, quum id agitur, vt minor *d.* altitudo in latitudinem fe fundat. Ante omnia gemmantes uitere conueniet, nihil [3] nufquam hulcerofum effe, aut retorridum. *e.* [4] Spei *f.* fauet medulla calami commiffurae, fi in matre *g.* ligni corticifque iungatur. Id enim fatius, quam [5] foris cortici aequari. Calami *h.* exacutio medullam [6] ne nudet. Tenui tamen fiftula [7] detegat, vt [8] faftigatio laeui defcendat cuneo, tri-

1. *fic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. Bimi vtrique digito medio Gr. et Al.* 2. *et inuerfi. Gr.* 3. *vfquam. M.* 4. *fpei fa. medullae cal. commiffura, fi matrix ligni corticefque (fub. calami) iungantur. Dal.* 5. *fortius. Dal.* 6. *ne nudet, detegat tamen fift. tenui. Dal.* 7. *detegatur. Vet.* 8. *fuftigatio. Dal.*

Febr. tit. 17. *Vbi incipit gemma arborum turgefcere.* Sed veterum exemplarium veftigiis integra fide infiftere magis placet. H.

d. Vt minor altitudo) Vt inftar pumilarum arborum humiles fint, et in latitudinem fe fundant: inuerfi feruntur calami, ita vt pars acutior in truncum immittatur: exftet ea, quae craffior. H.

e. Retorridum) Non fole, vel aeftu, vel gelu etiam torridum et corrugatum. H.

f. Spei fauet medulla, etc.) Id eft, quod ait Cato cap. 41. *Quos inferes, medullam cum medulla committito.* Dalec.

Spei) Spei commiffurae medulla calami fauet, fi in matre, *fiue arbore in quam inferitur*, ligno *fimul* corticique iungatur. H.

g. Si in matre) Sic arborem vocat, in quam inferitur calamus. Noftri vulgo, *le Sauvageon.* H.

h. Calami) Calamus ita acuatur, vt ne medulla eius nudetur: tenui tamen fiftula, hoc eft, fcalpello, vt dictum eft, deradendus: vt in morem cunei acuminatus, feu faftigatus, leuiter trunci fiffuram defcendat, trium fere digitorum altitudine. Ita fere Colum. l. c. et Theophr. de cauff. I. 6. p. 205. H.

tribus non [1] ampliore digitis. Quod facillime contingit, tinctum *i.* aqua radentibus. Ne exacuatur in vento; [2] ne cortex a ligno decedat alterutri. Calamus ad corticem vſque ſuum deprimatur. Ne luxetur dum deprimitur: neue cortex replicetur in rugas. Ideo lacrymantes *k.* calamos inſeri non oportet, non hercule magis, quam aridos: quia illo modo labat humore nimio cortex: hoc *l.*, vitali defectu non humeſcit, neque [3] concorporatur. Id etiam religionis ſeruant, vt luna [4] creſcente *m.*, vt calamus vtraque deprimatur manu. Et [5] alioqui in hoc opere duae ſimul manus minus nituntur, neceſſario temperamento. Validius enim demiſſi tardius ferunt, fortius durant [6] contrarii, ex diuerſo. *n.* Ne hiſcat nimium rima, laxeque capiat, [7] aut ne parum: et exprimat *o.*, aut compreſ-

1. *amplius. Vet.* 2. *nec Gr.* 3. *concorporat. Ch.* 4. *creſc. calamus. Dal.* 5. *alioquin. Gr.* 6. *et contrarium. Man.* 7. *parumue comprimat, aut ne compr.*

i. Tinctum) Si tinctus aqua calamus radatur. H.

k. Ideo lacrymantes) Qua de cauſa vitem aliquot antea diebus praeſecant, vt lacryma effluat, neque putreſcat, neque vermiculetur, inquit Theophr. de cauſſ. I. 6. p. 205. H.

l. Hoc, vitali) Hoc modo, vitalis humoris defectu non humeſcit, nec cum matre coaleſcit. H.

m. Luna creſcente) Palladius, in Febr. tit. 17. *Sed hoc vtrumque genus inſitionis vernum eſt, et fit creſcente Luna, vbi incipit gemma arborum turgeſcere.* Sequitur Columellam L. de arb. c. 26. *Omnes arbores, inquit, ſimul atque gemmas agere ceperint, Luna creſcente inſerito.* H.

n. Contrarii ex diuerſo) Eorum e contrario diuerſa ratio eſt, qui fuerint lentius imbecilliuſque demiſſi: nam et ocyus ferunt ii, intereuntque celerius. H.

o. Et exprimat) Premendo eiiciat, excludatque ſurculum:

preſſum necet. Hoc maxime praecauendum, [1] vt praeualide [2] accipientis trunco in media fiſſura [3] relinquatur. Quidam *p.* veſtigio [4] fiſſura falce in truncis facto, ſalice praeligant marginem ipſum. Poſtea cuneos [5] figunt, continente vinculo libertatem dehiſcendi. Quaedam in plantario inſita eodem die tranſferuntur. Si craſſior *q.* truncus inſeratur, inter corticem et lignum inſeri melius, cuneo optime oſſeo, ne [6] cortice *r.* rumpatur laxato. Ceraſi *s.* libro *t.* dempto finduntur. Hae ſolae *u.* et poſt brumam inſeruntur. Dempto *x.* libro

1. vt praeter calamum acceptum nihil in media trunci fiſſura relinqu. 2. *accipiente. Vet.* 3. *relinquant. M. et Cb.* 4. *fiſſurae. Dal.* 5. *refigunt. Dal. findunt. Cb.* 6. *cortex rump. laxatus. Vet.*

culum: aut comprimat: necetque, ſi anguſtius habitet. H.

p. Quidam veſtigio) Antequam truncus findatur, quidam fiſſurae veſtigium in ipſo falce ſignant: deinde truncum ipſum in margine vinculo ſaligneo praeligant. Palladius in Febr. tit. 17. *Pleroſque delectat ſtrictum primo ſectae arboris truncum vinculis arctioribus, in medio findere, et ibi ſurculos ex vtraque parte raſos in modum cunei, vt integra ſit medulla, demergere, praemiſſo ante cuneolo: quo ſubducto depoſitus ſurculus, redeunte in plagam materia, poſſit adſtringi.* H.

q. Si craſſior) Si in craſſiore trunco fiat inſitio. H.

r. Ne cortice) Ne truncus cortice laxato rumpatur. H.

s. Ceraſi) Truncus nimirum, in quem inſitio fit. H.

t. Libro dempto finduntur) Qui craſſior a tenuiore vel vt hiſcens diſcedit. Vide infra cap. 24. huius libri. Dalec.

u. Hae ſolae) Pallad. L. XI. in oct. tit. 12. p. 152. *Inſeritur ceraſus menſe Nouembri melius: vel ſi neceſſe ſit, extremo Ianuario. Alii et Octobri inſerenda eſſe dixerunt.* H.

x. Dempto) Pallad. l. c. *Ceraſum Martialis in trunco inſeri iubet: mihi inter corticem*

libro habent veluti lanuginem, quae ſi comprehendit inſitum, putrefacit. [1] Incolume *y.* cuneo [2] adactum vtiliſſime adſtringitur. Inſerere *z.* aptiſſimum quam [3] proximum terrae, ſi patiatur nodorum truncique ratio. Eminere *a.* calami ſex digitorum longitudine non amplius debent. Cato *b.* argil-

1. *ſic et M. ſub. inſitum. incolumi Gr.* 2. *educto viriilibus. Dal.* 3. *proxime. Dal.*

ticem et lignum feliciter ſemper euenit. Qui in trunco conſerunt, ſicut Martialis dicit, omnem lanuginem, quae circa eſt, auferre debebunt: quae ſi remanſerit, inſitis nocere manifeſtat. H.

y. Incolume) Si cuneo, vel malleo inſitum adigatur, ita vt non laedatur, ſed ſit incolume, vtiliſſime tum adſtringitur. Vide N. et Em. N. XXI. (hic poſ.) *Inc.*) Nempe inſitum. Ita MSS. omnes R. Colb. Par. Th. Alii obſcuriore, vel plane nulla ſententia *incolumi cuneo* legunt. Noſtram emendationem interpretationemque adiuuat egregie Theophr. de cauſſ. II. 6 p. 2○5. Καὶ ὅταν σχίσαντες ἐντιθῶσι τὸ ἔνθεμα, σφηνοειδὲς ποιήσαντες, ἐν σφύρᾳ ἐλαύνουσιν, ὅπως ὅτι μάλιστα προσαχθῇ. Hoc eſt. interprete Gaza: *Quumque trunco leuiter fiſſo inſerendum iam eſt, ſurculum cuſpidatim deciſum malleo adigunt, vt quam maxime deprimatur, et committatur.* H.

z. Inſerere) De pumilis praeſertim arboribus ita Colum. l. c. *Si puſillam arborem inſerere voles, imam abſcindito, ita vt ſeſquipede a terra exeat.* H.

a. Eminere) Colum. l. c. *Surculos ſic inſerito, vt ſemipede, nec amplius de arbore exſtent.* Sunt autem in pede digiti ſedecim. H.

b. Cato argillae etc.) Theophraſtus cap. 6. L. I. cauſſ. laudat, (ſi mendum non ſubeſt) πηλὸν τετριχωμένον, id eſt, lutum cum pilis ſubactum *Dal.*

Cato) C. 40. p. 35. *Argillam, vel cretam condito, arenae paululum, et fimum bubulum: Haec vna bene condepſito, quam maxime vti lentum fiat: capito tibi ſciſſam ſalicem: ea ſtirpem praeciſum circumligato, ne liber frangatur.* H.

argillae, vel cretae arenam, fimumque bubulum [1] admifceri, atque ita vfque ad lentorem fubigi iubet, idque [2] interponi et circumlini. Ex iis *c.* quae commentatus eft, facile apparet illa aetate inter lignum et corticem, nec alio modo inferere folitos, aut vltra [3] latitudinem duûm digitorum calamos demittere. Inferi *d.* autem praecipit pira ac mala per ver, et poft folftitium diebus L. et poft vindemiam: Oleas *e.* autem et ficos per ver tantum, luna fitiente, hoc eft, ficca. Praeterea poft meridiem, ac fine vento Auftro. Mirum quod non contentus infitum muniffe, vt dictum eft *f.*, et cefpite ab imbre frigoribufque protexiffe, ac mollibus

1. *admifcet.* *Dal.* 2. *fuperponi.* *Dal.* 3. *altitudinem.* *Dal.*

c. *Ex iis)* Cato de R. R. c. 40. *Surculum praeacutum inter librum et ftirpem artito primores digitos duos. Poftea capito tibi furculum, quod genus inferere voles: eum primorem praeacuito obliquum primores digitos duos, etc.* *Artito*, eft inferito, immittito. H.

d. *Inferi autem praecipit pira ac mala per ver, et poft folftitium diebus L. poft vindemiam)* Cato c. 41. *Pirorum et malorum infitio eft per ver, et per folftitium diebus L. et per vindemiam.* Pint.

Inferi autem) C. 41. p. 36. Locum hunc a Pintiano laudatum etiam hic tranffcripfit Harduinus, quem iam repetere non vacat. Vide adnot. praec.

e. *Oleas autem et ficos per ver tantum luna fitiente, hoc eft ficca)* Scribe *luna filente* non *fitiente* ex Catone capite 40. vt fupra etiam admonuimus. *Pint.*

Oleas) Cato, c. 40. p. 35. *Ficos, oleas, mala, pira, vites inferi oportet luna filenti poft meridiem, fine vento Auftro.* De luna fiue filente, fiue fitiente diximus f. 8. Sed ex Plinio *fitienti* legi oportere palam eft. H.

f. *Vt dictum eft)* Nempe proxime, argilla, creta, etc. H.

bus bifidorum *g.* viminum fafcibus, lingua *h.* bubula (herbae *i.* id genus eft) infuper obtegi iubet, eamque illigari opertam ftramentis. [1] Nunc abunde arbitrantur paleato *k.* luto [2] libro farcire, duos digitos infito exftante. Verno inferentes tempus vrget, incitantibus *l.* fe gemmis, praeterquam in olea,

1, *Nunc autem arb. Vet.* 2. *librum. Dal. farcire, libro duos dig. infitos exftante. Ch. libros Gr. et Al.*

g. Bifidorum viminum) Sciffam falicem dixit Cato, l. c. H.

h. Lingua bubula) Miror valde Plinium bubulam herbam, τὸ βέγλωσσον, expofuiffe, quum Cato ligulam e corio bubulo factam intelligat: et alioqui fit abfurdum linguam bubulam herbam infuper librum alligari, ne cadat, quod ait Cato. *Dalec.*

Lingua bubula) Catonis haec verba loco proxime citato: *Salicem Graecam amplius circumligato, luto depfto, ftirpem oblinito, digitos craffos tres: Infuper lingua bubula obtegito, fi pluat, ne aqua in librum permanet: eam linguam infuper librum alligato, ne cadat. Poftea ftramentis circumdato, alligatoque, ne gelu noceat.* H.

i. Herbae id genus) Alii non herbae genus intelligi volunt, fed ligulam e corio bubulo factam. Plinius βούγλωσσον accepit, de qua dicetur L. XXV. 40 Hac muniri ac circumlini infita voluit, vt fuperius f. 11. tomice mora fpinarum, baccafque lauri. H.

k. Paleato luto) Cum luto palea admixta plagam farcire vimine circumligato, ita vt furculus qui inferitur, duobus digitis exftet. Sic MSS. omnes: prius legebatur, nulla prorfus fententia, aut falfa, *libros farcire.* Emendationem noftram Columella conftabilit, L. de arb. c. 26. *Quum omnes furculos, quos arbor patietur, demiferis, libro vlmi vel vimine arborem adftringito. Poftea paleato luto bene fubacto oblinito totam plagam et fpatium quod eft inter duos furculos, vfque eo vt duobus digitis infita exftent.* H.

l. Incitantibus fe) Erumpentibus, prorepentibus. Sic Col. loquutus, L. IV. 4. *Palmes quem vitis mox in germinatione citauerit.* H.

olea *m.*, cuius diutissime oculi parturiunt, minimumque succi habent sub cortice, qui nimius insitis nocet. Punicam *n.* vero et ficum, quamquam alias sicca sint, [1] recrastinare minime vtile. Pirum *o.* vel florentem inserere licet, et in Maium quoque mensem protendere [2] insitionem. Quod si longius afferantur pomorum calami, rapo infixos optime custodire succum arbitrantur: [3] seruari inter duos imbrices iuxta riuos, vel piscinas, vtrimque terra obstructos: (XV). *p.* Vitium *q.* [4] vero

1. *procrastinare.* Dal. 2. *insitiones.* Ch. 3. *servari autem inter* Dal. 4. *vitis.* M.

m. Praeterquam in olea) Haec iisdem verbis Theophr. L. de causs. 6. p. 205. Ἔτι δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις βραχὺς ὁ καιρὸς, διὰ τὸ ταχεῖαν εἶναι τὴν βλάστησιν. τῇ ἐλαίᾳ δὲ πλείων χρόνος, διὰ τὸ πλείω χρόνον ποιεῖν τοὺς ὀφθαλμούς. *Sed et ceteris tantum temporis datum propterea est, quia germen celeriter exit. Oleae plus temporis destinatum est, quum diutius suos parturiat oculos.* H.

n. Punicam vero et ficum) Theophr. cap. 6. L. I. Causs. *Dalec.*

Punicam vero) Theophr. l. c. Χρὴ δὲ καὶ τῆς ὑγρότητος τῶν αὐτῶν συμμετρίαν τινὰ ὑπάρχειν· διὸ καὶ τὴν μὲν ἄμπελον προαποτέμνουσιν ἡμέραις τισὶ πρότερον, ὅπως προαποῤῥυῇ τὸ δάκρυον, καὶ μὴ σήπηται, μὴ δ' εὐρωτιᾷ. Ῥόα δὲ καὶ συκῇ καὶ ὅσα τούτων ἐςὶ ξηρότερα, παραχρῆμα. *Sed succi quoque et humoris eorum modum observari quemdam oportet. Qua de causa vitem aliquot ante diebus praesecant, vt lacryma effluat, neque putrescat, neque vermiculetur. Punicam, et ficum, quaeque his sicciora sunt, protinus inserere solent.* H.

o. Pirum) Sic Pallad. in Febr. tit. 25. H.

p. Ad inscr. de vite inserenda) Theophr. cap. 16. L. I. et cap. 17. L. III. Caussar. Cato cap. 42. et 43. Columell. cap. 29. L. IV. et de arboribus cap. 8. *Dal.*

q. Vitium vero) Subintellige calamos, siue surculos. Gallis, *Marquotes.* Habet haec etiam Colum. IV. 29. p. 158. Hos ait in scrobibus rite seruari, dum inserantur. H.

ro in ſcrobibus ſiccis ſtramento opertos, ac deinde terra obrutos, vt cacumine exſiſtant.

XXV. Cato *r.* vitem tribus modis inſerit. Praeſectam *s.* findi iubet per medullam, in eam ſurculos exacutos (vt dictum *t.* eſt) [1] addi, medullas iungi. *u.* Altero *x.*, ſi inter ſeſe vites contingant, vtriuſque in obliquum latere contrario adraſo iunctis medullis *y.* colligari. Tertium *z.* genus [2] eſt, terebrare *a.* vitem in obliquum ad medullam, calamoſque addere longos pedes binos, atque ita ligatum inſitum, intritaque *b.* illitum operire terra, calamis ſubrectis. Noſtra aetas *c.* correxit, vt Gal-

1. *indi Dal.* 2. *eſt in M. d.*

r. Cato) Cap. 41. *Dal.*

Cato vitem) C. 41. p. 36. Eadem habet etiam Colum. l. c. H.

s. Praeſectam) Truncum vitis praeſectum, in quem ſurculus inſerendus. H.

t. Vt dictum eſt) Sup. ſect. H.

u. Medullas iungi) Surculi videlicet et matricis. *Dal.*

Medullas iungi) Cato: *Quos inſeres, medullam cum medulla componito.* H.

x. Altero) Cato: *Altera inſitio eſt: ſi vites vitem contingat, vitis vtriuſque latus alterum praeradito oblique, et inter ſeſe medullam cum medulla libro colligato.* H.

y. Iunctis medullis colligari) Fortaſſis hoc Graecis fuerit ἐμφυλίζειν, quaſi adoptare, et arrogare in ſuam ſtirpem, in ſuum genus. *Dal.*

z. Tertium) Cato et Colum. ll. cc. Graecis eſt ἐγκεντρισμός. H.

a. Terebrare) Ἐγκεντρίζειν Graecis. *Dal.*

b. Intritaque illitum operire terra) Argilla ſubacta cum fimo et arena. *Dal.*

Intrita) Luto paleato. H.

c. Noſtra aetas) Colum. haec multo vberius, L. IV. 27. p. 158 *Sed aliud eſt ferramentum, quo priores vitem perforabant, aliud quod ipſe vſu nunc magis aptum comperi. Nam antiqua terebra, quam ſolam veteres agricolae nouerant, ſcrobem faciebat, perurebatque eam partem, quam perforauerat: deuſta porro, raro reuireſcebat, vel cum*

Gallica [1] vteretur terebra, quae excauat, nec vrit: quoniam aduſtio omnis hebetat: atque *e.* vt gemmaſcere incipiens legatur calamus: nec plus quam binis ab inſito *f.* emineret oculis, [2] vlmeo *g.* vimine alligatus, binaque circumcideretur acie a duabus partibus: vt inde potius [3] diſtillaret [4] mucor *h.*, qui

1. *vterentur. Dal.* 2. *vlmi vimine alligato. M. vlmi fim. alligato bina circumdarentur. Cb.* 3. *diſtillet. Vet.* 4. *humor. M.*

cum priore coaleſcebat . . . *Nos terebram, quam Gallicam dicimus, ad hanc inſitionem commenti longe habiliorem, vtilioremque comperimus,* etc. Didymus quoque in Geop. IV. 12. p. 112. hunc inſitionis modum explanans, τερέτρῳ τῷ καλȣμένῳ Γαλλίκῳ vtitur: vnde recentiorem hunc eſſe ſcriptorem apparet. Ea terebra Gallis modo *Villebrequin.* H.

d. Gallica vteretur terebra) Cycliſcum Gal. vocat L. VI. Meth. ſub finem. Ea non ſcobem, ſed ramenta facit, quibus exemptis plaga vndique laeuis relicta facilius omni parte ſedentem ſurculum contingit: terebra vero priſcorum, quae manu adigitur, vrit partem quam excauat et ſcobis lanuginem excitat, quae numquam ſic extrahitur, vt non inhaereſcat foramini, interuentu ſuo prohibens ne ſurculi corpus corpori vitis applicetur. Col. cap. 29. L. IV. Terebra antiquorum, *Tarione*: Gallica, *Villebrequin.* Dalecampius.

e. Atque vt gemmaſcere) Colum. de arbor. 8. *Quum vitem inſerere voles, optimi generis ſarmenta fructuaria tum quum gemmas agere incipiant, vento Auſtro a matre praecidito.* H.

f. Ab inſito) Ab inſitione non plus quam gemmae duae exſtarent. Plinius, ſ. 35. *Oculi,* inquit, *in arborum ſurculis proprie vocantur vnde germinant.* H.

g. Vlmeo vimine) Non abludit ab hac ratione Colum. l. c. *Quidquid inſerueris viti, diligenter libro ligato, atque luto ſubacto paleato oblinito* .. *Infra inſitionem et alligaturam falce acuta leuiter vitem vulnerato ex vtraque parte, vt ex his potius plagis humor defluat, quam ex inſitione ipſa abundet: nocet enim nimius humor, nec patitur ſurculos inſertos comprehendere.* H.

qui maxime vites infestat. Deinde quum eualuissent flagella [1] pedes binos, vinculum insiti incideretur, vbertati crassitudine permissa. Vitibus *i.* inserendis tempus dedere ab aequinoctio *k.* [2] autumno ad germinationis initia. Satiuae plantae silvestrium radicibus inseruntur natura siccioribus. Si [3] satiuae *l.* siluestribus inserantur, degenerant in feritatem. Reliqua caelo constant. Aptissima *m.* insitis siccitas. Huius *n.* [4] enim remedium appositis fictilibus vasis modicus humor per cinerem distillans. Inoculatio *o.* rores amat [5] leues.

XXVI.

1. *ad pedes. Dal.* 2. *autumni. Vet.* 3. *satiuis silvestres. Vet.* 4. *est. Vet.* 5. *lenes. Dal. leveis Gr.*

h. Mucor) Humor, seu lacryma, vt dictum est ex Theophr. sect. sup. et proxime ex Columella. H.

i. Vitibus inserendis) Colum. IV. 29. p. 157. *Tempus inserendi Iulius Atticus tradidit ex Calendis Nouembribus in Calendas* Iulias, *quoad posse custodiri surculum, siue gemmam affirmat.* Vt ab illo deinde diffideat, edisserit: locum vide. H.

k. Ab aequinoctio autumno) Sic MSS. omnes, ac rursum inferius, L. XIX. s. 33. XXI. 12. etc. Autumnum scilicet pro autumnali veteres dixere: *Autumnum tempus.* Manilius: *Autumnum frigus.* Naso Metam. III. *Autumnam tempestatem*, Gellius IX. 7. *Autumnos fetus*, Cod. Theod. L. II. tit. 8. de Feriis, lege 2. H.

l. Si satiuae) Varro de R. R. I. 40. *Si in pirum siluaticam inseueris pirum quamvis bonam, non fore pirum tam iucundum, quam si in eam quae siluestris non sit.* H.

m. Aptissima) Colum. IV. 11. *Hoc genus insitionis aestiuo tempore optime vsurpatur.* H.

n. Huius enim) Nam pro remedio aduersus siccitatem, *si nimia sit*, apponuntur *tantum* vasa fictilia, ex quibus modicus humor per cinerem *leniter* distillet. H.

o. Inoculatio) Theophr. de causs. L. I. 6. p. 205. Τὸ δ' ὕδωρ τῷ μὲν ἐνοφθαλμισμῷ πολέμιον, etc. *Aqua inoculationi vehementer officit : putrefacit enim etc.* H.

XXVI. (XVI.) *p.* Emplastri *q.* ratio et ipsa [1] ex inoculatione nata videri potest. Crasso autem maxime [2] cortici conuenit, sicut est ficis. Ergo amputatis omnibus ramis, ne succum auocent, nitidissima in parte, quaque praecipua cernatur hilaritas, exempta *r.* scutula (ita ne *s.* descendat vltra ferrum) cortici, imprimitur ex alia cortex par, cum sui *t.* germinis [3] mamma: sic compage densata, vt cicatrici locus non sit, et statim fiat vnitas, [4] nec humorem, nec afflatum recipiens: nihilominus tamen et luto munire, et vinculo melius. *u.* Hoc genus non pridem repertum volunt, qui nouis moribus fauent. Sed id etiam apud veteres

1. *ex, in M. d.* 2. *cortice. M.* 3. *gemma. Dal.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. non hum. non affl. Gr. et Al.*

p. ad inscr. De emplastratione) Columella c. 11. lib. V. Cato c. 41. *Dal.*

q. Emplastri ratio) Quam et inoculationem quidam, vt auctor est Columella, sed perperam, appellabunt. *Tertium*, inquit L. V. 11. p. 203. *insitionis genus est, quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit arbos, quam vocant agricolae emplastrationem, vel vt quidam, inoculationem.* Galli, *enter en écusson.* H.

r. Exempta scutula) Scutulam corticeam eximimus, lignum tamen non offendentes: alia deinde similis ex altera arbore in locum prioris imprimitur. Quod in scutulae formam cortex eximitur, inde Galli insitioni huic nomen fecere: Quod id ipsum, quod inseritur, veluti emplastrum quoddam est, inde Latinis emplastratio dicta est. H.

s. Ita ne descendat vltra ferrum, cortici inprimitur) Vetus lectio, *ita ne descendat vltra corticem ferrum imprimitur.* Pint.

t. Cum sui germinis mamma) Mammae appellatione paruam illam corticis exuberantiam intelligo, vnde primum rami prosiliunt, ac germina. H

u. Et vinculo) Lineo, vel, vt olim vimineo: vel tilia deni-

teres Graecos inuenitur, et apud Catonem *x.*, qui oleam ficumque ſic inſeri iuſſit, menſura etiam praefinita ſecundum reliquam diligentiam ſuam: cortices ſcalpro excidi quatuor *y.* digitorum longitudine, et trium latitudine, atque ita coagmentari, et illa ſua intrita *z.* oblini: eadem ratione et in malo. Quidam huic generi miſcuere *a.* fiſſuram in vitibus, exempta [1] cortici teſſella, ſurculo a latere plano adigendo. Tot modis inſitam arborem vidimus iuxta [2] Tiburtes Tullias *b.*, omni genere pomorum onuſtam, alio ramo nucibus, alio baccis, aliunde vite, ficis, piris, Punicis, malorumque

1. *cortice. M. cum cortice. Alii.* 2. *Tiburtes, tiliam omni. Vet.*

denique: nam et e tilia vincula, vt dictum eſt libro ſuperiore, ſ. 25. H.

x. Et apud Catonem) Cato c. 42. *Dal.*

Apud Catonem) C. 42. p. 36. Ficos et oleas altero modo inſerito. *Quod genus aut ficum, aut oleam eſſe voles, inde librum ſcalpro eximito: alterum librum cum gemma de eo fico, quod genus eſſe voles, eximito: apponito in eum locum, vnde exſecaueris in alterum genus, facitoque vti conueniat. Librum longum facito digitos III. S.* (hoc eſt, tres et ſemis: Plinius quatuor ſolidos dixit:) *latum digitos tres: ad eumdem modum oblinito, integito: vti cetera.* H.

y. Quatuor digitorum longitudine et trium latitudine) Longitudinem praefinit Cato, non latitudinem capite 42. his verbis: *Librum longum facito digitos tres, et ad eumdem modum oblito, tegitoque.* Pint.

z. Illa ſua intrita) Luto paleato, vti Plinius ipſe ait ſ. 24. H.

a. Miſcuere fiſſuram) Vites inſerunt et ramo ſimul fiſſo, et emplaſtro. *Dal.*

Miſcuere fiſſuram) Vites inſeruere gemina ratione: primo fiſſo cortice in teſſellae modum, quae emplaſtratio eſt: et praeterea terebrato trunci latere, inſertoque ſurculo, qui Graecis ἐγκεντρισμὸς, a nobis ſup. ſect. explicatus. H.

b. Tullias) MSS. *Thulias.* Sunt qui *tiliam* ſcribant. H.

que generibus. Sed huic breuis fuit vita. Nec tamen omnem experimentis assequi naturam possumus. Quaedam enim nasci, nisi sponte nullo modo queunt: eaque immitibus tantum et desertis locis proueniunt. Capacissima *c.* insitorum omnium [1] ducitur platanus, postea robur: verum vtraque sapores corrumpit. Quaedam *d.* omni genere inseruntur, vt ficus [2] et Punicae. Vitis non recipit emplastra: nec quibus tenuis, ac caducus, rimosusque cortex: neque inoculationem siccae, aut humoris exigui. Fertilissima omnium inoculatio, postea emplastratio. *e.* Sed vtraque infirmissima. Et quae cortice nituntur tantum, vel leui aura ocyssime deplantantur. Inserere *f.* firmissimum, et fecundius, quam serere. (XVII.) Non est omittenda raritas vnius exempli. Corellius *g.* eques Rom. Ateste genitus, [3] inseuit castaneam suometipsam *h.* surculo in Neapolitano agro.

 Sic

1. *sic ex MSS. em. Hard. consent. Ch. dicitur . . . corrumpunt Gr. et Al.* 2. *vt. Ch.* 3. *sic et M. et Ch. inseruit. Gr.*

c. *Capacissima*) Quae plures diuersorum generum surculos admittere in se ac recipere possit. H.

d. *Quaedam omni genere*) Omni insitionum genere, quas hactenus attigimus. H.

e. *Emplastratio*) Columel. cap. II. inoculationem ab agricolis vocari emplastrationem tradit: Plinius tamen videtur hanc ab illa distinguere. *Dal.*

f. *Inserere firmissimum*) Colum. de arb. c. 20. *Arbos insita fructuosior est, quam quae insita non est: id est, quam quae cum ramis aut plantis ponitur.* H.

g. *Corellius*) In Inscript. Gruteri, *Corellus*, non semel. Diuersus certe a Coroelio Rufo, cuius obitum Plinius alter defiet, ep. l. 12. H.

h. *Suometipsam*) Castaneam inseuit exempto surculo ex ea ipsa arbore quae inserebatur. H.

Sic facta est castanea, quae ab eo nomen accepit inter laudatas. Postea *i.* Etereius libertus Corellianam iterum [1] inseuit. Haec est inter eas differentia, illa copiosior, haec [2] Etereiana melior.

XXVII. Reliqua genera casus ingenio suo excogitauit, ac defractos serere ramos docuit, quum pali defixi *k.* radices cepissent. Multa sic seruntur *l.*, inprimisque ficus, omnibus *m.* aliis modis nascens, praeterquam *n.* talea: optime

1. *heres eiusdem Gr. et Al.* 2. *sic ex MSS. em: Hard. cons. M. et Ch. inseruit Gr. et Al.* 3. *tertiana. M. haec corelliana Gr. et Al.*

i. Postea Etereius) Vide N. et Em. N. XXII. (hic coll.) *Postea*) In libris hactenus editis, *Postea haeres eius, . . . haec Corelliana melior.* In MSS. R. Colb. Th. Par. etc. *Postea hereteius . . . . haec terreiana melior.* Quae etsi sunt amanuensium vitio inquinata, vestigia tamen nobis monstravere lectionis sincerioris eruendae; neque huius tantum loci, sed et alterius, castigandi viam aperuere: L. XV. nempe s. 25. in quo quum ad hunc diem legeretur: *Laudatior Corelliana castanea, et ex ea facta, quo dicemus in insitis modo, Meterana,* indubitata coniectura *Etereiana* reposuimus: hunc enim a Plinio signari locum, quem tractamus, minime dubium est. Ex Inscriptionibus Gruteri p. 678. *Etereius* et *Etereia* familiae Romanae nomen fuisse, intelligimus. H.

k. Pali defixi) *Des pieux.* Hunc signare modum Virgilius videtur, Georg. II. 25. quum ait: *Hic stirpes obruit aruo, Quadrifidasque sudes, et acuto robore vallos.* H.

l. Multa sic seruntur) Theophr. c. 7. lib. II. hist. et cap. 6. lib. I. causs. Col. c. 10. L. V. *Dal.*

m. Omnibus aliis) Sex modis superius recensitis, s. 9. H.

n. Praeterquam talea) Legendum videtur, *praeterque talea.* Pintian. Varro c. 14. lib. I. de re rust. *Dal.*

Praeterquam talea) Hoc est, praeciso exacutoque ab vtraque parte ligno, quod in terram depangitur. Graeci ξύλον. Varro de R. R. I. 40. taleam et clauolam vocat:

optime o. quidem, si vastiore ramo pali modo exacuto adigatur alte, exiguo super terram relicto capite, eoque ipso arena cooperto. Ramo p. seruntur et Punica, palis q. laxato prius meatu: item myrtus. Omnium horum longitudine trium pedum, crassitudine minus, brachiali, cortice r. diligenter seruato, trunco exacuto. s.

XXVIII. Myrtus t. et taleis seritur: morus u. talea

cat: Galli, *bille*; et talia serere, *planter de bille*. Vide N. et Em. [N. XXIII. (hic adi.) *Praet.*) Sic libri omnes etiam manu exarati, quos vidimus: etsi contrario sensu, *praeterque talea*, reponere nititur Pintianus. Cum Plinio hoc loco, vt fere alias, Theophrastus facit, cuius haec verba Hist. II. 1. Συκῆ δὲ τοὺς μὲν ἄλλους τρόπους φύεται πάντας· ἀπὸ δὲ τῶν πρέμνων καὶ τῶν ξύλων οὐ φύεται. *Ficus quoque omnibus modis emergit, praeterquam ramo auulso, et talea.* H.

o. *Optime quidem*) Subintellige, nascitur. Haec totidem verbis Theophr. Hist. II. 7. Φυτεύεται καὶ ἡ συκῆ, ἐάν τις κράδην παχεῖαν ἀποξύνας σφύρᾳ παίσῃ, ἄχρι οὗ ἂν ἀπολίπῃ μικρὸν ὑπὲρ τῆς γῆς, εἶτ' ἐπ' αὐτὸν ἄμμον βαλὼν ἄνωθεν ἐπιχώσῃ. *Seritur ficus, et si quis ramum vastiorem exacutum malleo adigat, quoad super terram paulum exstet, ac deinde arena superiniecta operiat.* H.

p. *Ramo seruntur*) Theophrast. Hist. II. 7. Ἡ ῥοὰ τοῦ ῥάβδου. H.

q. *Palis laxato*) Palo prius laxari ac dilatari scrobem seu foramen necesse est, quo ramus immittitur. Prius paxillo perforato solo, inquit Colum. IV. 16. H.

r. *Cortice diligenter*) Theophr. Hist. II. 7. Καὶ τὸν φλοιὸν προσεῖναι, *cortice minime detracto*. Crassitudinem vero rami brachialem et in olea Columella requirit, L. V. 9. H.

s. *Trunco exacuto*) Pali trunco, qui in terram defigi debet, parte durissima exacuta. H.

t. *Myrtus et taleis*) Etiam taleis. Theoph. l. c. Καὶ γὰρ ὁ μύρρινος ἀπὸ τῶν ξύλων καὶ τῶν πρέμνων φύεται. H.

u. *Morus talea*) Pallad. L. III. in Febr. tit. 25. p. 77. *Morus serenda est taleis vel*

talea tantum, quoniam [1] in vlmo *x.* eam feri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum fatu nunc dicendum eſt. Seruandum *y.* in eo ante omnia, vt taleae ex feracibus fiant arboribus: ne curuae, neue ſcabrae, aut bifurcae: neue tenuiores *z.*, quam vt manum impleant: [2] ne minores pedalibus: vt illibato cortice: atque vt ſectura *a.* inferior ponatur ſemper, et quod erit ab radice: accumuleturque *b.* germinatio terra, donec robur planta capiat.

XXIX.

1. ſic ex M. tantum, quam in vlmo ſeri, etc. Vet. inſeri. Ch. quoniam ramo eam etc. Gr. et Al. *2. neue. Dal.*

vel cacuminibus: melius autem taleis ſeſquipedalibus, etc. H.

x. Quoniam in vlmo) Vide N. et Em. N. XXIV. (paulo poſt) De hac religione fulgurum diximus, L. XV. 17 *Quoniam)* Sinceriſſima haec omnium librorum ſcriptura eſt, R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. Par. etc. vetuſtiorumque etiam editionum, Parm. Ven. et Brix. ante Hermolaum, qui *Quoniam ramo eam ſeri* maluit: quod ſubſequuti deinceps editores vltro amplexi ſunt: ſed fruſtra. Non ſerendi, ſed inſerendi modum Plinius notat, quem fulgurum religio prohibet: quoniam, vt dictum eſt L. XV. 17. *non omnia inſitu miſceri fas eſt*: ac ne morus in primis vlmo inſeratur, etiam nunc hodie ſeruari audio: et Pallad. in Febr. tit. 25. p. 78. id confirmat, veluti hunc locum ſubſignans: *Inſeritur autem,* inquit, *morus in fico, et in ſe tantum ſub cortice; Vlmo inſita comprehendit: ſed parturit magnae infelicitatis argumenta.* H.

y. Seruandum in eo) Columell. V. 8. cui titulus eſt: *de ſeminariis oliuarum.* H.

z. Neue tenuiores) Colum. lib. de arboribus, cap. 20. et c. 9. lib. V. Theophr. cap. 7. Lib. II. hiſtor. et cap. 6. lib. I. cauſar. Dal.

a. Atque vt ſectura) Vt parte ima, et craſſiore, et radici propiore, qua ſecta eſt ab arbore, et exacuta, terram: cacumine, caelum ſpectet. Colum. l. c. H.

b. Accumuleturque) Dum arbos germinat, terra aſſidue

XXIX. (XVIII.) Quae custodienda in olearum [1] cura Cato *c.* iudicauerit, ipsius verbis optime praecipiemus. Taleas [2] oleagineas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas [3] facito: diligenterque *d.* tractato, ne liber laboret *e.* quum dolabis, aut secabis. Quas in seminario saturus eris, pedales facito: eas sic inserito: Locus *f.* bipalio subactus sit, beneque [4] glutus. *g.* Quum taleam *h.* [5] demittes, pede taleam opprimito. Si parum descendat, [6] malleo aut mateola *i.* [7] adigito: caueto que,

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. cultura Gr. et Al. 2. oleagines. Vet. et Ch. 3. decidito. Cato. 4. glutus, beneque terra tenera. Cato, glutus. Ch. 5. sic ex MSS. em. Hard. conf. M et Cato. mox descendet. Demittis et descendat. Gr. et Al. 6. malleolo. Cato. 7. adicito, et mox, adicis. M.

due aggeratur, ad robustam vsque aetatem, βλαςανόντων δὲ ἀεὶ προσχωννύειν, ἄχρις ἂν γένηται ἄρτιον. Theophrast. l. c. H.

c. Cato) Cap. 45. *Dal.*

Cato) C. 45. *Taleas oleagineas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decidito, diligenterque tractato, ne liber laboret, quum dolabis, aut secabis, etc.* Pedales circiter Varro facit de R. R. I. 40. H.

d. Diligenterque tractato) Haec apud Catonem iam non leguntur, et in eius exemplari deesse videntur: quamuis cap. 28. de radicibus eximendis cum terra, operiendis, calcandis, nonnihil tradat. *Dal.*

e. Ne liber laboret) Hoc est, vt ait Colum. V. 9. p. 155. *ne corticem laedas, aliamve partem, quam quae serra praeciderit.* Vt ipse Cato, c. 40. *ne librum conuellas.* H.

f. Locus bipalio) Bipalium Graecis σκαπάνη, instrumentum est ad fodiendum. *Vne boüe.* H.

g. Beneque glutus) Cato, c. 45. *beneque glutus fiet:* hoc est, vnitus, aequatus, complanatus. H.

h. Quum taleam) Cato: *Quum taleam demittes, pede tantum opprimito,* etc. H.

i. Mateola) Nos mateolam, bipalii manubrium interpretamur: aliter alii. H.

toque, [1] ne librum *k.* scindas, quum adiges. Palo prius *l.* locum si feceris, quo taleam [2] demittas; ita melius viuet. Taleae vbi trimae sunt, tum denique curae sint, vbi liber *m.* se vertet. Si in scrobibus aut in sulcis [3] seres, ternas taleas ponito: easque diuaricato *n.* supra terram, ne plus quatuor di-

1. *sic ex MSS. em. Hard. Ne librum scindas. Quum adigis palo prius locum feceris . . . ita melius viuet talea. Et vbi trimae sunt etc. Gr. et Al.* 2. *demittat. M. et Ch. demittas. Si ita feceris vti stet talea, melius viuet. Taleae vbi trimae (sic et Ch.) sunt, tum den. maturae sunt, vbi lib. sese vertet. Cato.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. et Cato aut in sulcis feras. Eas diuaricato Gr. et Al.*

k. Ne librum scindas. Quum adiicis, etc.) Scribe cum minore litera *quum adigis*, et annecte superioribus, ex Catone c. 45. *Dal.*

l. Palo prius locum ne feceris) Catonis vulgata exemplaria negationem non habent: agnoscunt tamen eam codex scriptus et impressi omnes: vereorque vt in Catone sit error. Nam si in loco subacto palo prius sit locus, quid attinet pede taleam opprimere, et si parum descendat, malleo aut mateola adigere? *Dal.*

Palo) Cato, l. c. totidem apicibus ac syllabis. Plinius supra f. 27. *Palis laxato prius meatu.* H.

m. Vbi liber se vertet) Cato: *vbi liber sese vertet.* Catonis sententia est, vt quidem remur, oleas, quum trimae sunt, priusquam transferantur, rubrica notandas, vt quum serentur, easdem caeli partes liber aspiciat, siue cortex, quas etiam in seminario conspexerat: alioqui frigore vel calore laboraturas ab ea parte, quas praeter consuetudinem sub alio tractu expositas habuerant. Ita enim Colum. L. de arb. 17. de oliuetis. H.

n. Eas diuaricato supra terram, ne plus quatuor digitos transuersos emineant) Scriptum exemplar, *easque diuaricato supra terram ne plus quatuor digitos transuerso semine vel oculis serito.* scribo, *easque diuaricato. Supra terram ne plus quatuor digitos transuersos emineant gemma vel oculo seruato*, ex Catone loco citato. *Dal.*

digitos transuersos [1] emineant, gemma *o.* vel [2] oculo seruato. Diligenter eximere oleam oportet, et radices quam plurimas cum terra ferre. Vbi radices bene operueris, calcare *p.* bene ne quid noceat.

XXX. 1. Si *q.* quis quaerat quod tempus oleae serendae sit, agro sicco per sementem, agro laeto per ver. Oliuetum *r.* diebus XV. ante aequinoctium vernum incipito putare. Ex eo *s.* die dies XL. recte putabis. Id hoc modo putato. Qua locus *t.* recte ferax erit, quae arida erunt, et si quid ventus interfregerit, inde ea omnia eximito. Qua locus

1. *emineant, vel oculos ferito. Gr. et Al.* 2. *oculis. Vet.* 3. *sic ex MSS em. Hard. conf. Cb. ea omnia eximito Gr. et Al.*

o. Gemma vel oculo serua-to) Oculo vno, seu gemma exstante a terra. Vide N. et Em. N. XXV. (hic coll.) *Gemmas*) Ita ex Catone rescripsimus, quum prius insulse legeretur, *vel oculos ferito.* Oculum seruari, hoc est, gemmam e terra exstare vnam praecipit. Sic ipse Plinius de vite imperat, f. 25. libri huius, vt gemmascere incipiat calamus, nec plus, quam binis ab insito emineat oculis. H.

p. Calcare bene ne quid noceat) Cato ibidem: *Calcato bene, ne aqua noceat.* Dal.

Ne quid noceat) Cato, vide antec. animad. H.

q. Si quis quaerat) Cato. c. 7. et 40. et Colum. V. 9, *Plantae autem in olİueto disponentur optime, siccis minimeque vliginosis agris, per autumnum: laetis et humidis verno tempore, paulo antequam germinent.* H.

r. Oliuetum diebus) Cato, 44. H.

s. Ex eo die dies XL. recte putabis) Cato c. 44 non XL. dies habet, sed XLV. *Pint.*

Ex eo die) Cato: *Ex eo die dies quadraginta quinque recte putabis* H.

t. Qua locus recte ferax erit) *Qui*, non *Qua*, in Catone, eodem capite. Et paulo post eodem modo legito. *Dal.*

Qua locus recte) Cato: *Qui locus recte ferax erit, etc.* H.

locus ferax non erit, id plus concidito *u.*, aratoque bene, enodatoque *x.*, ſtirpeſque leues facito. Circum *y.* oleas [1] autumnitate ablaqueato, et ſtercus addito. Qui oliuetum *z.* saepiſſime et altiſſime miſcebit, is tenuiſſimas radices exarabit. Radices ſi ſurſum abibunt, craſſiores fient, [2] et eo in radices vires oleae abibunt.

2. Quae genera olearum, vel in quo genere terrae viuere et ſeri debeant, quoque ſpectare oliveta, diximus *b.* in ratione olei. Mago *c.* in colle et ſiccis, et argilla, inter autumnum et brumam ſeri iuſſit. In craſſo *d.* aut humido, aut ſubriguo, a meſſe ad brumam. Quod praecepiſſe eum Africae intelligitur. Italia quidem nunc vere maxime ſerit. [3] Sed ſi et autumno libeat, poſt aequinoctium

1. *ſic et Ch. autumno. Gr. et Al.* 2. *et in eas. V. et eo, Dal. propterea, ideo. eo d. in V. C.* 3. *ſed et autumno, ſi libeat. Dal.*

u. Concidito) Diligentius fodito, ſubigito, aratro proſcindito. *Dal.*

x. *Enodatoque*) Ramos inutiles amputato: arborem interlucato: ſtirpem onere leuato. Cato totidem verbis ac Plinius. H.

y. *Circum oleas, etc.*) Quae ſequuntur non leguntur apud Catonem. *Dal.*

Circum oleas) Cato, c. 5. p. 11. *Circum oleas autumnitate ablaqueato, et ſtercus addito.* MSS. etiam Pliniani omnes *autumnitate*, non *autumno* habent. Vſus ea voce iterum Cato, c. 155. H.

z. *Qui oliuetum*) Cato, c. 61. p. 44. *Qui oliuetum ſaepiſſime et altiſſime miſcebit, is tenuiſſimas radices exarabit. Si male arabit, radices ſurſum abibunt, craſſiores fient, et in radices vires oleae abibunt.* H.

a. *Et eo*) Et ea re, ob eam rem. H.

b. *Diximus in ratione olei*) L. XV. ſ. 6. H.

c. *Mago*) Et poſt eum Colum. de arb. c. 17. oliuetis, vbi Magonem laudat. H.

d. *In craſſo aut humido aut ſubriguo*) Vetus codex *ſubriguoſo*, non *ſubriguo.* vt forte additione vnius ſyllabae legendum ſit *ſubriguo ſolo.* Pint.

ctium *e.* XL. diebus ad Vergiliarum occasum, quatuor *f.* [1] soli dies sunt, quibus seri noceat. Africae peculiare quidem in oleastro est inserere. [2] Quadam *g.* aeternitate consenescunt proxima [3] adoptioni virga emissa, atque *h.* ita alia arbore ex eadem

1. *XIII. alii. XIIII. Gron.* 2. *Quadam aeter. eae consen. Vet. quidam. Gr.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. adoptione Gr. et Al.*

e. Post aequinoctium XL. *diebus ad Vergiliarum occasum* XIV. *soli dies sunt quibus, etc.*) Scribendum videtur VIII. non XIV. nam teste Plinio libro XVIII. ab aequinoctio autumnali ad occasum Vergiliarum, dies sunt XLVIII. et sensus est, praeteritis post aequinoctium XL. diebus superesse octo, in quibus seri noceat. *Dal.*

f. Quatuor soli) Vide N. et Em. N. XXVI. (hic coll.) *Ad Vergil.*) Oleas nimirum. Sed quum in libris fere omnibus legatur, XIV *soli dies sunt*, euenisse id librariorum incuria haud temere suspicamur, qui pro *quatuor* legerint *quatuordecim.* Nec felicior Pintiani coniectura, qui leuissimis ductus argumentis, *VIII. soli dies* scribi censet oportere. Detegit vtrorumque errorem ipse Plinius f. 2. huius libri, *Circa Vergilias quidem pluere*, inquit, *inimicissimum viti et oleae, quoniam tunc coitus est earum: hoc est illud quatriduum oleis decretorium*, etc. Et L. XVIII. f. 69. illud ipsum argumentum persequutus: *Aliud hoc*, inquit, *quatriduum est . . . decretorio die florentibus oleis, vitibusque*, etc. H.

g. Quidam aeternitate consenescunt proxima adoptione virga emissa) Lego cum minore littera, *quadam aeternitate quum senescunt proxima adoptione virga emissa.* vt infra capite vigesimo, *Et eae autem senescentium propagine sarciunt locum. Dal.*

Quadam . . . consenescunt) Aeterno fere aeuo oleae durant, quoniam virgas seu stolones emittunt quotannis, qui seri alio et transferri possint. Simili sententia Colum. IV. 17. *Neque enim ea quae seruntur a nobis immortalia esse possunt: attamen aeternitati eorum sic consulimus, vt de mortuis seminibus alia substituamus*, etc. H.

h. Atque ita alia arbore ex eadem

eadem iuuenescente: iterumque et quoties opus sit, vt aeuis eadem olivueta constent. Inseritur autem oleaster *i.* calamo, et inoculatione.

3. Olea, vbi quercus *k.* effossa sit, male ponitur: quoniam vermes, qui [1] raucae *l.* vocantur, in radice quercus nascuntur, et transeunt. Non [2] inhumare *m.* taleas, aut siccare prius quam serantur, vtilius compertum. Vetus oliuetum ab aequinoctio verno intra Vergiliarum exortum interradi *n.* alter-

1. *Lege erucae. sic et apud Theophrast. legendum κάρπαι pro κάμπαι.* 2. *infumare. M. et Ch.*

eadem iuuenescente) Scribo *viuescente* non *iuuenescente*, ex vetere exemplari. Vtitur hoc verbo alias Plinius persaepe, vt in praecedentibus ostensum est. *Dal.*

i. Inseritur . . . calamo) Hoc est, surculo, quo dictum est modo initio sectionis 24. H.

k. Olea, vbi quercus) Amplius eo Varro dicit de R. R. I. 16. dum ait, *Si ad limitem quercetum habet ager, non posse recte secundum eam siluam seri oleam*, etc. Aliquid similius Columella V. c. de generibus olearum: *Potest*, inquit, *olea in agro frumentario seri, vel vbi arbutus, aut ilex steterant, Nam quercus etiam excisa radices noxias olivueto relinquit, quarum virus enecat oleam.* Sed de vermibus idem expressius, libro extremo de arbor. c. 17. de oliuetis: *Si oliuam posueris eo loco, vnde quercus effossa est, morietur: ideo quod vermes quidam sunt, qui in radice quercus nascuntur, et educantur, iique maxime semina oleae consumunt.* H.

l. Qui raucae) Ita etiam MSS. Sunt qui *erucae* malint: sed imperite, ac nimium confidenter. H.

m. Non inhumare taleas) Quamquam ita fieri praecipit Colum. V. 9. p. 195. *Sed oportebit talearum capita et imas partes mixto fimo cum cinere oblinere, et ita totas eas immergeri, vt putris terra quatuor digitis alte superueniat. Sed binis indicibus ex vtraque parte humantur*, etc. In Chiffl. codice *infumare*, male. H.

n. Interradi alternis annis) Laborant enim impetigine. Theophr. c. 16. L. IV. histor.

alternis annis, melius inuentum: item muſcum *o.* circumdare radici. Circumfodi *p.* autem omnibus annis a ſolſtitio duûm cubitorum ſcrobe pedali altitudine: ſtercorari *q.* tertio anno.

4. Mago *r.* idem amygdalas ab occaſu Arcturi ad brumam ſeri iubet. Pira non eodem tempore omnia, quoniam non aeque floreant. Eadem oblonga, aut rotunda [1] ab occaſu *s.* Vergilia-

Rr 2 rum

1. *ab ortu. Cb.*

ſtor. et cap. 12. L. V. Cauſſ. *Dalecampius.*

Interradi alternis) Quid ſit interradi diximus L. XV. ſ. 2. Somniant vocabulorum concinnatores, qui hac voce praecipi putant, vt qui ſolet innaſci arboribus muſcus eradatur. Quod Plinius alternis annis interradi hoc loco ait, tonſuram oleae alternam vocat ipſe ſ. 45. quum alternis nimirum annis amputari ramos inutiles oleарum vetuſtiorum iubet, ne alimentum omne in materiem inſumatur. Sic Col. V. 9. de ſeminariis oliuarum: *Quin etiam*, inquit, *compluribus interpoſitis annis oliuetum putandum eſt . . . Quod tamen ſatis erit octauo anno feciſſe*, etc. H.

o. Item muſcum) Colum. XI. 2. *Hoc eodem menſe* (Maio) *in paſtinato ſeminario nouiſſima poſitio eſt olearis taleae: eamque oportet, quum panxeris, fimo et cinere mixtis oblinire, et ſuperponere muſcum, ne ſole findatur*, etc. H.

p. Circumfodi autem omnibus, etc.) Columell. c. 9. L. V. *Dal.*

q. Stercorari) Colum l. c. *Tertio quoque anno fimo vel pabulandae ſunt oleae.* H.

r. Mago idem) Et Palladius, L. II. in Ian. tit. 15. p. 45. *Amygdalus ſeritur menſe Ianuario, et Februario: item locis calidis Octobri et Nouembri.* De occaſu Arcturi, L. XVIII. ſ. 74. De occaſu Vergiliarum, L. XVIII. ſ. 59. Sagittae, ſ. 74. Aquilae demum, ſ. 69. H.

s. Ab occaſu Vergiliarum, etc.) Columellae Vergiliae oriuntur VI. Idus Nouembris, id eſt, circa diem vndecimum. Sagitta vero oritur octauo Calend. Martii, id eſt circa vigeſimum Februarii, qua ratione occidit circa vigeſimum Auguſti. Aquila oritur ſeptimo Idus Decem-

rum ad brumam. Reliqua genera media hieme ab occasu Sagittae, Subsolanum, aut [1] Septemtriones spectantia. Laurum [2] ab occasu Aquilae ad occasum Sagittae. Connexa enim de tempore serendi aeque ratio est. Vere et autumno id magna ex parte fieri decreuere. Est et alia hora circa Canis ortus, paucioribus nota, quoniam non omnibus locis pariter vtilis intelligitur; sed haud omittenda nobis, non tractus alicuius rationem, verum naturae [3] totius *t.* indagantibus. In Cyrenaica regione sub etesiarum *u.* flatu conserunt: nec non et in Graecia: oleam maxime in Laconia. [4] Cos insula et vites tunc serit: ceteri apud Graecos, inoculare et inserere non dubitant: sed [5] arbores non serunt. Plurimumque in eo locorum natura pollet. Namque in Aegypto omni serunt mense, et vbicumque imbres *x.* aestiui [6] non sunt, vt

1. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. septemtrionem Gr. et Al.* 2. *ad occasum. Ch.* 3. *potius. M.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. Cos insula et vites: tunc seri apud Graecos Gr. et Al.* 5. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. arborem Gr. et Al.* 6. *non in M. d.*

Decembris, id est circa septimum diem eius mensis: qua ratione occidit circa septimum Maii. *Dal.*

t. Verum naturae totius) In MSS. *potius.* H.

u. Sub etesiarum flatu conserunt) Aquilonum, flagrante Canicula, caeli feruorem lenientium. Narbonensibus, *Le garbin. Dal.*

Sub etesiarum) De his egimus L. II. f. 47. dicemusque iterum L. XVIII. f. 68. H.

x. Aestiui non sunt) In MSS. *aestiui sunt:* Male. Idem Plinius XIX. 4. *In desertis adustisque sole Indiae, vbi non cadunt imbres.* Sic etiam Ctesias in eo volumine, quod de Indicis rebus conscripsit, cuius exstant fragmenta apud Photium in Bibl. quae sunt saepius laudata a nobis in hoc opere. H.

vt in India et Aethiopia. Necessario *y.* post haec autumno seruntur arbores.

5. Ergo *z.* tria tempora eadem germinationis, ver, et Canis, Arcturique ortus. Neque enim animalium tantum est ad [1] coitus auiditas, sed multo maior est terrae ac satorum omnium libido: qua tempestiue vti, plurimum *a.* [2] interest conceptus. Peculiare vtique in insitis, quum sit mutua cupiditas [3] vtrimque *b.* coeundi. Qui ver probant, ab aequinoctio statim admittunt, praedicantes germina parturire, ideo faciles *c.* corticum esse [4] complexus. Qui praeferunt autumnum, ab Arcturi ortu *d.*, quoniam statim radicem quamdam capiant, et ad ver parata veniant, atque protinus germinatio auferat vires. Quaedam *e.* tamen statutum tem-

 pus

1. *coitum. M.* 2. *interest ad conceptus. Pecul. etc. quod si mut. cap. vtrique coeundi.* 3. *vtrique. Ch.* 4. *amplexus. M.*

y. Necessario) Colum. V. 10. *Arbores ac semina cum radicibus autumno serito, hoc est, circa Calendas et Idus Octobris.* H.

z. Ergo tria) Plin. XVI. 41. *Sunt aliae quibusdam naturales germinationes, praeterque vernas, quae suis constant sideribus . . . Hiberna, Aquilae exortu: aestiua, Canis ortu: tertia, Arcturi: has quidam omnibus arboribus communes putant, etc.* H.

a. Plurimum) Plurimum interest ad conceptum *arborum ac germinationem.* H.

b. Vtrimque coeundi) Vel, vt in MSS. *vtrique*, surculo, arborique. H.

c. Ideo faciles) Ideo cortices, *arboris pariter ac surculi insiti, facile coire.* H.

d. Arcturi ortu) De eo dicemus L. XVIII. f. 74. H.

e. Quaedam tamen statutum tempus anni habent) Verior mihi videtur lectio *statum* quam *statutum*: etsi vetus exemplar refragetur. *Pint.* Theophrast. c. 6. et 7. L. I. Causs. *Dalec.*

Quaedam tamen) Colum. XI. 2. *Possunt etiam his diebus* (mense Decembri exeunte) *cerasi, et tuberes, et Armeniae*

pus anni habent vbique, vt cerasi et amygdalae circa brumam, serendi vel inserendi. De pluribus locorum situs optime [1] iudicabit. Frigida enim et aquosa verno conseri oportet, sicca et calida autumno.

6. Communis *f.* quidem Italiae ratio tempora ad hunc modum distribuit: Moro *g.* ab Idibus Februariis in aequinoctium, piro autumnum: ita vt brumam quindenis nec minus diebus antecedant: Malis aestiuis, et cotoneis, item sorbis, prunis, post mediam hiemem in Idus Februarias. Siliquae *h.* Graecae, et Persicis, ante brumam per autumnum. Nucibus *i.*, iuglandi, et pineae, et anellanae, et [2] Graecae, atque castaneae, a Calendis Martiis *k.* ad Idus [3] easdem. [4] Salici *l.*, genistae, circa Martias Calendas

1. *iudicant. M.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. auellanae, Graecae Gr. et Al.* 3. *eiusdem. Vet.* 4. *salicis et gen.*

meniacae, atque amygdalae, ceteraeque arbores, quae primae florent, inseri commode. H.

f. Communis quidem) Colum. cap. 10. L. V. *Dal.*

g. Moro ab Idibus) Colum. V. 10. p. 202. *Mala, sorba, pruna, post mediam messem vsque in Idus Febr. serito. Mororum ab Idibus Febr. vsque ad Aequinoctium vernum satio est.* H.

h. Siliquae Graecae.) De quibus diximus L. XV. s. 26. Colum. l. c. *Siliquam Graecam, quam quidam κεράτιον vocant, et Persicum, ante brumam per autumnum serito.* H.

i. Nucibus) Colum. l. c. p. 201. *Quum ferula fuerit enata, eam findito, et in medulla eius sine putamine nucem Graecam, aut auellanam abscondito, et ita adobruito. Hoc ante Calendas Martias facito, vel etiam inter Nonas et Idus Martias. Eodem tempore iuglandem et pineam, et castaneam serere oportet.* De his nucum generibus dictum est L. XV. s. 24. 25. H.

k. Ad Idus easdem) Hoc est, Martias. H

l. Salici) Colum. L. de arb.

das. Hanc in ſiccis *m.* ſemine, illam in humidis virga ſeri, diximus.

(XIX.) 7. [1] Eſt [2] etiam nunc noua inſerendi ratio, ne quid ſciens quidem praeteream, quod vſquam inuenerim, Columellae *n.* excogitata, vt affirmat ipſe, qua vel diuerſae inſociabileſque naturae arborum copulentur, vt fici atque oleae. Iuxta hanc ſeri ficum iubet non ampliore interuallo, quam vt contingi large poſſit ramo oleae quam maxime ſequaci atque obedituro: eumque omni interim tempore edomari meditatione *o.* curuandi. Poſtea fico adepta vires, (quod euenire trimae, aut vtique quinquenni ſolet,) detruncata *p.* ſuperficie, [3] ipſumque *q.* deputatum, et vt dictum eſt, adraſo cacu-

1. *ad inſc. aculeandi. M.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. etiamnum. Ch. et etiam noua Gr. et Al.* 3. *ipſum quidam. Vet.*

arb. c. 29. *Salicem et geniſtam creſcente Luna vere circa Calendas Martias ſerito. Salix humida loca deſiderat, geniſta etiam ſicca.* H.

m. Hanc in ſiccis) In montibus geniſtas ſponte naſci Plinius ante admonuit, L. XVI. 30. In fluminibus ſalices, vel depacto temere ſurculo, eiuſdem libri ſ. 46. 67. 68. H.

n. Columellae excogitata) Columel. locus eſt cap. 11. L. V. *Dalec.*

Columellae) L. V. 11. p. 205. H.

o. Meditatione curuandi) Aſſuetudine. Vt aſſidue curuata, fiſſurae aſſuefiat. H.

p. Detruncata ſuperficie) Arboris fici praeſecto cacumine. Columella: *Tunc arborem detrunca, plagamque laeua, et mediam cuneo finde. Cacumina deinde oliuae, ſicuti matri cohaerent, ex utraque parte abrade, et ita fiſſurae fici inſere, cuneumque exime, diligenterque ramulos colliga, ne qua vi reuellantur. Sic interpoſito triennio conualeſcet ficus cum olea: et tum demum quarto anno, quum bene coierint, velut propagines, ramulos oliuae a matre reſecabis.* H.

q. Ipſumque) Ipſum oleae ramum, matri adhuc adhaerentem; ſed deputatum tamen

cacumine: defigi *r.* in crure fici, custoditum vinculis, ne curuatura fugiat. Ita quodam propaginum insitorumque temperamento, triennio communi [1] inter duas matres coalescere. Quarto anno abscissum totum adoptantis esse, nondum vulgata ratione, aut [2] mihi certe satis comperta.

XXXI. [3] Cetero eadem illa de calidis frigidisque, et humidis et siccis supra *s.* dicta [4] ratio, et scrobes *t.* fodere [5] monstrauit. In aquosis *u.* enim neque

1. *inter se duas. V. communiter duas. Alii Vet.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. haud mihi. M. ratione, mihi certe Gr. et Al.* 3. *Ceterum. M.* 4. *ratione. M.* 5. *monstratum. Vet.*

men, hoc est, ex vtraque parte cuspidatim decisum, vt dictum est s. 24. defigi iubet in ficum, qua parte facta est fissura: hanc μεταφορικῶς crus appellant: alias truncum. H.

r. Defigi in crure fici custoditum vinculis, ne, etc.) Scrib. videtur *constrictum* non *custoditum*, ex Columellae L. tertio, capite vigesimo, ex cuius auctoritate credo verba illa, *in crure fici constrictum vinculis, ne curuatura fugiat*, errore librariorum e proprio loco auulsa esse, et in totum legendum sic: *eumque omni interim tempore edomari meditatione curuandi in crure fici constrictum vinculis, ne curvatura fugiat. Postea fico adepta vires, etc.* Columellae verba apponam vt lectoribus quaerendi labor adimatur: *In scrobem deinde fici arbusculam deponito, diligentiamque adhibeto, vt robusta et nitida fiat. Post triennium aut quinquennium quum iam satis amplum incrementum ceperit, ramum oliuae qui videatur nitidissimus deflecte, et ad crus arboris ficulneae religato, atque ita amputatis ceteris ramulis ea tantum cacumina quae inserere voles, relinque. Tum arborem fici detrunca, plagamque leua, et mediam cuneo finde. Cacumina deinde oliuae, sicut matri cohaerent, vtraque parte abrade, et ita fissurae fici insere, etc.* Pint.

s. Supra dicta ratio) Sup. s. 7. H.

t. Scrobes fodere monstravit) Theophr. cap. 5. L. III. Causs. *Dalec.*

neque altos, neque amplos facere [1] expediet: aliter in [2] aestuoso solo et sicco, vt quam maxime accipiant aquam, contineantque. Haec et veteres arbores colendi ratio est. Feruentibus enim locis accumulant *x.* aestate radices operiuntque, ne folia ardor exurat. Aliubi *y.* ablaqueant, [3] perflatusque admittunt. Iidem hieme cumulis a gelu vindicant. Contra *z.* illi hieme aperiunt, humoremque sitientibus quaerunt. [4] Vbicumque circumfodiendi arbores ratio in [5] circuitu *a.* pedes in orbem ternos: neque id in pratis, [6] quando amore solis humorisque in summa tellure oberrant. [7] Et de arboribus haec quidem fructus gratia serendis inserendisque in vniversum sint dicta.

XXXII. (XX) *b.* Hinc restat *c.* earum [8] ratio, quae pro-

1. *expedit. Altos. M.* 2. *aestiuoso et sicco. Ch.* 3. *perflatum. M.* 4. *vbique. Vet.* 5. *circuitum. M.* 6. *quandoquidem. Vet.* 7. *et de arbor. fructus gratia serend. inserend. haec quidem in vnivers. V.* 8. *natio.*

u. In aquosis) Haec Theophr. de Causs. III, 5, p. 268. H.

x. Accumulant) Accumulantur terra radices. Graeci προσχωννύειν vocant, vt Theophr. a nobis laudatus f. 28. H.

y. Aliubi ablaqueant) Idem c. 11. L. III. ibid. Columel. lib. vit. cap. 5. *Dal.*

Aliubi ablaqueant) Circum radices terra foditur, vt illae aere ventisque perflentur. H.

z. Contra illi) Colum. V. 5. de vitibus: *Vbi semina iam corroborata fuerint, nihil dubium est, quin caelestibus aquis plurimum iuuentur. Itaque locis quibus clementia hiemis permittit, adapertas vites relinquere, et tota hieme ablaqueatas habere conueniet.* H.

a. In circuitu pedes) Tò, *In circuitu*, puto hic supervacuum esse, quum verbi *circumfodiendi* significatio id satis explicet. *Dal.*

In circuitu) MSS. *in circuitum.* H.

b. Ad inscr. De salicto, etc.) Theoph. c. 8. L. V. hist. Cato

propter alias feruntur, ac vineas maxime, caeduo ligno. Principatum in iis obtinent salices; quarum satio fit loco *d.* madido: tamen refosso *e.* duos pedes et semipedem, talea *f.* sesquipedali, vel pertica, quae vtilior, quo plenior. Interuallo *g.* esse debent pedes seni. Trimae *h.* pedibus binis a terra putatione coërcentur, [1] vt se in latitudinem fundant, ac sine scalis tondeantur. Salix enim fecundior est, quo terrae propior. Has quoque omnibus annis [2] confodi *i.* iubent mense Aprili. Haec est

1. *vt sic se in. V.* 2. *configi. M. considi. Ch. Lego, circumfodi.*

to cap. 9. Colum. cap. 30. L. IV. et cap. 2. L. XI. Varro cap. 8. L. I. *Dal.*

c. *Hinc restat earum ratio*) MSS. R. Colb. *natio*, haud ita sincere, vt remur. H.

d. Loco madido) Vide quae dicta sunt s. 30. H.

e. Tamen refosso) Columella item de viminali salice, L. IV. 30. p. 161. *Ita enim praecipiunt veteres in duos pedes et semissem salicto destinatum solum.* H.

f. Talea sesquipedali) Talea in viminali, pertica in arborescente. *Dal.*

Talea . . vt pertica) Vtroque enim modo seritur viminalis, vt mox dicetur. Et de eo genere Colum. IV. 30. p. 162 *Atque hae*, inquit, *vel cacuminibus, vel taleis deponuntur. Perticae cacuminum modicae plenitudinis, quae tamen dipondiarii orbiculi crassitudinem non excedant, optime panguntur . . . Talea sesquipedales terreno immersa paululum obruuntur.* H.

g. *Interuallo*) Colum. l. c. *Riguus locus spatia laxiora desiderat, eaque senûm pedum per quincuncem recte faciunt*, etc. H.

h. Trimae) Etiam anniculae, vel si fuerit ager siccior, bimae inquit, Col. IV. 31. p. 163. H.

i. Confodi iubent) Vide N. et Em. N. XXVII. (hic adi.) *Omnibus*) Sunt qui *configi* legant ex quibusdam MSS. male, quum sequatur statim, *Perticatis, et virga, et talea seritur, fossura eadem*, nempe quae in viminali recepta est, de qua nunc sermo Et Colum. IV. 30. p. 162. *Fodienda sunt primo*

est viminalium cultura. Perticalis et virga *k.* et talea seritur, fossura eadem. Perticas ex ea caedi iustum est, quarto fere anno. Et eae *l.* autem senescentium propagine [1] resarciunt *m.* locum, pertica *n.* immersa, ac post annum recisa. *o.* Salicis *p.* viminalis iugera singula sufficiunt xxv. vineae iugeribus. Eiusdem *q.* rei caussa populus alba seritur bipedaneo *r.* [2] pastinatu, talea sesquipedali, biduo

1. *sic ex MSS. em. Hard. praesarciunt locum. M. et Ch. Lego, resarciunt. sarciunt Gr. et Al.* 2. *pastinato. Ch.*

primo triennio salicta crebrius, vt nonnulla vineta: quum deinde conualuerint, tribus fossuris contenta sunt: aliter culta celeriter deficiunt. H.

k. Et virga) Hoc est, surculo, de quo dictum est, s. 9. vti de talea, s. 27. Colum. l. c. *Perticalis fere eumdem agrum, quem viminalis, desiderat: melior tamen riguo prouenit: atque ea taleis conseritur . . . . crebroque foditur, atque exherbatur . . . sic culta quarto demum anno caeditur.* H.

l. Et eae autem) Salices viminales potius, quam perticales. *Dalec.*

Et eae autem) De viminalibus tradit Colum. IV. 30. p. 162. mergis in terram curuatis defossisque, et post annum decisis a stirpe propagari eas: quod multo est de perticali verius. H.

m. Sarciunt locum) Nam quamuis adhibeatur cura, *inquit Columella*, plurimae salices intereunt, quarum in loco ex propinquo mergis propagari debent, curvatis et defossis cacuminibus, quibus restituatur, quidquid intercidit Anniculus deinde mergus decidatur a stirpe, vt suis radicibus, tamquam vitis, ali possit. *Dal.*

n. Pertica immersa) Pro mergo defossa. *Dal.*

o. Recisa) A parente vbi radicem egerit. *Dal.*

p. Salicis viminalis) Colum. l. c. p. 161. *Viminalium, vt Atticus putat, singula iugera sufficere possunt quinis et vicenis iugeribus ligandae vineae: arundineti singula iugera vicenis iugandis: castaneti iugerum totidem palandis, quot arundineti iugandis.* H.

q. Eiusdem rei) Vineae ligandae. H.

r. Bipedaneo) Terra duos pedes

biduo *s.* ſiccata, [1] palmipede *t.* interuallo, terra ſuperinieсta duorum cubitorum craſſitudine.

XXXIII. Arundo *u.* etiamnum dilutiore, quam hae, ſolo gaudet. Seritur *x.* bulbo radicis, quem alii oculum [2] vocant, dodrantali *y.* ſcrobe, interuallo *z.* duûm pedum et ſemipedis: reficiturque ex ſeſe vetere arundineto exſtirpato, quod vtilius repertum, [3] quam caſtrare *a.*, ſicut antea. Namque

1. *palmipedi. Ch.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. appellant Gr. et Al.* 3. *quam caſtrato. Vet.*

pedes refoſſa. Paſtinare eſt terram fodere. H.

s. Biduo ſiccata) Priuſquam ſeratur: contra quam de oleis praeceptum eſt, ſ. 31. *Taleas non ſiccare prius quam ſerantur, vtilius compertum.* H.

t. Palmipede interuallo) Serantur arbores palmi vnius inter ſe et pedis interuallo. Palmipedalem menſuram vocat Colum. III. 19. H.

u. Arundo etiamnum dilutiore) Cato c. 6. Columel. cap. 32. L. IV. *Dal.*

Arundo) Colum. eleganter L. IV. 32. p 163. *Arundo*, inquit, *quum ſit viuaciſſima, nec recuſet vllum locum, proſperius reſoluto, quam denſo: humido, quam ſicco... vallibus, quam cliuis: fluminum ripis et limitibus ac vepretis commodius, quam mediis agris deponitur.* Dilutum ſolum, madidum humidumque intellige. H.

x. Seritur bulbo radicis) Et talea pedum duorum ac ſemiſſis et arundine tota proſtrata, interuallo tripedaneo. Columell. *Dal.*

Seritur) Colum. l. c. *Seritur bulbus radicis: ſeritur et talea calami: nec minus toto proſternitur corpore.* Διὰ τῶν βολβῶν, Geop. auct. V. 51. p. 162. De arundinis oculis egimus libro ſup. ſ. 67. H.

y. Dodrantali) Pollicum nouenum. H.

z. Interuallo duûm) At Colum. l. c. *Bulbus tripedaneis interuacantibus ſpatiis obrutus, anno celerius maturam perticam praebet.* H.

a. Quam caſtrare) Caſtratur arundinetum, quod ita denſatum, vt gracilis arundo et cannae ſimilis prodeat, interciditur, et diſraratur. Columell. *Dal.*

Quam caſtrare) Qui mos Columellae aeuo obtinuit. Is

que inter se radices serpunt, mutuoque [1] discursu nentur. *b.* Tempus *c.* [2] conserendi, priusquam oculi arundinum intumescant, ante Calendas Martias. Crescit *d.* ad brumam vsque: desinitque, quum derescere incipit: Hoc signum [3] tempestiuam habet caesuram. Et hanc *e.* autem quoties et vineam fodiendam putant. Seritur *f.* et transuersa, non

1. *occursu. Vet. decursu necantur. M. et Ch.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. inserendi Gr. et Al.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. signum quod temp. Gr. et Al.*

Is castrare quid hoc loco sit, aperit. *Ea est autem arundineti senectus*, inquit, l. c. *quum vel exaruit situ, et inertia plurium annorum: vel ita densatum est, vt gracilis et cannae similis arundo prodeat. Sed illud de integro refodi debet: hoc potest intercidi et disarari, quod opus rustici castrationem vocant, etc.* Castrari igitur arundinetum aiunt, quum vbi densius quam par est satum fuerit, euelluntur e silua eae quae minus vtiles censentur, et sic laxiores arundinum ordines fiunt. H.

b. Discursu nentur) Implicantur inuicem, dum per terram serpunt discurruntque. Tamen in MSS. *decursu necantur*, vt legendum videatur, *decussu necantur*: sitque sententia, vnius arundinis auulsione, quod in castratione fit, et proximas quoque decuti et interire, ob mutuam radicum implicationem. H.

c. Tempus conserendi) Vide N. et Em. N. XXVIII. (hic pos.) *Tempus*) Sic MSS. R. Colb. etc. non vti hactenus est editum, *inserendi*. Et sane Colum. IV. 32. p. 164. *Tempus repastinandi et conserendi est prius quam oculi arundinum egerminent.* Tamen et *inseri* dictum alibi a Plinio pro *conseri* scimus. H.

d. Crescit etc.) Colum. IV. 32. p. 164. *Caeditur deinde post brumam: nam vsque in id tempus incrementum capit: ac tum compescitur, quum obriguit hiberno frigore.* Geop. V. 51. p. 163. H.

e. Et hanc autem) Colum. l. c. *Fodiendum, quoties et vineta, etc.* H.

f. Seritur et transuersa) Theo-

non alte terra condita: erumpuntque [1] e singulis oculis totidem plantae. Seritur *g.* et deplantata pedali sulco: binis obrutis gemmis, vt tertius nodus terram attingat: prono cacumine, ne rores concipiat. Caeditur decrescente luna. Vineis anno siccata vtilior, quam viridis.

XXXIV. Castanea *h.* pedamentis omnibus praefertur facilitate tractatus, perdurandi peruicacia, regerminatione caedua vel salice laetior. Quaerit *i.* solum facile, [2] nec tamen *k.* arenosum: maxime-

1. e *omitt. Gr.* 2. *nec non. Ch. et sic Gron. et vulg.*

Theophrast. L. II. c. 2. histor. *Dal.*

Seritur et transuersa) Diuersum ab isto genus, quod affert Theophr. hist. II. 2. Φύεται δέ τις καὶ κάλαμος ἐάν τις διατέμνῃ τὰς ἠλακάτας πλαγίας, ἢ καὶ κατακρύψῃ κόπρῳ καὶ γῇ *Prouenit etiam quoddam arundinis genus, si quis in obliquum colos praecisas fimo terraque abscondat.* Quamquam Dalecampius idem putauit. Sed Pliniana haec arundinis satio a Columella improbatur ad fructum, L. de arbor. c. 29. *Sunt qui arundines integras sternant, quoniam ex omnibus nodis satae arundines emittunt: sed fere hoc genus euanidam, exilemque et humilem arundinem affert.* Idem L. IV. p. 32. *toto* tum *prosterni corpore* arundinem dixit. H.

g. Seritur et deplantata) Translata in sulcum pedalem ita vt gemmae duae obruantur, tertia exstet a terra, etc. Colum. IV. 32. p. 163. *Siue recisa in dipondium et semissem taleae, siue totae arundines prostratae deponantur, exstent earum cacumina oportet: quod si obruta sunt, totae putrescunt.* H.

h. Castanea pedamentis) Colum. c. 30. et vlt. L. II. *Dalec.*

Castanea pedamentis) Pedamenta sunt sustentacula viti fulciendae, des *Echalas.* Colum. IV. 33. p. 164. *Castanea roboribus proxima est, et ideo stabliendis vineis habilis.* H.

i. Quaerit) Colum l. c. *Ea pullam terram et resolutam desiderat: sabulonem humidum, vel refractum tophum non respuit . . . opaco et septemtrionali cliuo laetatur: spissum solum et rubricosum* refor-

ximeque sabulum humidum, aut carbunculum *l.* vel tofi etiam farinam, quamlibet opaco, septemtrionalique et praefrigido situ, vel etiam decliui. Recusat *m.* eadem [1] glaream, rubricam, cretam, omnemque terrae fecunditatem. Seri *n.* nuce diximus: sed nisi ex maximis non prouenit, nec nisi *o.* qui-

[1]. *Galleam. M. vtr. Lego, glaream, calcem. Vet. Gallicam, rubricam Gr. et Al.*

reformidat. Pallad. in Nou. c. de castaneis: *Amant solum molle et solutum, non tamen arenosum. In sabulone proueniunt, sed humecto. Nigra terra illis apta est, et carbunculus, et tophus diligenter infractus, etc.* H.

k. Nec tamen arenosum) Sic MSS. R. Colb. et Chiffl. ipseque Pallad. l. c. In editis perperam, *nec non arenosum.* Ex eorum haec emendatio officina prodierat, qui sabulonem, quo laetari castanea mox dicitur, ab arena putarunt nihil discrepare: quum sabulum sit arena tenuior, minutiorque. A Varrone ceterisque Latinitatis auctoribus, arena, sabulo, ceu genera diuersa terrarum simul appellantur. De sabulo accipiendum illud est auctoris Geo. X.63.p.284. τὸν κάςανον, ὅτινες Διὸς βάλανον καλοῦσι, Ψαμμώδει γῇ καὶ ψυχροῖς τόποις χαίρει. H.

l. Carbunculum) Carbunculi Columella non meminit. Dal.

Carbunculum) De eo diximus, f. 3. H.

m. Recusat eadem glaream) Vide N. et Em. N. XXIX. (hic coll.) *Recusat*) De castanea loquitur. In libris ad hunc diem editis legitur, *Gallicam.* In MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. et vet. Dal. *galleam*: nos *glaream* certissima coniectura admisimus, adstipulante Palladio in Nou. L. XII. c. de castanea: *In spisso agro,* inquit, *et rubrica vix prouenit: In argilla et glarea non potest nasci.* Columella quoque ipse, L. IV. 33. *Dumosi glareosique montes, atque ea genera terrae quae diximus* (spissum et rubricosum) *glandem magis quam castaneam postulant.* H.

n. Seri nuce diximus) L. XV. 25. vbi castaneas excellentiores satu factas Διὸς βαλάνους appellatas scribit. H.

o. Nec nisi quinis) Colum. l. c.

quinis aceruatim satis. [1] Perfringi *p.* solum debet [2] supra, ex Nouembri mense in Februarium: quo solutae sponte cadunt ex arbore, atque subnascuntur. Interualla *q.* sint [3] pedalia, vndique sulco dodrantali. Ex hoc seminario transferuntur in aliud, bipedali interuallo, plus [4] biennio. Sunt et propagines, nulli quidem faciliores. Nudata enim radice, tota in sulco prosternitur. [5] Tum ex cacumine supra terram relicto renascitur, et alia ab radice. Sed translata *s.* nescit hospitari, pauetque nouitatem. Biennio fere postea prosilit. Ideo nucibus potius, quam viuiradicibus, plantaria caedua implentur. Cultura *t.* non alia, quam supradictis, fodien-

1. *Refringi. Ch.* 2. *supremum. Vet.* 3. *semipedalia. Colum. Lego*, *sequipedalia.* — 4. *biennium. M.* 5. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. Tunc ex cacumine super terram Gr. et Al.*

l. c. *Spissius autem semen propter varios casus deponitur: nam interdum priusquam enascatur, aut siccitatibus nux marescit, aut aquam abundantia putrescit: interdum subterraneis animalibus, sicuti muribus et talpis infestatur, etc.* H.

p. Perfringi.. supra) Supra caudicem, procul ab arboris trunco, quo nuces ex arbore solutae decidant. Colum. l. c. *Seritur ab Nouembri mense per totam hiemen sicca terra* etc. H.

q. Interualla sint pedalia) Ita etiam MSS. omnes. At Colum. l. c. *Nuces in ordinem semipedalibus spatiis.. in altitudinem dodrantis depressis sulcis committuntur*, etc. H.

r. Sunt et propagines) Propagine, inquit, facilius quam ceterae arbores, castaneae proueniunt. Haec etiam Colum. l. c. p. 165. H.

s. Sed translata) Colum. l. c. *Melius pertica* (mergi more) *declinata propagata, quam exempta reseritur: Haec enim velut immota sua sede vehementer germinat. At quae radicitus exempta et deposita est, biennio reformidat. Propter quod compertum est commodius nucibus, quam viuiradicibus eiusmodi siluas institui.* H.

t. Cultura.. quam supradictis

fodiendis supputandisque per biennium sequens: de cetero ipsa se colit vmbra stolones superuacuos enecante. Caeditur u. intra septimum annum. Sufficiunt x. pedamenta iugeri vnius vicenis vinearum iugeribus, quando y. etiam ea bifida stirpe fiunt: durantque vltra alteram siluae suae caesuram. [1] Esculus similiter prouenit, caesura triennio [2] senior, minus morosa nasci. In quacumque terra

1. *Quercus. Columell.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. consent. Ch. et M. serior, nimis morosa Gr. et Al.*

dictis) Salici et arundinibus. Colum. l. c. *Cultus eiusdem est fossionis positionisque, qui vineae: supputari debet bima, quin etiam trima, etc.* H.

u. Caeditur) Colum. l. c. *Post quinquennium caesa more salicti recreatur.* H.

x. Sufficiunt) Colum. IV. 30. p. 161. laudatus a nobis f. 32. H.

y. Quando etiam) Paulo aliter Atticus Iulius, apud Colum. IV. 23. *Taleae propius stirpem recisae quadrifidas plerumque: ac deinde secundae taleae eiusdem arboris bifidas ridicas subministrant: quod genus fissilis adminiculi manet diutius, quam teres palus.* H.

z. Minus morosa) Vide N. et Em. N. XXX. (hic consp.) *Minus*) Sincerior haec visa lectio est codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Par. et vet. Dal. quam librorum hactenus editorum, *nimis morosa*; Sententia enim est, esculum non vti castaneam, recusare glaream, rubricam, cretam; sed, vt proxime subiungitur, *in quacumque terra seri.* Plinius XVI. 60 de cupresso, *natu morosae.* Post paulo, vbi prius legebatur, *laesumque maxime fruticat*, nos *caesumque* rescripsimus, tum quorumdam admonitu codicum, ipso Dalecampio attestante, tum ita postulante inprimis loci illius sententia. Est enim id ab auctore eo loci idcirco additum, quod prolixe subsequatur: *Praeter haec, sunt caedua quae diximus.* Denique sect. sq. quae 35. est, sic MSS. omnium exemplarium fide edidimus; *Et in fico quidem dodrantales paxilli solo patefacto seruntur:* quum prius legeretur, *et in fico quidem dodrantales paxillo solo patefacto seruntur:* quod ipsum quoque nihilominus tolerabile

ra feritur, nafcitur e balano *a.*, fed non nifi efculi: fcrobe dodrantali, interuallis duorum pedum: [1] feritur *b.* leuiter quater anno. Hoc pedamentum minime putrefcit, [2] caefumque *c.* maxime [3] fruticat. Praeter haec, funt caedua quae diximus, fraxinus, laurus, perfica, corylus, malus, fed tardius nafcuntur: terramque defixa vix tolerant, non modo humorem. Sambucus contra firmiffima ad palum taleis feritur, vt populus: nam de cupreffo fatis [4] diximus. *d.*

XXXV. (XXI.) *e.* Et praedictis velut armamentis vinearum, reftat ipfarum natura praecipua tradenda cura.

1. Vi-

1. *foditur, vel farritur. Dal.* 2. *fic ex MSS. em. Hard. conf. Vet. et M. laefum. Gr. et Al.* 3. *fructificat. M. alterum.* 4. *diximus, et praed. vel. arm. vinearum. Reftat, etc. M.*

bile eft, vt fententia fit dodrantales circulos, (nam haec vox fubintelligi ex fuperiori fententia commode poteft) paxillo prius facta fcrobe feri. Sic enim Plinius f. 27. *Ramo feruntur et Punica, palis laxato prius meatu.* Et f. 29. Ex Catone: *Palo prius locum fi feceris, quo taleam demittas, ita melius viuet.* Colum. quoque IV. 16. *Vel defodiendus eft, vel prius paxillo perforato folo altius adigendus.* H.

a. E balano) E glande. Eadem porro ferme de quercu prodidit Colum. IV. p. 33. *Poteft enim quercus fimili ratione feri: verum biennio tardius quam caftanea deciditur.* H.

b. Seritur leuiter) Glande vna, aut altera, non quinis, aut pluribus, vt in caftanea, aceruatim fatis. H.

c. Laefumque maxime fruticat) Quanto faepius caeditur, tanto fruticofior planta in querceto refurgit. *Dalec*

d. Satis diximus) L. XVI. f. 60. H.

e. Ad infcr. de culturis, etc.) Theophraft. a cap. 16. vfque ad cap. 22. L. III. cauff. Columel. L. III. et IV. *Dal.*

1. Vitium [1] surculis, et quarumdam arborum, quibus *f.* fungosior intus natura est, [2] geniculati *g.* scaporum nodi intersepiunt medullam. [3] Ferulae ipsae breues et ad summa breuiores, articulis vtique duobus internodia includunt. Medulla *h.*, siue illa vitalis anima est, ante se tendit *i.* longitudinem impellens, quamdiu [4] nodi *k.* peruia patet fistula. Quum vero concreti ademere transitum, repercussa erumpit, ab ima sui parte, iuxta [5] priorem nodum alternis *l.* laterum semper inguinibus, vt dictum *m.* est in arundine ac ferula: [6] quorum dextrum ab imo intelligitur articulo, laeuum in pro-

 ximo,

1. *sic ex MSS. em. Hard. vitium surculi vulgg.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. geniculatis scaporum nodis Gr. et Al.* 3. *Pistulae. Dal.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. nodis Gr. et Al.* 5. *superiorem. Vet.* 6. *quarum. Dal.*

f. Quibus fungosior) Vti est sambuco, quemadmodum dictum est, L. XIII. 42. H.

g. Geniculati) Genicula, siue nodi, quibus scapi seu flagella constant, medullam includunt. Ferulacei vitium caules ipsi breues, sed in summa parte breuiores, nodis siue articulis duobus includunt *singula* internodia. H.

h. Medulla) Colum. III. 10. *Reliquas trunci partes humor omnis et alimentum, quod a solo ministratur, transcurrit, dum ad vltimum perueniat. Naturali enim spiritu omne alimentum virentis, quasi quaedam anima, per medullam trunci, veluti per siphonem quem διαβήτην vocant mechanici, trahitur in summum: quo quum peruenerit, ibi consistit, atque consumitur.* H.

i. Longitudinem) Palmitis eam longitudinem, quae inter nodos geminos intercedit. H.

k. Nodi peruia) Peruia, quae in ipso nodo est fistula, per quam medulla meat. H.

l. Alternis laterum semper inguinibus) Foliorum et pampinorum exortu. Supra c. 36. L. XVI. eodem genere loquendi vtitur. *Dal.*

m. Vt dictum est) L. XVI. c. 65. in fine, de arundine; de ferula, L. XIII. c. 42. H.

ximo, atque ita per vices. Hoc vocatur in vite gemma, [1] quum *n.* ibi cespitem fecit. Ante vero quam faciat, in concauo oculus: et in cacumine ipso, germen. Sic palmites *o.*, nepotes, vuae, folia, pampini gignuntur. Mirumque firmiora esse in dextra parte genita.

2. Hos ergo in surculis nodos, quum seruntur, medios *p.* secare oportet, ita ne profluat medulla. Et in fico quidem dodrantales [2] paxilli solo patefacto seruntur, sic vt descendant quae proxima arbori fuerint, duo oculi extra terram emineant. Oculi autem in arborum surculis proprie vocantur, vnde [3] germinant. Hac de causa et in plantariis aliquando eodem anno ferunt, quos fuere laturi fructus in arbore: quum tempestiue sati praegnantes, inchoatos *q.* conceptus aliubi pariunt. Ita satas *r.* ficos, tertio anno transferre facile. Hoc pro *s.* senescendi celeritate attributum huic arbori, vt citissime proueniat.

3. Vi-

1. *Lego, quum ibi palmitem fecit.* Ch. *paxillo Gr. et Al.*
2. *sic et Vet. et*
3. *germinantur. Ch.*

n. Quum ibi cespitem fecit) Quum ibi medulla erumpens globulum fecit: *vn bouton.* H.

o. Palmites) Vitium ii sarmenta sunt, sic appellata, quod in modum palmarum humanarum virgulas quasi digitos edunt. Nepotes, virgae sunt quas e radicibus aut caudicis lateribus vitis ciet, quasi nepotum partu grauida: alii sobolem, alii suffraginem dixere. H.

p. Medios secare) In medio internodio. Vide N. et Em. N. XXX. supra p. 641, num. z. H.

q. Inchoatos conceptus) Conceptos iam fetus. Sup. s. 20. *Plurimum interest conceptus*, hoc est, fetus. H.

r. Ita satas ficos) De illarum satu Columell. cap. 10. L. V. *Dalec.*

s. Hoc pro senescendi) Omnia nempe celerius senescunt praefecunda, vt ait ipse L. XVI. 51. H.

3. Vitium numerosior [1] satus. Primum omnium nihil seritur ex his, nisi inutile, et deputatum in [2] sarmento. [3] Opputatur autem quidquid proxime tulit fructum. Solebat *t.* capitulatus vtrimque [4] e duro *u.* surculus seri: eoque argumento malleolus *x.* vocatur etiam nunc. Postea auelli cum [5] sua calce *y.* ceptus est, vt in fico: neque est aliud viuacius. Tertium genus adiectum etiamnum expeditius sine calce, [6] propter quod sagittae *z.* vocantur, quum intorti panguntur: iidem

1. *satus est. M.* 2. *sarmenta. Ch.* 3. *Amputatur. V.* 4. *et durus. Vet.* 5. *suo. Dal.* 6. *propter in M. d.*

t. Solebat) Sed hic mos postea exoleuit, damnatusque est ab agricolis: malleoli tantum mansit appellatio. Colum. III. 17. *Malleolus sic ab antiquis pangebatur, vt nouello sarmento pars aliqua veteris haereret. Sed hanc positionem damnauit vsus: nam quidquid ex vetere materia relictum erat, pressum atque obrutum celeriter humore putrescebat . . . Mox Iulius Atticus, et Cornelius Celsus . . . cum suo capitulo sarmentum depresserunt.* H.

u. E duro surculus seri) Trunco, siue capite, aut flagello. *Dal.*

E duro) E duriore sarmento, siue trunco: surculus cum vetere sarmento iunctus. Virgam e duro pariter appellat Columella, III. 6. E duro natam virgam, c. 10. atque alibi passim. H.

x. Malleolus vocatur) Colum. III. 6. *Malleolus autem nouellus est palmes, innatus prioris anni flagello, cognominatusque a similitudine rei: quod in ea parte quae deciditur ex vetere sarmento prominens vtrimque, malleoli speciem praebet.* Gallis *Marquote, crocete, mailleton.* H.

y. Sua calce) Lege, *suo calce.* Sic *stolonum pernam* supra dixit cap. 10. huius libri. *Dal.*

Cum sua calce) Cum sua perna dixit, §. 13. Vide quae ibi adnotauimus. H.

z. Sagittae vocantur) Colum. III. 17. *Sagittam rustici vocant nouissimam partem surculi: siue quia longius recessit a matre, et quasi emicuit, atque prosiluit: seu quia*

[1] iidem quum recisi nec intorti, trigemmes. *a.* Plures autem ex eodem surculo hoc modo fiunt. Serere *b.* e pampinariis [2] sterile est, nec nisi *c.* fecundo

1. *Lego, iidem quoque recisi.* 2. *sagittas ster. est, nec nisi fecundas. Vet.*

quia cacumine attenuata praedicti teli speciem gerit. At Plinio *sagitta* is ipse surculus est, quum intortus pangitur, vt mox dicetur. H.

a. Trigemmes) Columellae cap. 19. L. III. *trigemmes*, qui exceptis frequentibus in capite oculis, tres deinceps articulos, ac totidem gemmas habent. *Dal.*

Trigemmes) Colum. III. 19. p. 120. *Malleolus non ab eo trigemmis dictus est, quod omnino trium oculorum est: quum fere circa plagam qua matri abscissus est, plenus sit gemmarum: sed, quod his exceptis, quibus est frequens in ipso capite, tres deinceps articulos, totidemque gemmas habeat.* H.

b. Serere e pampinariis) E pampinario palmite sagittas serere. Quis palmes ita vocetur, dicemus inferius hac sect. Interim ex Colum. III. 10. pampinarium sarmentum scito appellari, quod est ex duro trunco enatum. Colum. l. c. *Hoc*, inquit, *praeceptum a magistris* vinitor *accepit, ne pampinariam virgam deplantet.* Et mox: *Quamquam et hos* surculos *sciam non in totum sterilitate affectos. Nam comfiteor pampinarios quoque, quum e duro prorepserint, tempore anni sequentis acquirere fecunditatem: et ideo in resecem submitti et progenerare posse.* Vinitores nostri vocant, *Drageons qui sortent du tronc.* H.

c. Nec nisi fecundo) Nec malleolum serere oportet, nisi qui fructum tulerit. Colum. III. 10. *Nos autem primum rationem sequuti, nunc etiam longi temporis experimentum, non aliud semen eligimus, nec frugiferum esse ducimus, nisi quod in parte genitali fructum attulerit. Nam illud quidem, quod loco sterili latum robustumque sine fetu processit, fallacem fecunditatis imaginem praefert, nec vllam generandi vim possidet.* Et paucis deinde interiectis: *Itaque vt ad consuetudinem agricolarum reuertas, eiusmodi surculos, qui nihil attulerint, spadones appellant: quod non facerent, nisi eos suspicarentur inhabiles frugibus: quae et ipsa appel.*

do oportet. Quae raros [1] habet nodos, infecunda iudicatur. At densitas gemmarum, fertilitatis indicium est. Quidam seri vetant, nisi eos qui floruerint, surculos. Sagittas *d.* serere minus vtile, quoniam in transferendo facile rumpitur quod intortum fuit. Seruntur *e.* pedali, non [2] breuiores longitudine, quinque sexue nodorum. Pauciores *f.* tribus gemmis in hac mensura esse non poterint. Inseri eodem die, quo [3] deputentur, vtilissimum. Si multo postea necesse sit serere custoditos, vti praecepimus, [4] caueri vtique, ne extra terram positi sole inarescant, [5] ventoue aut frigore

Ss 4 hebe-

1. *habent nodos infec. iudicantur.* V. 2. *breuiore.* V. 3. *putantur, vtilis. Si multum* M. 4. *oportet cauere vtique.* V. 5. *vento aut.* Ch.

appellatio rationem mihi subiecit non eligendi malleolos, quamuis probabili parte vitis enatos, si fructum non tulissent. Haec Plinius mirabili breuitate contractius. H.

d. Sagittas serere minus vtile) Idem cap. 10. L. III. ait, veteres etiam ex fecundo malleolo decisam sagittam repudiasse. Ibidem: *Nam si sagittam, id est, superiorem partem malleoli, vituperandam censebant, quum esset eadem pars surculi frugiferi, quanto magis vel ex optima vitis parte natum flagellum? etc.* Dal.

Sagittas serere) Sagittae vocantur ii surculi, qui intorti panguntur. De his cum Plinio facit Colum. III. 18. p. 118. *Vitiosa est,* inquit, *Iulii Attici satio, quae contortis capitibus malleolum recipit: eiusque rei vitandae non vna ratio est. Primum, quod nulla stirps ante quam deponatur, vexata et infracta, melius prouenit, quam quae integra et inuiolata sine iniuria deposita est: deinde quidquid recuruum, etc.* Et c. 10. p. 105. *Maiores nostri pampinarium et sagittam velut inutiles ad deponendum prudentissime damnauerunt.* H.

e. Seruntur pedali) Colum. III. 19. p. 120. et L. de arbor. c. 3. H.

f. Pauciores) Colum. loco prius allato. H.

g. Inseri) Seri, conseri, pangi. H.

h. Vti praecipimus) Si nem pe-

hebetentur. Qui diutius in ſicco fuerint, prius quam ſerantur, in aqua pluribus diebus [1] reuireſcant.

4. Solum apricum et quam ampliſſimum in ſeminario *i.*, ſiue in vinea, bidente *k.* paſtinari debet ternos *l.* pedes bipalio alto: marra reiici quaternûm *m.* pedum [2] fermento, ita [3] vt in pedes binos

1. *reuiuiſcat Ch.* 2. *ferramento. Gr.* 3. *vt pedes. M.*

pe longius afferantur, vt de pomorum calamis dictum eſt in fine ſ.24. Col. III. 19. *Super cetera illud quoque ſiue viuiradicem, ſiue malleolum ferentem praemoneo, ne ſemina exareſcant, immodicum ventum ſolemque vitare, qui vterque non incommode arcetur obiecta veſtis, etc.* H.

i. In ſeminario) Ex Columella c. 13. L. III. hunc locum ſic reſtituito: *In ſeminario ſiue vinea, bidente et bipalio paſtinari debet, in longitudinem ternos pedes, terraque reiici, ita vt in pedes binos foſſa procedat,* (alii, *deſcendat*), *quantum patitur latitudo ferramenti.* Bipalium inſtrumentum ad fodiendum, pala duplo latius, vnde nomen. *Dalec.*

k. Bidente paſtinari) Colum. III. 18. *Quidquid emoti ſoli vineis praeparatur, repaſtinatum vocant.* Gallis, *Houër la vigne.* Bidens inſtrumentum foſſorium a gemino dente ſic appellatum. *Vn boyau à deux dents ou à deux cornes.* H.

l. Ternos pedes, bipalio alto: macra, etc.) Bipalium bidentis pars ferrea eſt, qua terra foditur. Col. V. 5. *Bipalio terram paſtinabimus.* Et XI. 2. *Bipalio, cui eſt altitudo duorum pedum: Bipalium non altum* idem Colum. XI. 9. p. 392. *minus quam duos pedes ferramentum* vocat, *Altum* Plinius, cui terni pedes. Colum. rurſum, L. de arbor. I. *Eiuſmodi bipalio . . . ſi eodem loco, quo vineam ordinaturus es, facere voles ſeminarium, tribus pedibus alte repaſtinabis iugerum.* De marra idem Colum. X. de cultu hortorum p. 348. *Mox bene cum glebis viuacem ceſpitis herbam Contundat marra, vel fracti dente ligonis, Putria maturi ſoluantur vt vbera campi.* Plinius XVIII. 43. marris herbas radi ad ſolum dixit. Italis, *marra.* Gallis, *Houë*, et *marre de vigneron.* Papias in Vocabul. *Marrae, ſappae, inſtrumenta ruſticorum.* H.

binos *n.* fossa procedat. [1] Fossum *o.* purgari, et extendi, ne crudum *p.* relinquatur: verum [2] et exigi *q.* mensura. Male pastinatum deprehendunt

Ss 5 scamna

1. *fossatum.* *V.* 2. *et exigi mensuram.* *V.*

m. Quaternûm pedum fermento) Ita MSS. omnes, non *ferramento.* Hoc est, humus e fossa duûm altitudinis pedum extracta, ad pedum quatuor altitudinem debet crescere, quum laxior facta est, pastinationis ope. Colum. IV. 1. p. 126. *Quid quod repastinata humus, dum est recens soluta, laxataque, velut fermento quodam intumescit? quum deinde non longissimam cepit vetustatem, condensata subsidit,* etc. Iterumque: *Ager, si bipalio mouetur, altitudo bipedanea fit: deprimuntur deinde semina in regesto, quod est fermentatum plus dupondio semisse: Nam semper in plano refusius egesta humus tumidior est, quam gradus soli crudi.* H.

n. Ita vt in pedes binos) Haec fossae altitudo est. Colum. III. 5. *Ergo mediocris et modice siccus ager vitiario est aptissimus, isque bipalio prius subigi debet, quae est altitudo pastinationis.* etc. H.

o. Fossum purgari) Terra, quae effossa est, stirpibus, herbisque noxiis liberanda. H.

p. Ne crudum) Immotum, quod non sit probe pastinatione solutum et fermentatum. Pallad. L. II. in Ian. tit. 10. p. 40. *Pastini vero quod omne versabitur, trium vel duorum semis pedum altitudine terra vniuersa fodietur, in quo erit diligentia, ne crudum fraude occulta fossor includat.* H.

q. Mensura) Longitudinis et altitudinis. *Dal.*

Exigi mensura) Ad certam regulam, seu mensuram exigi, cuius ad altitudinem humus omnis emota pertingat aequaliter. Haec multo vberius Colum. III. 13. p. 112. cuius verba vtique plurimum lucis orationi Plinianae sunt allatura. *Opus est,* inquit, *perito ac vigilanti exactore, qui ripam erigi iubeat, sulcumque vacuari, ac totum spatium crudi soli cum emota iam terra committi. . . . Sed huic operi exigendo quasi quamdam machinam commenti maiores nostri, regulam fabricauerunt: in cuius latere virgula prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripae partem. Id genus mensurae ciconiam vocant rustici.* H.

scamna r. inaequalia. Metienda est et ea pars, quae interiacet [1] pulvini. s. Surculi seruntur et in scrobe et in sulco [2] longiore, super quos tenerrima ingeritur terra. Sed in gracili solo frustra, nisi substrato pinguiore. Nec minus quam duos integi oportet, et proximam attingi terram: [3] eodem t. paxillo deprimi et spissari. Interesse in plantario sesquipedes inter u. bina semina in latitudinem, in longitudinem semisses. x. Ita satos y. malleolos quarto et vicesimo mense recidere ad imum articulum z, nisi ipsi parcatur. Oculorum inde materia a. emicat, cum qua sexto ac tricesimo mense viuiradix transfertur.

5. Est

1. *puluinis. V.* 2. *longiores hoc. V.* 3. *et eod. paxillo Gr. et Al.*

r. *Scamna*) Colum. II. 2. *Nec vbi crudum solum et immotum relinquat, quod agricolae scamnum vocant.* Et L. III. 13. *Nec vbi scamna emittantur, et quod est durum summis glebis obtegatur.* Scamna rustici in Gallia vocant, *des veaux, des barres.* H.

s. *Puluini*) Agri effossi et pastinati quae pars inter scrobes interiacet. H.

t. *Eodem paxillo*) Siue bipalio. H.

u. *Inter bina*) Inter binos surculos. H.

x. *Semisses*) Semipedes, Vt Latini veteres pro integra quacumque re assem dixere, sic pro dimidia semissem. H.

y. *Ita satos*) sic Colum. L. de arb. 3. H.

z. *Articulum nisi ipsi parcatur*) Nodum. Imum articulum quum integrum et illaesum seruare volunt, quia sit ad germinationem ceteris foecundior, ei proximum ferro non attingunt, vt is sui proiectu iniurias, quae offendere possunt, arceat, et depellat. *Dal.*

Nisi ipsi parcatur) Nisi nodum imum seruare velint illaesum et integrum, quia multo est, quam ceteri, ad germinationem fecundior. H.

a. *Inde materia emicat cum aqua* XXXVI. *mense*) Vetus lectio *tum* legit, non *cum*: et verbum *aqua* superfluit. *Pint.*

5. Est et luxuriosa *b.* ratio vites serendi, vt quatuor malleoli vehementi vinculo colligentur in parte *c.* luxuriosa: atque ita vel per ossa bubuli cruris, vel per [1] colla *d.* fictilia traiecti, obruantur binis

1. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. cocta Gr. et Al.*

b. Est et luxuriosa) Luxuriosam vocat eam serendi rationem, quia luxuria monstrante inuenta fuerat, vt vua vineae sic satae omnium corporum e diuerso genere acinos ferret. Et paulo post, lege: *postea fistula fracta radix libere capit vires, vuaque fert omnium corporum acinos.* Vel praecedentia sic scribe: *vt quatuor malleoli vehementi vinculo colligentur arte*, aut *perarte*, vt *perscite* et similia. Et pro *vel per cocta fictilia*, lege: *per colla fictilium.* Plinio fictile dicitur absolute, de vase fictili. Sic *colla fictilium* eumdem vsum praestant vinciendis inter se malleolis, quem ossa bubuli cruris, et eadem forma sunt. Vide *Salmas.* pagina 586. a, b. *Est et luxuriosa, etc.*) Simile quiddam tradit Theophr. cap. 5. L. V. Cauff. *Dalec.*

Est et luxuriosa) Quam luxuria monstrauit. Tradit hunc modum Columella, quo tales vuae creantur, in quibus varii generis colorisque reperiantur acini: L. de arboribus, c. 9. *Hoc autem*, inquit, *ratione tali efficitur. Quatuor vel quinque, sive etiam plures voles, virgas diuersi generis sumito, easque diligenter et aequaliter compositas colligato: deinde in tubulum fictilem, vel cornu, arcte inserito, ita vt aliquantum exstent ab vtraque parte, easque partes, quae exstabunt, resoluito: in scrobem deinde imponito, et terra stercorata obruito, et rigato, donec gemmas agant. Quum inter se virgae cohaeserint, post biennium, aut triennium, facta iam vnitate, dissolues tubulum: et circa medium fere crus, vbi maxime videbuntur coisse, vitem serra praecidito, et plagam laeuato, terramque minutam aggerato, ita vt tribus digitis alte plagam operiat. Ex eo caudice quum egerit caules, duos optimos submittito, reliquos deiicito: sic vuae nascentur, quales proposuimus.* H.

c. In parte luxuriosa) Maxime laeta, ac viridi. H.

d. Colla fictilia) Tubos fictiles. H.

nis eminentibus gemmis. Humescunt hoc modo, recisique palmitem emittunt. Postea fistula *e.* fracta radix libere capit vires [1] vuaque *f.* fert omnium [2] corporum suorum acinos. In alio genere *g.* inventu nouitio finditur malleolus, medullaque erasa, in se colligantur ipsi caules, ita vt gemmis parcatur omni modo. Tum malleolus in terra fimo mixta seritur, et quum spargere cepit [3] caules, deciditur, foditurque saepius. Talis vuae acinos nihil intus ligni habituros Columella *h.* promittit, quum viuere semina *i.* perquam [4] mirum sit, medulla

1. *sic ex MSS. em. Hard. vuamque fert et omnium Gr. et Al.* 2. *coniunctorum surculorum. V.* 3. *candales. Ch.* 4. *mirum sit, et medulla adempta nasci. Surculis etiam quibusnam sit. Gr. et Al.*

e. Fistula fracta) Seu osse bubulo, seu collo tubuloque fictili, quo inclusi surculi tenebantur. H.

f. Vuamque fert et omnium corporum suorum acinos) Vetus lectio legit, *vuamque fert omnium corporum suorum acinos.* Pint.

Corporum suorum) Hoc est, omnium surculorum, qui sunt pariter colligati. Tot generum acinis vua constabit, quot fuerint malleoli simul coniuncti: si quaterni, erunt quaternûm generum grana in vua: si quini, quinûm. Colum. l. c. H.

g. In alio genere) Colum. l. c. *Vt autem vuae sine vinaceis nascantur, malleolum scindito, ita ne gemmae laedantur, medullamque omnem eradito: tum demum in se compositum colligato, sic nec gemmas allidas: atque ita terra stercorata deponito et rigato. Quum caules agere ceperit, saepe et alte refodito. Adulta vitis tales vuas sine vinaceis creabit.* H.

h. Columella promittit) Idem Theophr. loco citato. *Dalec.*

Columella) L. c. Adde et Palladium, L. III. in Febr. tit. 29. p. 81. vbi hic modus fuse describitur: et e Graecis Theophr. de causs. V. 5. p. 329. ac Democrit. in Geop. IV. 6. p. 105. H.

i. Semina) Surculos. H.

la adempta. Nasci *k.* surculos etiam, [1] quibus non sit articulatio arboris, non omittendum videtur. [2] Namque e buxi tenuissimis quinis senisue colligatis depacti proueniunt. Quondam in obseruatione erat, vt defringerentur ex imputata buxo; aliter viuere non crediti: detraxere hoc experimenta.

6. Seminarii curam sequitur vinearum ratio. Quinque generum hae: Sparsis *l.* per terram palmitibus, aut per se *m.* vite subrecta, vel cum *n.* admi-

1. *In quibusdam arborib. fit coarticulatio, (id est coalitus) quod non. Vet.* 2. *Namque buxi Gr.*

k. Nasci surculos) Nasci surculos inter se colligatos, (vt de vite dictum est proxime) etiam qui sint ex ea arbore, quae careat medulla, quam articuli nodique intersepiant, quales in vite esse docuimus initio huius sectionis, haud omittendum videtur. De hac articulatione rursum L. XVI. 41. Vide N. et Em. N. XXXI. (hic coll.) *Medulla)* Prius legebatur: *medulla adempta nasci. Surculis etiam quibusnam sit articulatio arboris,* etc. Nostram emendationem tum MSS. exemplarium confirmat auctoritas, in quibus pertinaciter legitur, *quibus non*, non *quibusdam*, tum loci ipsius sententia, quae hactenus inexplicata, nunc primum nitori suo restituitur. Nam vti prius perquam mirum esse dixit, viuere semina medulla adempta; ita nunc vicissim haud omittendum videri miraculum ait, etiam surculos arboris, cui nulla ea medulla sit, vt in buxo accidit, simul depactos colligatosque prouenire. Sequitur enim eius placiti statim id exemplum: *Namque e buxi tenuissimis quinis senisue* surculis *colligatis depacti proueniunt.* Buxo medullam esse nullam, obseruatum est libro sup. f. 72. H.

l. Sparsis) Vignes courantes, de quibus iam egimus, L. XIV. f. 4. De his Colum. IV. 5. *Vltima conditio est, stratarum vitium, quae ab enata stirpe confestim velut proiectae per humum porriguntur.* H.

m. Aut per se) Ὀρθάμπελος, de qua L. XIV. f. cit. *Velut arbusculae breui*

adminiculo, sine iugo, aut pedatae simplici *o.* iugo, aut compluuiatae quadruplici. Quae pedatae ratio erit, eadem intelligitur eius quoque, in qua sine adminiculo vitis per se stabit. Id enim *p.* non fit, nisi pedamenti inopia. Simplici iugo constat porrecto ordine, quem canterium *q.* appellant. Melior *r.* ea vino, quando sibi ipsa non obumbrat, assiduoque sole coquitur, et afflatum magis sentit, et celerius rorem dimittit: pampinationi quoque et occationi omnique operi facilior. Super cetera deflorescit vtilius. Iugum fit *s.* pertica, aut arundine, aut crine, funiculoue, vt in Hispania, [2] Brundisiique. Compluuiata copiosior vino est, dicta a cauis aedium compluuiis. Diuiditur in quaternas partes totidem iugis. Huius [3] serendi ratio dicetur, eadem valitura in omni genere, in hoc vero *t.* numerosior tantum.

7. His

1. *quoniam. M.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Brundiosioque Gr. et Al.* 3. *serendae. Dal.*

crure per se stantes, inquit, Colum, V. 4. p. 178. H.

n. Vel cum adminiculo) *Vigne échalassée*, vt iam superius diximus, l. c. H.

o. Simplici iugo) Quae pedaminibus adnixa, inquit Colum. l. c. iugo imponitur. Iugum in vineis quid sit, diximus, L. XVI. s. 68. Vbi iugum simplex esset, iugata vinea dicebatur: *simple treille*: quales eae sunt, quibus hortorum parietes vestiuntur: vbi quadruplex, compluuiata: a compluuiis ducta metaphora, hoc est, ab aedium cauo, quo pluuiae aquae confluunt: *Treille à quatre pentes*. Quadrato quasi circumfirmatam agmine vocat Colum. IV. 17. H.

p. Id enim non fit, etc.) Quod adminiculo careat. *Dalec.*

Id enim) Quod scilicet adminiculo careat. H.

q. Quem canterium) Et canteriatas vites Colum. l. c. H.

r. Melior ea vino) Haec totidem fere verbis Colum. IV. 19. H.

s. Iugum fit pertica etc.) Colum. IV. 17. p. 139. H.

7. His vero *u.* tribus feritur modis: Optime in paftinato, proxime *x.* in fulco, nouiffime in fcrobe. De paftinatione dictum eft. (XX.) *y.* Sulco latitudo palae fatis eft, fcrobibus *z.* ternorum pedum in quamque partem. Altitudo *a.* in quocumque *b.* genere tripedalis, ideo nec vitis minor transferri debet exftatura *c.* etiamnum duabus gemmis. Emolliri *d.* terram [1] minutis in [2] fcrobe imo fulcis, fimo-

1. *minutim in fcr. ima ac fulcis.* 2. *fcrobe ima* *Gr. et Al.*

t. In hoc vero numerofior tantum. His vero tribus feritur modis) *In hoc vero numerofior, tantum vero feritur modis*, antiquus habet codex. lego, *in hoc vero numerofior. tribus vero feritur modis.* Pint.

u. His vero tribus) Colum. V. 4. p. 178. H.

x. Proxime in fulco) Pallad. II. tit. 10. in Ian. p. 40. *Sulcis melius erit, quia humorem in tota fpatia paftinata tranfmittunt.* H

y. Ad Infcr. De fulco, etc.) Theophr. cap. 18. L. III. Cauff. *Dalec.*

z. *Scrobibus)* Scrobes ternarios appellat Columella, id eft, quoquo verfus pedum trium, L. de arb. c. 4. H.

a. Altitudo) Siue in fulco, fiue in fcrobe. Colum. V. 5. p. 128 *Scrobs in longitudinem altitudinemque defosfus, tripedaneus abunde eft: latitudine tamen bipedanea: vel fi quaternûm pedum fpatia inter ordines relicturi fumus, commodius habemus eamdem quoquo verfus dare menfuram fcrobibus, non amplius tamen quam in tres pedes altitudinis depreffis. Ceterum quatuor angulis femina applicabuntur fubiecta minuta terra, et ita fcrobes adobruentur.* Pallad. quoque l. c. H.

b. In quocumque genere tripedalis) Vel fulci ac foffionis, vel agri et terrae. *Dal.*

c. *Exftatura etiamnum, etc.)* Columel. cap. 16. L. III. *Dal.*

Exftatura) Colum. III. 3. p. 110. et c. 16. *Duabus gemmis tantum fupra terram relictis.* H.

d. Emolliri) Colum. L. de arbor. c. 4. *Quum femina depones, imum fcrobem, vel fulcum bidentibus fodito, mollemque reddito.* H.

fimoque misceri, necessarium. Cliuosa altiores *e.* poscunt scrobes, praeterea [1] puluinatis a deuexitate *f.* labris. Qui ex his longiores fient, vt vites binas accipiant e diuerso, aluei vocabuntur. Esse vitis radicem [2] in medio scrobe oportet: sed ipsam innixam solido in orientem *g.* aequinoctialem spectare: adminicula prima e calamo *h.* accipere. Vineas *i.* limitari decumano XVIII. pedum latitudinis ad

1. *puluinata a deuex. labra Dal.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Vet. et Ch. in media Gr. et Al.* 3. *itineribus. Dal.*

e. Cliuosa) Colum. l. c. *Campestris locus alte duos pedes et semissem infodiendus est: accliuis regio tres: praeruptior vero collis in quatuor pedes vertendus: quoniam quum a superiore parte in inferiorem detrahitur humus, vix iustum pastinationi praebet regestum, nisi multo editiorem ripam quam in plano feceris.* H.

f. Puluinatis a deuexitate labris) Velut in tumulum editis ripis ab inferiore parte, vt iustus fossioni regestus sit, quum a superiori parte ad inferiorem humus detrahitur. Columel. cap. 13. L. III. de pastinatione, non scrobium defossione. *Dal.*

Puluinatis) Attumulata tellure in puluini morem, inferiore labro seu ripa scrobis, qua parte vergit in deuexitatem cliuus. H.

g. In orientem) Colum. l. c. *Vitem quam ponis fac ad orientem spectet, adminiculo religata.* H.

h. E calamo) Ex arundine. H.

i. Vineas limitari) Vineas, inquit, aequum est in hortulos ita diuidi, vt singularum modus omnis in semiiugera dirimatur. Limitentur eaedem via seu itinere XVIII. pedum latitudinis, ab ortu in occasum procedente: (hoc decumanum vocant:) vt occurrentia e diuerso vehicula faciles transitus habeant. Sint et aliae semitae denûm pedum transversae, quibus media vinearum iugera distinguantur, e meridie in septemtrionem: has cardinem appellant. Vide Colum. IV. 18. et III. 20. p. 121. vbi vineas singulas ait in proprios hortos digerendas, semitisque ac decumanis distinguendas esse H.

ad contrarios vehiculorum tranſitus, aliiſque tranſverſis [1] limitibus denûm pedum diſtingui per media iugera. Aut ſi maior modus ſit, totidem pedum cardine *k.*, quot decumano *l.*, limitari. Semper vero quintanis [2] ſeminari *m.*, hoc eſt, vt quinto quoque palo ſingulae [3] iugo paginae includantur.

8. Solo ſpiſſo, non niſi *n.* repaſtinato, nec niſi viuiradicem ſeri: [4] tenero *o.*, ſoluto, vel malleolum, ſulco, vel ſcrobe. In colles *p.* ſulcos agere tranſuerſos, melius quam paſtinare, vt defluuia [5] palis [6] eorum contineantur. Aquoſo *q.* caelo, vel ſicco

1. *itineribus. Dal.* 2. *ſemitari. Vet. et Ch.* 3. *iugi pagi diſcludantur. Dal. id eſt, areae inter duo iuga intercepta.* 4. *tenero et ſoluto. Gr.* 5. *talis. Ch. fortaſſis, thallis, id eſt, oliuae ramis, vel ridicis paratis ex alius cuiuſuis arboris ramis.* 6. *earum. M.*

k. Cardine, quot decumano) De limite decumano et cardine, dicetur L. XVIII. 77. H.

l. Decumano) Decumanus ab Oriente in Occidentem tendit: Cardo vero a Septemtrione in meridiem. Vide Columel. c. 1. L. V. et c. 12. L. IV. *Dalec.*

m. Seminari) Surculos ita poni in iugata vite et compluuiata praecipit, vt compluuiato quoque palo ſeu pedamento, cui ſuum ſemen ſurculuſue innititur, iugum imponatur: atque is vineae iugatae modus, pagina nuncupatur. H.

n. Non niſi repaſtinato) Theophraſt. c. 17. L. III. Cauſſ. *Dal.*

o. Tenero et ſoluto) Colum. III. 14. *Poteſt malleolus in vicem viuiradicis conſeri, ſoluta et faci[...]rra.* H.

p. In colles ſulcos) Non decliues a vertice collis ad radices, ſed ab vno latere tranſuerſos ad alterum latus: vt aquarum eluuione terram defluentem pali malleorum, ſeu viuiradicum, contineant. In MSS. R. 1. *vt defluuia tales.* R. 2. *vt defluuiatiles.* R.

q. Aquoſo caelo, etc.) Columel. c. 14. L. III. *Dal.*

ſicco ſolo [1] malleolos ſerere autumno, [2] niſi tractus ratio mutauit. Siccus *r.* enim et calidus autumno poſcit ſeri, humidus frigiduſque etiam veris exitu. In arido *s.* ſolo viuiradix quoque fruſtra ſeritur. Male et in ſiccis malleolus, niſi poſt imbrem. At in riguis, vel [3] frondens vitis, et vſque ad ſolſtitium recte, vt in Hiſpania. Quieſcere *t.* ventos ſationis die vtiliſſimum. Plerique auſtros optant, Cato *u.* abdicat.

9. Intereſſe *x.* medio temperamento, inter *y.* binas vites oportet pedes quinos: minimum autem laeto ſolo pedes quaternos: tenui plurimum octonos. Vmbri *z.* et Marſi ad vicanos intermittunt arationis gratia in his, quae vocant porculeta. *a.* Pluuio et caliginoſo tractu rariores

1. *malleolus ſeritur autumn. niſi ſi tract. rat. mutauerit.* M. 2. *niſi ſi tr. quoque* Gr. 3. *frondes.* Ch.

r. Siccus enim) Colum. III. 14. *Vere melius, ſi aut pluuius aut frigidus ſtatus caeli eſt, aut ager pinguis, aut campeſtris, aut vliginoſa planicies. Rurſus autumno, ſi ſicca, ſi calida eſt aeris qualitas, ſi exilis atque aridus campus, ſi macer praeruptuſue collis.* H.

s. In arido ſolo) Theophr. de cauſſ. III 17 p. 280. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ μοσχεύματα δεῖν ἐς τὰς ἐπομβρίας μᾶλλον ἐμβάλλειν, etc. *Qua de cauſa viuiradices quoque ſolo pluuio deponendas potius cenſent,* etc. H.

t. Quieſcere ventos, etc.) Idem ibid. cap. 19. *Dal.*

u. Cato abdicat) Cap. 40. *Ficos, oleas, mala, pira, vites inſeri oportet luna ſilenti poſt meridiem, ſine vento Auſtro.* H.

x. Intereſſe) Paulo aliter Colum. III. 15. p. 115. H.

y. Inter binas vites, etc.) Macro ſolo, quinos: mediocri, ſenos: pingui, ſeptenos. Idem ibid. cap. 15. *Dal.*

z. Vmbri . . . ad viccnos) Vicenûm ii pedum interuallo vitium ordines diſtinguunt, arationis gratia, quoniam in eo ſpatio frumenta ferunt. H.

a. Porculeta) Porcae, elati terrae tumuli inter duos ſulcos. Varr. cap. 21. L. I. *Dal.*

a. Porculeta) Ita puluinos et

res *b.* poni, ficco denfiores *c.* congruit. Subtilitas *d.* parcimoniae compendia *e.* inuenit, quum vinea in paftinato feritur, obiter feminarium *f.* faciendi; [1] vt et viuiradix loco fuo, et malleolus qui transferatur, inter vites *g.* et ordines feratur. Quae ratio *h.* in iugero circiter *i.* fedecim millia viuiradicum

Tt 2

1. *fic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. vt viuiradix Gr. et Al.*

et areas appellabant, in quibus diuerfi generis olera conferebantur. H.

b. Rariores poni) Vt folem admittant. *Dal.*

c. Denfiores congruit) Vt a fole defendantur. *Dal.*

d. Subtilitas) Affinis huic eft ea parcimoniae ratio, quam affert Colum. III. 13. p. 111. *Auarius quidam . . . viuiradices, vel decifos quam recentiffimos palmites nouellos erigunt, confitis compluribus inter ordinaria feminaria malleolis,* etc. Et aliquanto planius, c. 16. p. 116. „Coaequato folo, deinceps paftinato, malleolus ordinariis vitibus interferendus eft: eumque fat erit medio fpatio, quod vacat inter vites per vnam lineam depangere . . . In eadem deinde linea in qua viuiradix obtinebit ordinem fuum, praefidii caufa, quorum ex numero propagare poffit in locum demortuae vitis, quinque malleoli pangendi funt.. Tali confitioni Iulius Atticus abunde putat effe malleorum fedecim millia.„ H.

e. Compendia) Compendium, lucrum eft temporis, pecuniae, operae. H.

f. Seminarium faciendi) Columella c. 13. et 16.. L. III. *Dal.*

g. Inter vites et ordines feratur) Inter vites finguli malleoli: in fingulis interordiniis quinque per fpatium pedis. Idem ibid. *Dal.*

h. Quae ratio) Iul. Atticus apud Colum. III. 16. p. 117. fedecim malleolorum, non viuiradicum, millia abunde putat effe: *Nos tamen,* inquit ille, *plus quatuor millibus conferimus, quia negligentia cultorum magna pars deperit, et interitu feminum cetera quae virent, rarefcunt.* Et c. 3. *Nos iam enim vicena millia malleolorum per vineae iugerum inter ordines pangimus. Ille* (Iul. Atticus) *minus quatuor millibus deponit, etc.* Adiicitque fingula millia viuiradicis feftertiis fexcentis rufticos mercari folitos, hoc eft, libris

dicum donat. Intereſt *k.* autem [1] biennium fructus, quo tardius in ſato prouenit, quam in tranſlato. *l.* Viuiradix poſita in vinea poſt annum reſecatur *m.* vſque ad terram, vt [2] vnus tantum emineat oculus, adminiculo iuxta affixo, et fimo addito. Simili modo *n.* et ſecundo anno *o.* reciditur, vireſque concipit, et intra ſe paſcit [3] ſuffecturas *p.* oneri: alias feſtinatione *q.* pariendi gracilis [4] atque *r.* [5] eiuncida, ni cohibeatur caſtigatione tali, in

1. *biennii. Vet.* 2. *vnus, vel etiam alter. Colum. c. 12. lib. IV.* 3. *ſuffectura. Pint. ex V. C.* 4. *ac Gron.* 5. *emucida Gr. et vulgg.*

libris Gallicae monetae 60. H.

i. Circiter XVI. M. *viuiradicum*) Apud Columellam in hac conſitione Iulius Atticus abunde eſſe putat non viuiradicum, ſed malleolorum ſexdecim millia. *Dal.*

k. Intereſt autem) Colum. III. 4 *Biennii ſpatium longum eſſe minime exiſtimandum eſt, intra quod vtique tempeſtiuitas ſeminum reſpondet,* etc. H.

l. Quam in tranſlato) Nam dum tranſfertur ſaepius verſata et ſubacta terra ad fruticandum vitem incitat. *Dal.*

m. Reſecatur vſque ad terram) Varro cap. 31. L. I. *Dal.*

n. Simili modo) Damnare hoc Columella videtur, L. IV. 11. quamquam Virgilio, Saſernae, Stoloni, et Catoni probatum. H.

o. Secundo anno reciditur) Theophr. cap. 20. L. III. Cauſſ. Columella cap. 10. 21. 22. 23. L. IV. *Dal.*

p. Oneri) Et foetus, et materiarum. *Dal.*

Suffecturas oneri) Tum oneri ſarmentorum, tum fructui ferendo, vt loquitur Colum. IV. 17. p. 140. Varro de R. R. I. 31. H.

q. Feſtinatione pariendi, etc.) Sarmenta et flagella. *Dal.*

r. Emucida) Emucida, vt apud Varron. cap. 10. L. II. Sic ait Columel. c. 5. L. V. Opacis, frigidis, humidis locis niſi aeſtate vitis nudetur, et palmitibus folia detrahantur, vt maturitatem fructus capiat ſitu putreſcere: nempe emucidam fieri Idem c. 24.

in fetum *s.* [1] exeat tota. Nihil auidius nafcitur: ac nifi ad [2] pariendum vires feruentur, tota fit fetus.

10. Pedamenta optima, quae diximus *t.*, aut ridicae *u.* [3] e robore, oleaque: aut fi non *x.* fint,

Tt 3 pali

1. exitura. Vet. *2. pariendas vuas feruetur. Vet.* *3. e deeft ap. Gr. et Al.*

24. L. IV. mufcum, ait, compedis more crura vitium comprimere, fitu et veterno emaciare, id eft, mucidas reddere. *Dal.*

Eiuncida) Iunci inftar tenuis, macilenta, exilis. Vide N. et Em. N. XXXII. (hic pof.) *Atque eiuncida*) Ita fcribimus, pro *emucida*, (quam vocem Latinitas numquam agnouit, neque hic locus recipit.) Sane *eiuncida* in MSS. legitur, R. 1. 2. Colb. Th. etc. Et ea vox tenuitatem, maciem, exilitatemque, qualis in iunco deprehenditur, peracommodate exprimit. Enimuero apud Varronem de R. R. I. 31. (quem locum Plinius, dum haec fcriberet, habuit certe ante oculos,) ita ex optima Stephani editione legitur. *In vitiario primitus quum exit vitis, tota refecari folet, vt firmiore farmento e terra exeat, atque in pariendis caulibus vires habeat maiores; Eiuncidum enim farmentum propter infirmitatem fterile, neque ex fe poteft eiicere vitem, quam vocant minorem flagellum: maiorem etiam vnde vuae nafcuntur, palmam.* Eodem fenfu paulo poft ipfe Plinius: *vitis euocata ad fructum eiuncefcit, ac moritur.* Sic palmarum genus a praelonga gracilitate iunceum fuperius appellatum vidimus, L. XIII. f. 9. H.

s. In fetum) In materiem et farmenta. H.

t. Quae diximus) E caftanea fcilicet, efculo, ceterifque arboribus antea appellatis, f. 34. H.

u. Aut ridicae) Ridicae appellantur pedamenta ex olea et robore: ex alia quauis materia, pali. *Des échalas.* Colum. IV. 26. p. 153. *Sequitur adminiculandae iugandaeque vineae cura: cui ftabiliendae melior eft ridica palo: neque ea quaelibet: nam eft praecipua cuneis fiffa olea, quercus, et fuber, et fi qua funt fimilia robora. Tertium obtinet locum pedamen teres, idque maxime probatur ex iunipero, et lauru, et cupreffu.*

pali e iunipero, cupresso, [1] laburno *y*, [2] sabuco. Reliquorum *z*. generum sudes omnibus annis reciduntur. *a*. Saluberrima *b*. in iugo arundo connexa *c*. fasciculis, durat quinis annis. Quum breviores palmites sarmento iunguntur inter se funium modo, ex hoc *d*. arcus funeta dicuntur.

11. Tertius vineae annus palmitem velocem robustumque emittit, et quem facit aetas vitem. Hic in iugum insilit. Quidam [3] tunc excoecant eum, supina falce auferendo oculos, vt [4] longius euocent noxia iniuria. *e*. Vtilior *f*. enim consuetudo

1. *alburno. Ch.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. sambuco, et reliquorum generum sudes, quae omnibus, etc. Dal. sambuco Gr. et M.* 3. *nunc. Vet.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. noxia iniuria, in M. d. vt noxia iniuria longius euocent. Vtilior Gr. et Al.*

cupressu. Recte etiam faciunt ad eam rem silueſtres pinus: atque etiam sambuci probabilis vsus, etc. H

x. Aut si non sint) Columell. c 30. L.IV. et 26. *Dal.*

y. Laburno) De eo diximus L. XVI. 31. Ex eo sane pedamenta optima, et perpetuo durantia factitari scimus apud D. Claudii fanum Sequanorum, ad Vogesum montem, et tractu Segusiano, et Brixino: arcus etiam meliores, quam e taxo fieri, Brixiae Galliae togatae docent. H.

z. Reliquorum . . reciduntur) Post putationem vitium retractandae sunt, partesque eorum putres dedolandae, inquit Colum. l. c. H.

a. Reciduntur) Non in multos annos durant, vt fagi, salices, alni, etc. vel, vt ait Columel. cap. 26. L. IV putri parte dedolantur. *Dal.*

b. Saluberrima) Colum. IV. 17. p. 139. *Quum iugum in fascem pluribus arundinibus alterna cacuminum vice ordinatum est, fere quinquennii praebet vsum.* H.

c. Connexa fasciculis) Idem Colum. cap. 17. 4. et 16. *Dalec.*

d. Ex hoc arcus) Ex hoc palmitum, ceu funium, nexu, quum ficus in arcum flectitur, Funetum vocant. H.

e. Noxia iniuria) Sic paulo post hac sect. *suffocante iniuria.* H.

tudo pariendi, fatiufque *g.* pampinos adiugatae detergere, vfque quo placeat roborari eam. Sunt qui vetant *h.* tangi proximo anno quam tranflata fit: neque [1] ante LX. menfem falce curari: tunc autem ad tres gemmas recidi. Alii et proximo quidem anno [2] recidunt, fed vt ternos quaternofve fingulis annis adiiciant articulos, quarto demum perducant ad iugum. Id vtrumque *i.* fructum tardum, [3] praeterea retorridum et nodofum reddit, pumilionum incremento. Optimum autem, matrem effe firmam poftea fetum audacem. Nec tutum *k.* eft quod cicatricofum, magno imperitiae erro-

1. *ante* XX. *menfem. Dal. Columel. c. 11. lib. IV.*
2. *recidunt folotenus,*
3. *praeter farmentum retor.*

f. Vtilior enim confuetudo pariendi) Vt robuftior et firmior vitis euadat. *Dal.*

g. Satiufque) Satius eft non ante vineam pampinare, quam fuerit iugata. Sic loquutus etiam Colum. V. 5. *Infequitur pampinator, et fuperuacuos deterget, etc.* H.

h. Sunt qui vetant, etc.) Columell. cap. 11. L. IV. *Dal.*

Sunt qui vetant) Colum. IV. 11. p. 134. *Illam veterem opinionem damnauit vfus, non effe ferro tangendos anniculos malleolos, quod aciem reformident: quod fruftra Virgilius, et Saferna, Stolonefque et Catones timuerunt, etc.* H.

i. Id vtrumque fructum tardum, etc.) in V. C. *vtrimque* habetur. lego *vtrique,* hoc eft, palmiti tam exoculato quam recifo. *Pint*

Id vtrumque) Haec vtraque ratio, inquit, et eorum qui proximo anno tangi vetant, et eorum, qui tum recidunt, fructum tardum reddit: hoc eft, farmentorum incrementum lentius facit, idemque nodofum ac retorridum, quale eft in pumilis arboribus. *Scabras et retorridas* plantas Colum. vocat, L. III. 12. quae propter nimiam ficcitatem naturali deftituuntur alimento. Scabras, ieiunas, aridas, macilentas, peruftas vox ea fignificat. H.

k. Nec tutum eft quod cicatricofum) In veterana vinea reftituenda Columella c. 22. L. IV. inter tertium et quartum pedem a terra viri-

errore. Quidquid eſt tale, plagis naſcitur *l.*, non e matre. Totas enim habet illa vires dum roboratur *m.*: et annuos [1] accipit tota fetus, quum permiſſum *n.* fuerit naſci. Nil *o.* natura portionibus parit. [2] Quae quum excreuerit, ſatis firma protinus in iugo collocari debebit: ſin etiamnum infirmior erit, ſub ipſo *p.* iugo hoſpitari reciſa. Viribus, non [3] aetate decernitur. Temerarium eſt, ante craſſitudinem pollicarem viti imperare. *q.* Sequenti *r.* anno palmites [4] ſaluentur pro viribus *s.* matris

1. *concipit.* *Dal.* 2. *Vitis quum.* *Dal.* 3. *aetate id decern.* *Dal.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard.* [*ſummittantur.* *Dal.* *ſalutentur Gr. et Al.*

viridiſſimam partem corticis acuto mucrone ferramenti vulnerat, vt e plaga pampinus fundatur, cicatriceque germen procedat. Id eſt ſcilicet quod Plinius innuit: non eſſe eliciendum e cicatricoſa plaga ſarmentum, quamuis id fiat in vite ſeniore. *Dal.*

Cicatricoſum) Quod ex cicatrice repullulaſcit. Vitem quoque cicatricoſam dixit Colum. IV. 27. et V. 5. *Quidquid circa cicatricem citauerit.* H.

l. Plagis) Per *vim* et plagas, non *ſponte* ex matre naſcitur. H.

m. Roboratur) Putatione, foſſione, ablaqueatione etc. *Dal.*

n. Quum permiſſum fuerit naſci) Niſi detrahantur ocli. *Dal.*

o. Nil natura, etc.) Sed perfecto et omnibus numeris abſoluto enixu. *Dal.*

Nil natura) Nihil natura interruptis vicibus parit. H.

p. Sub ipſo iugo hoſpitari etc.) Colum. cap. 24. L. IV. *Dalec.*

q. Imperare) Permittere vt luxuriet. Hoc genere locutionis vtitur Columella ibid. *Dal.*

Viti imperare) Vitem vel quo lubet flectere, vel reſecare, vel quouis modo cogere. Sic Colum. IV. 11. p. 134. *Nam poſt largos fructus parcendum eſt vitibus, et ideo anguſte putandum: poſt exiguos, imperandum.* H.

r. Sequenti anno . . ſalventur) Seruentur incolumes, ceteris exciſis. Vide N. et Em. N. XXXIII. (hic coll.) *Seq.*) In libris hactenus editis

matris finguli aut gemini. Iidem [1] et fequuto *t.*, fi [2] coget *u.* infirmitas, nutriantur: tertioque demum duo adiiciantur. Nec funt plures quaternis vnquam permittendi. Breuiterque, non indulgendum eft, et femper inhibenda fecunditas. Ea eft enim natura, vt parere malit, quam viuere. Quidquid materiae adimitur, fructui accedit. Illa femina *x.* mauult, quam fructum gigni, quoniam fructus caduca res eft. Sic perniciofe luxuriat: [3] nec ampliat fe, fed egerit. *y.*

Tt 5 12. Da-

1. *et fecundo. Vet.* 2. *cogit. Gr.* 3. *nec folum ampliat, etc. Dal.*

editis, *falutentur.* Dalecampius *fummittantur*, reponere nititur: atque eo pertinere putat Columellae locum ex L. IV. 16. p. 193. Vbi aliud plane tractat argumentum ab eo, in quo nunc Plinius habitat. Nos vnius literulae obliteratione *faluentur* refcripfimus, et orationi alioqui obfcurae lucem addidimus. Vfus hac voce, ne quis barbaram putet, Tullius ipfe, orat. in Pifon. n. 78 *Me poffe iterum rempublicam faluare, fi ceffiffem: infinitam caedem fore, fi reftitiffem.* Noftram emendationem tum ipfa loci fententia, tum Columellae verba conftabiliunt. Sic enim ille L. IV. 21. p. 143. *Quum aliquot annis quafi iuuenilem aetatem vineae ceperint, quot palmites relinqui debeant, incertum eft. Nam loci laetitia plures, exilitas pauciores defiderat, etc.* H.

s. Pro viribus matris) Idem ibid. c. 16. *Dal*

t. Iidem et fequuto) Anno fequenti etiam nutriendi, hoc eft, crebris putationibus in iuftam materiam educandi, vt loquitur Columella, palmites ii qui anno priore feruati funt, fi nondum pleni funt, ac iuftae craffitudinis. H.

u. Si cogit infirmitas) Lego, *nifi cogit infirmitas. Nam quum materies infirma eft, ad poftremos vfque articulos putatur, vt corroboretur fic coercita.* Columella fub finem cap. 16. L. IV. et c. 10. *Dal.*

x. Illa femina) Surculos qui feminari poffint. Gallis, *Complant.* H.

y. Egerit) Vltra iuftos et

12. Dabit consilium et soli natura. In macro, etiamsi [1] vires habebit, recisa [2] intra iugum [3] moretur, vt omnis fetura sub eo exeat. Minimum id esse debebit interuallum, vt attingat iugum, speretque, non teneat: adeo non recumbat in eo, nec delicate se spargat. Ita temperetur hic modus vt crescere etiam malit, quam parere.

13. Palmes z. duas tresue gemmas sub iugo habere debet, ex quibus materia nascatur: tunc per iugum mergi, alligarique, vt sustineatur a. iugo, non pendeat. Vinculo mox adstrictus a tertia gemma alligari: quoniam et sic coërcetur b. impetus materiae, densioresque citra pampini exsultant: cacumen religari vetant. Natura c. haec est: deiecta pars, aut praeligata fructum dat; plurimumque ipsa d. curuatura. Quod e. citra est, materiem mittit,

1. sic ex MSS. em. Hard. conf. Vet. vites Gr. et Al. 2. infra. Dal. 3. moritur. Ch.

et consuetos limites effundit. *Dal.*

Sed egerit) Temere vim omnem in sarmenta effundit. H.

z. *Palmes duas)* Haec apud Colum. V. 6. p. 190. H.

a. *Vt sustineatur iugo)* Columel. c. 26. L. IV. *Dal.*

Vt sustineatur) „Iugo superponatur, vt potius innixa perticae, quam e vinculo pendeat" inquit Colum. IV. 26. H.

b. *Coërcetur)* Lego, *Concitatur.* Nam quod ait Columel. cap. 6. L. V. pars palmitis praecipitata fructu induitur: at quae vinculo supra tertiam vel quartam gemmam adnexa sursum tendit, anno sequente materias praebet. *Dal.*

Coercetur) Ne sursum tendat, sed citra vinculum densiores se palmites citent. H.

c. *Natura haec est)* Haec apud Columellam exstant, L. IV. 20. p. 142. H.

d. *Ipsa curuatura)* Columel. cap. 20. L. IV. et cap. 6. L. V. *Dalec.*

Ipsa curuatura) Colum. l. c. *Ex eo loco quod proximum iugo ligatum est, brachia disponuntur in diuersas partes: palmaeque superpositae deorsum versus curuantur*

mittit, [1] offensante *f.* [2] crebro spiritu, et illa, quam diximus *g.*, medulla. Quae ita emicuerit materia, fructum dabit anno sequente. Sic duo *h.* genera palmitum: Quod e duro *i.* exit, materiamque in proximum annum promittit, pampinarium *k.* voca-

1. *offundente. V.* 2. *credo. M.*

tur a vinculo. Itaque id quod iugo dependet, fructu impletur :rursusque curuatura iuxta vinculum materiam exprimit. H.

e. Quod citra est) Quod infra vinculum, inquit Colum. IV. 24. p. 150. H.

f. Offensante) Inhibentibus nodis in curua distortaque vite, et ipso flexu cursum terreni humoris, seu medullae, ac vitalis spiritus, per quem ceu quodam itinere matris alimenta meant, veluti salebris retardante, inquit Colum. VI. 20. p. 142. H.

g. Quam diximus) Hac ipsa sectione his verbis: *Medulla, siue illa vitalis anima est, ante se tendit, longitudinem impellens, quamdiu nodi peruia patet fistula.* H.

h. Sic duo genera palmitum) Scribo, *Sed duo genera palmitum*, ex Colum. L. V. cap. 5. *Pint.*

Sic duo genera) Colum. V. 6. p. 190. *Sed ipsorum palmitum duo genera sunt. Alterum, quod ex duro prouenit: quod quia primo anno plerumque frondem sine fructu affert, pampinarium vocant. Alterum, quod ex anniculo palmite procreatur, quod quia protinus creat, fructuarium appellant: cuius vt semper habeamus copiam in vinea, palmitis partes ad tres gemmas religandae sunt, vt quidquid intra vinculum est, materias exigat.* H.

i. Quod e duro exit, materiamque in proximum annum promittit, pampinarium vocatur, at vbi supra cicatricem est, fructuarium. Alterum ex anniculo, etc.) Quinque illa verba: *at vbi supra cicatricem est*, videntur mihi non esse legitima auctoris; patetque id ex Colum. L. V. c. 5. his verbis: *Sed ipsorum palmitum duo genera sunt: alterum quod ex duro prouenit; quod quia primo anno plerumque frondem sine fructu affert, pampinarium vocant. Alterum quod ex anniculo palmite procreatur: quod quia protinus creat, fructuarium vocant.* Pint.

k. Pampinarium) *Pampinarium vocatur, alterum ex anni-*

[1] vocatur: at vbi ſupra cicatricem eſt, fructuarium. Alterum ex anniculo palmite, ſemperque [2] fructuarium. Relinquitur *l.* ſub iugo et qui vocatur *m.* cuſtos. Hic eſt nouellus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, ſi vitis luxuria ſe conſumpſerit. Et alius iuxta eum, verrucae *n.* magnitudine, qui [3] furunculus *o.* appellatur, ſi forte cuſtos fallat.

14. Vitis antequam ſeptimum annum a ſurculo compleat, euocata ad fructum [4] eiuncefcit *p.*, ac

1. *vocant. M.* 2. *Fructuarium relinquitur ſub iugo, et qui vocatur cuſtos Gr. et Al.* 3. *Feruncu-lus. M. furiniculus. Ch.* 4. *et ſic Ch. eiuueneſcit. M. euaneſcit Gr. et Al.*

anniculo palmite, vbi ſupra cicatricem eſt, fructuarium habendum ſemper in vinea. Relinquitur, etc. e Columella ad verbum ex cap. 5. L. V. *Dalec.*

l. Relinquitur) Colum. IV. 24. *Vna tantummodo materia iugo proxima, et vnus infra eam cuſtos erit ſummittendus, qui vitem mox in annum renouet.* Idem c. 21. *In pollicem tondeatur, quem quidam cuſtodem, alii reſecem, nonnulli praeſidiarium appellant: id eſt, ſarmentum gemmarum duarum vel trium, ex quo quum proceſſere fructiferae materiae, quidquid eſt ſupra vetuſti brachii amputatur: et ita ex nouello palmite vitis pullulaſcit.* H.

m. Qui vocatur cuſtos) Idem cap. 21. L. IV. *Dal.*

n. Verrucae magnitudine) Idem c. 24. L. eod. et c. 22. *D.*

o. Qui furunculus) Plerumque germen de cicatrice procedit, inquit Colum. IV. 22. p. 145. *quod ſiue longe proſiluerit, in flagellum ſummittitur: ſiue breuius, in pollicem: ſiue admodum exiguum, in furunculum.* Et c. 24. p. 148. *Ne verrucae ſimilis furunculus relinquatur, niſi ſi iugo ſuperiecta vitis deſiderabit ab inferiore parte reuocari.* Iterumque: *Sed ſi reſecis facultas non erit, circumſpiciendus eſt furunculus, qui quamuis anguſtiſſime praeciſus in modum verrucae proximo vere materiam exigat, quam vel in brachium, vel in fructuarium remittamus.* H.

p. Eiunceſcit) Gracileſcit, in iunci morem. Ita MSS. R. Colb. non, vt editi, *euaneſcit.* Vide quae dicturi ſu-

ac moritur. Nec veterem *q.* placet palmitem in longum, et ad quartum *r.* vſque pedamentum emitti, quod alii dracones *s.*, alii iuniculos vocant, vt faciant quae maſculeta appellant. Quum induruit vitis, peſſimum in vinea traducere. *t.* Quinto anno et ipſi palmites intorquentur, ſingulaeque e ſingulis materiae *u.* emittuntur, ac deinde e proximis: prioreſque amputantur. Semper cuſtodem relinqui melius: ſed is proximus viti eſſe debet, nec longior *x.* quam dictum eſt: et ſi luxuria-

fumus in N. et Em. N. XXXII. ſupra p. 661. H.

q. Nec veterem placet) Cauſam huius placiti mox ipſe affert: quoniam quum vitis induruit, operoſum eſt traducere, ſeu propagare. Traditum iſtud et a Colum. IV. 23. *At ſi duramenta vitis longius exceſſerint, aut in quartum, vel etiam in quintum ſtatumen prorepſerint, maiore ſumptu reſtituentur mergis. His namque, quod nobis maxime placet, propagata celerrime prouenit.* Hoc *tamen, ſi vetus et exeſa eſt ſuperficies trunci, maiorem: at ſi robuſta et integra, minorem operam deſiderat.* H.

r. Et ad quartum vſque, etc.) Huius rei idem meminit cap. 22. etc. 24. L. eodem. *Dal.*

s. Dracones) *Dracones*, palmites emeriti, annis pluribus indurati. Vide an pro *iuniculos*, legendum ſit *funiculos*. *Dal.*

Dracones) Ita vocamus, inquit ipſe paulo poſt haec ſect palmites emeritos, pluribuſque induratos annis. Colum. l. c. *duramenta.* Maſculeta vero dici videntur conſita vitibus maſculis loca, hoc eſt, iis quae non ſint ſubactae vt alios emittant palmites, ſed creſcunt altius, et attollere ſe permittuntur. H.

t. Traducere) *Traducere* vocat, mergo in vicina pedamenta quae vacua ſunt attrahere: de quibus Columel. cap. 15. L. IV. Ii vero fiunt noua conſitione, cum annicula vitis eſt, ac ſex menſium. *Dal*

Traducere) MSS. *tranſducere*: hoc eſt, mergis propagare: quum, vti explicat Colum. IV. 15. p. 137. vitis curuatur, atque ex alto ſcrobe ſummerſa perducitur ad vicinum palum etc. H.

u. Materiae emittuntur) Nouelli palmites creſcere ſinuntur. H.

x. Nec longior) Nec longior

riauerint palmites, intorqueri: vt quatuor materias, vel duas, si vniiuga *y.* erit vinea, [1] emittat.

15. Si per se *x.* vitis ordinabitur sine pedamento, qualecumque initio adminiculum desiderabit, dum stare *a.* condiscat et recta surgere. Cetera *b.* a primordio eadem. Diuidi *c.* autem putatione pollices aequali *d.* examine vndique, ne *e.* prae-

1. *emittant. Dal.*

gior tribus gemmis, vt paulo ante dictum est. H.

y. Vniiuga erit vinea) Simplici iugo fulta, canteriata. *Dalec.*

Si vniiuga) Seu canteriata, vt diximus, *simple treille.* H.

z. Si per se vitis) Si iam vitis erectae et per se stantis ὀρθαμπέλου, ratio exigitur, quae sine pedamento est. Colum. V. 5. p. 180 *Depositam ergo stirpem, id est, malleolum, vel viuiradicem formare sic conuenit, vt vitis sine pedamine consistat. Hoc autem protinus effici non potest. Nam nisi adminiculo tenerae viti atque infirmae contribueris, prorepens pampinus terrae se applicabit. Itaque posito semini arundo adnectitur, quae velut infantiam eius tueatur, atque educet, producatque in tantam staturam; quantam permittit agricola. etc.* H.

a. Dum stare condiscat) Columella cap. 5. L. V. *Dal.*

b. Cetera a primordio eadem) Quod pertinet ad scrobes, satum, malleoli delectum, et hoc genus alia. *Dal.*

Cetera a primodio) Cultura reliqua a prima terrae pastinatione, eadem quae hactenus explicata est, a n. 7. huius sectionis. H.

c. Diuidi autem pollices) Palmites e brachiis enatos, quos et custodes, et reseces, et praesidiarios vidimus paulo ante a Columella vocari. Hoc illud porro est, quod idem Columella ait, L. IV. 24. p. 149. *Sed meminisse oportebit, ne in eadem linea, vnoque latere brachii esse duas materias, pluresue patiamur: namque id maxime vitem infestat, vbi non omnis pars brachii pari vice laborat, atque aequa portione succum proli suae dispensat, sed ab vno latere exsugitur: quo fit, vt ea vena, cuius omnis humor assumitur, velut icta fulgure arescat.* H.

d. Aequali) Aequa portione ab vtroque latere. H.

e. Ne praegrauet fructus, etc.)

praegrauet [1] fructus parte aliqua, obiter *f.* idem deprimens prohibebit in excelſum *g.* emicare. Huic *h.* vineae [2] trium pedum altitudo excelſior nutat: ceteris a quinto, dum ne excedat hominis longitudinem [3] iuſtam. Iis quoque quae ſparguntur in terra, breues ad innitendum [4] cannas *i.* circumdant, ſcrobibus per ambitum [5] factis, ne vagi palmites inter ſe pugnent occurſantes: maiorque pars terrarum ita ſupinam in tellure vindemiam metit. Siquidem et in Africa, et in Aegypto, Syriaque, ac tota Aſia, et multis locis Europae hic mos praeualet. Ibi ergo iuxta terram comprimi debet vitis, eodem modo et tempore nutrita radi-ce,

1. *Lego, fructus parte altera, quos vinitor indidem: vel itidem.* 2 *tribus pedib. Dal.* 3. *iuſta eſt. Dal.* 4. *caueas Gr. et Al.* 5. *actis. Vet.*

etc.) Id eſt, quod Columella ait cap. 24. IV. *Sed meminiſſe oportebit, ne in eadem linea, vnoque latere brachii, eſſe duas materias pluresue patiamur. Namque id maxime vitem infeſtat, vbi non omnis pars brachii pari vice laborat, atque aequa portione ſuccum proli ſuae diſpenſat, ſed ab vno latere exſugitur. Quod fit vt ea vena, cuius omnis humor abſumitur, velut icta fulgure areſcat.* Dal.

f. Obiter id) Idem vtique fructus deprimens vitem eam, prohibebit in excelſum emicare. H.

g. In excelſum emicare) MSS. R. et Colb. forte ſincerius, *emittere.* H.

h. Huic vineae trium pedum altitudo excelſior) Hoc eſt, quae ternos pedes excedat. Et hanc loquendi formam Latinitas recipit. Nam Colum. de arb. c. 16. non minorem decem pedum vitem dixit: et a Plinio ruſum inferius hac ipſa ſectione dicitur, *Nulla fere XX. pedum altiore arbore.* H

i. Cannas circumdant) Vide N. et Em. N. XXXIV. (hic adi) *Iis quoque*) *Cannas*, certe, non *caueas*, vt libri omnes pertinaciter retinent, legi oportere ratio ipſa, oratioque Pliniana ſclamat. Nam caveis qui tandem poſſit vitis inniti, quamuis id Gallicus interpres velit? At cannis poteſt. Sic Palladius L. III. in Febr. tit. II. p. 57. *Aliud genus*

ce, quo in iugata vinea: [1] vt semper pollices *k.* tantum relinquantur: fertili solo *l.*, cum tribus gemmis: graciliore, [2] quinis: praestatque multos esse, quam longos. Quae de natura *m.* soli diximus, tanto potentiora sentientur, quanto propior fuerit vua terrae.

16. Genera *n.* separari, ac singulis conseri [3] tractibus vtilissimum. Mixtura *o.* enim generum etiam in vino, non modo in musto discors: aut si miscean-

1. *vt nempe Dal.* 2. *binis Dal.* 3. *hortis. Columella.*

genus est, in quo cannis pluribus circa dispositis, ipsa vitis per cannas sarmentis ligatis in orbiculos flectitur se sequentes. Et tit. 14. p. 60. *Vites autem, quae cannis in orbem cinguntur, etc.* H.

k. Vt semper pollices, etc.) Iacenti viti, inquit Columella cap. 5. L. V. *breuiores materiae submitti debent: resecces quoque angustius in modum furunculorum relinqui.* Dal.

Vt semper pollices) Seu custodes, et resecces, vti dictum est paulo ante. Colum. V. 5. p. 182. *Nec magna est putationis differentia cubantis, et stantis rectae vineae: nisi quod iacenti viti breuiores materies summitti debent: resecces quoque* (pollices Plinius, et custodes vocat,) *angustius in modum furunculorum relinqui.* H.

l. Fertili solo cum tribus gemmis, graciliore quinis) Ratio ipsa proclamat legendum hic esse *binis*, non *quinis*: nec res confirmatione indigebat: nihilominus assertorem habet haec correctio eumdem Columellam lib. de arboribus cap. 10. *In agro, inquit, crasso, validaque vinea plures gemmas et palmas relinquito, in exili pauciores.* Pint.

m. Quae de natura soli diximus) Columella cap. 20. L. III. et cap. 1. libro. IV. *Dalec.*

n. Genera separari) Colum. III. 20. p. 131. *Nil dubito quin per species dirigendae vites, deponendaeque sint in proprios hortos, semitis ac decumanis distinguendae.* Horti Columellae, Plinio tractus sunt. H.

o. Mixtura enim) Prolixe haec, et vti solet eleganter Colum. III. 21. p. 123. Plinius XIV. 9. *Dulcia vtique inter se non congruunt.* H.

ſceantur, non alia, quam pariter matureſcentia, iungi neceſſarium. Iuga altiora *p.*, quo laetior *q.* ager, et quo planior: item roſcido, nebuloſo, minuſque ventoſo conueniunt. Contra, humiliora gracili et arido, aeſtuoſo, ventiſque expoſito. Iuga ad *r.* pedamentum quam arctiſſimo nodo vinciri oportet, vitem *s.* leui contineri. Quae genera *t.* vitium, et in quali ſolo caeloque eſſent conſerenda, quum enumeraremus naturas earum et vinorum, [1] notauimus.

17. De reliquo cultu vehementer ambigitur. Plerique *u.* aeſtate tota poſt ſingulos rores confodi iubent vineam. Alii vetant *x.* gemmantem: decuti

1. *docuimus.* *Ch.*

p. *Iuga altiora*) Huius rei cauſas affert, eaſque probabiles, Colum. IV. 19. p. 142. H.

q. *Quo laetior ager*) Idem c. 19. L. IV. *Dal.*

r. *Iuga ad pedamentum*) Siue, vt loquitur Colum. IV. 16. ad ſtatumen. *Statuminibus*, inquit, *firmiora iuga ſunt alliganda, eaque vel ſaligneis perticis, vel compluribus quaſi faſciculis arundinum connectuntur, vt rigorem habeant, nec pandantur onere fructuum.* H.

s. *Vitem leui*) Colum. IV. 13. *Vinculi genus quale ſit, quo religantur ſemina* vitium, *plurimum refert: nam dum nouella vinea eſt, quam molliſſimo nectenda eſt: quia ſi viminibus ſalicis aut vlmi ligaueris, increſcens vitis ſe ipſam praecidit. Optima eſt ergo geniſta, etc.* H.

t. *Quae genera*) Supra L. XIV. 4. et 5. H.

u. *Plerique aeſtate tota, etc.*) Theophraſtus cap. 12. et 18. L. III. Cauſſ. Columella cap. 12. L. VII. et c. 28. L. IV. et cap 5. et 20. *Dal.*

x. *Alii vetant*) Colum. IV. 27. p. 155. *Si palmis incipientibus, progemmantibuſque foſſorem immiſeris, magnam partem vindemiae decuſſeris. Igitur antequam gemment, per diuortium veris atque hiemis quam altiſſime fodiendae vineae ſunt, quo laetius atque hilarius pullulent.* H.

ti enim oculos, [1] tractuque *y.* intrantium detreti: et ob id arcendum *z.* procul omne quidem pecus, sed maxime lanatum, quoniam facillime auferat gemmas. Inimicos et pubescente *a.* vua rastros: satisque esse vineam ter anno *b.* confodi, ab aequinoctio verno: ad Vergiliarum *c.* exortum, et Canis [2] ortum, nigrescente *d.* acino. Quidam ita determinant: Veterem semel a vindemia ante brumam, quum alii *e.* ablaqueare et stercorare satis putent. Iterum ab Idibus Aprilis, antequam concipiat, hoc est, in VI. Idus Maias. Deinde prius quam florere incipiat, et quum defloruerit, et [3] variante se vua. Peritiores affirmant, si iusto saepius fodiatur, in tantum tenerescere acinos, vt rumpantur. Quae

1. *tactuque. Dal.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. ortu Gr. et Al.* 3. *varia ante. Ch.*

y. Tractuque) Ita MSS. recte: non *tactu.* Attractu vestium, ac lanarum decuti gemmas indicat H.

z. *Et ob id arcendum*) Id vero acceptum a Virgilio, Georg. II. 371. *Texendae sepes etiam, et pecus omne tenendum est, Praecipue dum frons tenera, imprudensque laborum, etc.* H.

a. Pubescente vua) Quum nigrescere incipit, variante se vua. Pubescentem et quasi adolescentem dixit Colum. IV. 28. p. 156. H.

b. Ter anno confodi) Colum. l. c. *Non inficior plerosque ante me rusticarum rerum magistros tribus fossuris fuisse contentos: Ex quibus Graecinus . . . Celsus quoque et Atticus, consenserunt tres esse motus in vite, seu potius in omni surculo naturales: vnum, quo germinet: alterum, quo floreat: tertium, quo maturescat. Hos ergo motus censent fossionibus concitari.* H.

c. Ad Vergiliarum exortum) Oriuntur sexto Idus Octobris, id est, ad vndecimum diem. *Dal.*

Ad Vergiliarum) De hoc exortu, quem praepostere assignat Dalecampius, dicemus L. XVIII. 66. H.

d. Nigrescente acino) Acinum vuae nos granum appellamus. H.

e. Quum alii ablaqueare) Colum. V. 4. cuius verba retulimus. f. 31. H.

Quae fodiantur *f.*, ante feruentes horas diei fodiendas conuenit: ſicuti lutum neque arare, neque fodere. Foſſione *g.* puluerem excitatum contra ſoles nebulaſque prodeſſe.

18. Pampinatio *h.* verna in confeſſo eſt, ab Idibus Maiis, intra dies x. vtique *i.* antequam florere incipiat: et eam infra iugum debere fieri. De ſequente *k.* variant ſententiae. Quum defloruerit, aliqui pampinandum putant: alii ſub ipſa maturitate. Sed de his Catonis praecepta decernent. Namque et putationum [1] tradenda ratio eſt.

19. Protinus *l.* hanc a vindemia, vbi caeli tepor

Vv 2

1. *hic ratio eſt.*

f. Quae fodiantur) Colum. L. de arb. c. 12. *Simul atque vua variari ceperit, fodito tertiam foſſuram; et, quum iam matureſcet, ante meridiem priuſquam calere incipiet, et quum deſierit, poſt meridiem fodito, pulueremque excitato: ea res et a ſole, et a nebula maxime vuam defendit. Lutulentam terram, neque arare, neque fodere oportet: quia valde dureſcit, et finditur.* H.

g *Foſſione puluerem, etc*) Theophr. cap. 22. L. III. Cauſſ. et cap. 8. L. II. hiſt. Columella cap. 28. L. IV. et cap. 12. L. vltim. et ſupra cap. 9. huius libri, ὑποκόνισιν Theophraſtus vocat. *Dalecampius.*

Foſſione) Colum. l. c. et L. IV. 28. p. 156. H.

h. Pampinatio) Pampinorum, ſeu foliorum vitis, quae ſuperuacua ſunt, auulſio. Vineas pampinare, *épamprer la vigne, ôter les feuilles et les bourgeons ſuperflus.* De pampinationis tempore facit cum Columella Plinius, l. c. et Pallad. L. VI. in Maio, tit. 2. p. 115. *Hoc menſe,* inquit iſte, *pampinari conueniet: ſed tunc eſt opportuna pampinatio, quum teneri rami digitis ſtringentibus crepabunt ſine difficultate carpentis.* H.

i. Vtique antequam florere incipiat) Columella cap. 6. et 7. L. IV. Varro cap. 31. L. I. *Dal.*

k. De ſequente) De ſecunda pampinatione. H.

l. Protinus) Colum. IV. 10. p. 134. *Putandi autem duo ſunt tempora: melius autem, vt ait Mago, vernum.* Et

por *m.* indulget, adoriuntur. Sed hoc fieri *n.* numquam debet ratione *o.* naturae ante Aquilae *p.* exortum, vt in siderum caussis docebimus proximo volumine. Imo vero Fauonio, quoniam *q.* anceps culpa sit praeproperae festinationis. Si saucias recenti *r.* medicina mordeat quaedam hiemis ruminaito *s.*, certum est gemmas earum frigore hebetari,

Et extremo capite: *sed nec vtique verno omnibus regionibus melior putatio est: vbi vero aprica loca sunt, mollesque hiemes, optima et maxime naturalis est autumnalis, etc.* Item c. 23. *Placet ergo, si mitis ac temperata permittit, in ea regione, quam colimus, caeli clementia, facta vindemia secundum Idus Octobris auspicari putationem: quum tamen aequinoctiales pluuiae praecesserint . . . nam siccitas seriorem putationem facit.* Geop. auctor V. 23. p. 141. μετὰ τρυγητὸν, *post vindemiam.* Vineam putare, *tailler la vigne.* H.

m. Vbi caeli tepor indulget) Colum. cap. 10. et 24. L. IV. Theophr. cap. 20. L. III. Causs. *Dal.*

n. Sed hoc fieri) Plinius XVIII. 69. vbi de exortu Aquilae dixit, statim subiungit: *Nec patitur ratio naturae quidquam in satis ante eum diem spei esse certae.* H.

o. Ratione naturae) *Ob occultas*, quas habet natura, causas. H.

p. Ante Aquilae exortum) Septimo Idus Decemb. siue ad septimum diem eius mensis. *Dal.*

Aquilae exortum) De quo dicemus L. XVIII. 69. Et de Fauonii flatu, eodem libro §. 59. H.

q. Anceps culpa sit, etc.) Dubitari possit, festinatione peccatum fuisse. *Dal.*

Quoniam anceps) Quoniam dubitari possit, an praepropera festinatione peccatum sit, quum post exortum Fauonii contingere adhuc possit quaedam hiemis iteratio, quae suo frigore gemmas hebetet, plagasque findat: prohibeatque ne cortex moueatur, qui cicatricem consanet, vt loquitur Colum. IV. 29. H.

r. Recenti medicina) Recenti putatione. H.

s. Ruminatio) Irruptio, reuocatio, reditus, recursus: an erosio, exustio. Sic certe Varro capite 14. libro III. de re rust. dixit cochleas interiecta laurea folia ruminantes ad propalam diu vitam producere. Lego, *terminatio*, id est, mitescentis hiemis

ri, plagasque findi, et caeli vitio exuri oculos lacryma distillante. Nam gelu fragiles fieri quis nesciat? Operarum *t.* ista computatio est in latifundiis, *u.* non legitima naturae festinatio. Quo maturius *x.* putantur *y.* aptis diebus, eo plus materiae fundunt: quo serius, eo fructum vberiorem. Quare macras *z.* prius [1] conueniat *a.* putare, validas nouissime. *b.* Plagam *c.* omnem obliquam fieri, vt facile decidant imbres: et ad terram *d.* verti

 quam

1. *sic ex MSS. em Hard. conf. Ch. conuenit Gr. et Al.*

hiemis, et quam abiisse putes exasperatio, ac sub exitium nouus rigor: vulgo *La queue de l'hyuer.* Dal.

Ruminatio) Iterata hiemis acerbitas. H.

t. Operarum ista) Quod gemmae sic frigore interdum adurantur, non id naturae tribuendum, sed agricolis, qui in latifundiis nimis praepropere festinant. Namque *vbi ruris vastitas* (sic loquitur Colum. IV. 23. p. 147) *electionem temporis negat, valentissimam quamque vineti partem frigoribus deputant.* H.

u. In latifundiis non legitima natura festinatio) Romana impressio, et quaedam alia exemplaria: *In latifundiis vero legitima*, etc. quae lectio magis mihi probatur ex Columella libro IV. cap. 24. *Pintian. In latifundiis, etc.*) In quibus, vt ait Columella cap. 23. L. IV. ruris vastitas electionem temporis negat. *Dal.*

x. Quo maturius) Colum. l. c. *Nec dubium quin sit horum virgultorum natura talis, vt quanto maturius detonsa sint, plus materiae: quanto serius, plus fructus afferant.* H.

y. Putantur aptis diebus) Idem ibid. *Dalec.*

z. Quare macras) Colum. l. c. *Valentissimam quamque partem vineti, frigoribus: macerrimam, vere vel autumno.* H.

a. Prius conuenit putare) Autumno, aut vere. *Dal.*

b. Nouissime) Frigoribus. *Dal.*

c. Plagam omnem) Colum. IV. 9. p. 133. *Medio fere internodio ea plaga obliqua falce fit, ne si transuersa fuerit cicatrix, caelestem superincidentem aquam contineat.* Et cap. 14. *Plagae, quas in duro*

ro

quam leuiſſima cicatrice acie *e.* falcis exacta, plagaque [1] conlaeuata. Recidi *f.* autem ſemper inter duas

1. *conuelata Gr. et Al.*

ro vitis accipit, obliquae rotundaeque fieri debent, etc. H.

d. Et ad terram) Col. l. c. p. 134. *Sed nec ad eam partem qua eſt gemma, verum ad poſteriorem plaga declinatur, vt in terram potius deuexa, quam in germen delacrymet. Namque defluens humor coecat oculum, nec patitur frondeſcere.* H.

e. Acie falcis exacta plagaque conuelata) Lego, *acie falcis exacuta, plagaque conlevata.* Nam ſcriptores rei ruſticae frequenter admonent leuandam eſſe plagam: quorum verborum intellectum Columella oſtendit lib. de arboribus cap. 10. *Vindemia*, inquit, *facta ſtatim putare incipito ferramentis quam optimis et acutiſſimis. Ita plagae leues fient, neque in vite aqua conſiſtere poterit. Quae ſimulatque immobilis eſt, corrumpit vitem, vermeſque et alia creat animalia quae materiam erodunt.* Pint.

Acie falcis exacta) Ductu falcis acutae ſic effici debet, vt ſit leuiſſima cicatrix, et vno veſtigio allaeuetur. *Duris enim*, vt ait Colum. IV. 24. *et acutiſſimis* ferramentis *totum iſtud opus exſequendum eſt, obtuſa et hebes, et mollis falx putatorem moratur*, etc. Et cap. 25. *Tutior et vtilior putatio eſt, quae ductu falcis, non ictu conficitur. Nam ea plaga quae ſic efficitur, vno veſtigio allaeuatur.* Quo ex loco intrepide, *plagaque conlaeuata* reſcripſimus in Pliniano contextu, quum prius *conuelata* legeretur: nulla prorſus, aut inextricabili certe ſententia. Sic idem Colum. V. 6. de ſtirpe arborum: *Poſt annum praecidi et allaeuari oportet.* Et mox: *Si fieri poterit, vno ictu arborem praecidi: ſi minus, ſerra deſecari, et plagam falce allaeuari oportet*, hoc eſt, laeuigari, ſeu laeviorem fieri. Id acuto ferramento fit, vt ait idem L. V. 11. H.

f. Recidi . . . inter duas) Medio fere internodio inquit Colum. IV. 24. p. 151. *Optimum eſt tondere palmitem, deuexamque reſectionem facere poſt gemmam, ne ſuperlacrymet, et gemmantem coecet oculum.* Et c. 9. p. 133. *Putatio non debet ſecundum articulum fieri, ne reformidet oculus, ſed medio fere internodio ea plaga obliqua falce fit*, etc. H.

duas gemmas, ne ſit [1] vulnus oculis in reciſa parte. Nigram eſſe [2] eam exiſtimant, et donec *g.* ad [3] ſincera *h.* veniatur, recidendam: quoniam *i.* e vitioſo [4] materia vtilis non exeat. Si macra vitis idoneos palmites non habeat, ad terram *k.* recidi eam, nouoſque elici vtiliſſimum. In pampinatione non [5] hos detrahere *l.* pampinos, qui cum [6] vua ſint: id etenim vuas ſupplantat, praeterquam in nouella vinea. Inutiles iudicantur in latere nati, non ab oculo: quippe *m.* etiam vua, quae naſcatur duro rigeſcente, vt niſi *n.* ferro detrahi non poſſit. Pedamentum *o.* quidam inter duas vites vtilius pu-

 tant

1. *vulneratus oculus. V.* 2. *laeſam. V.* 3. *ſinceram. M.* 4. *vitioſa materie. Gr.* 5. *eos de his. Ch.* 6. *vua futuri ſint. V.*

g. Et donec ad ſincera veniatur) Columella cap. 14. L. IV. *Dalec.*

h. Ad ſincera) Ad tenera, et viridia, inquit Colum. IV. 24. H.

i. Quoniam e vitioſa materia vtilis non exeat) Vetus exemplar: *quoniam e vitioſo vtilis materia non exeat.* Pint.

k. Ad terram recidi eam) Columella cap. 11. L. IV. id damnat. *Dalec.*

Ad terram recidi) Quod in macra vite fieri ſapienter monet, id in omni viuiradice faciendum olim putarunt Virgilius, Saſerna, Stolo, Cato, qui vt recte Colum. animaduertit, IV. 11. *non ſolum in eo errabant, quod primi anni capillamenta ſeminum intacta patiebantur, ſed et poſt biennium, quum viuiradix recidenda erat, omnem ſuperficiem amputabant ſolo tenus iuxta ipſum articulum, vt e duro pullularet*: quod ipſe merito multis nominibus improbat. H.

l. Hos detrahere pampinos) In vite, quam Canthaream vocant. Theophraſt. cap. 20. L. III. Cauſſ. ſummas vuas etiam detrahit. *Dal.*

m. Quippe etiam) Quippe etiam *inutilis* eſt vua, quae naſcatur e duriore, atque ita rigeſcente trunco, vt niſi ferro detrahi non poſſit, *non digito decuti.* H.

n. Vt niſi ferro detrahi, etc.) Falce: non autem digiti tractu decuti. *Dal.*

o. Pedamentum, etc.) In reſti-

tant ſtatui: [1] et facilius ablaqueantur ita: meliuſque eſt vniiugae *p.* vineae, ſi tamen et ipſi iugo ſint vires, nec flatu infeſta regio. In quadripartita *q.* quam proximum oneri adminiculum eſſe debet: ne tamen impedimentum ſentiat ablaqueatio, cubito *r.* abeſſe non amplius: ablaqueari autem prius, quam putari, iubent.

20. Cato *s.* de omni cultura vitium ita praecipit.

1. *Nam facil. Dal.*

reſtituenda veteri vinea, Columella c. 22. L. IV. *Dal.*

Pedamentum quidam) Siue, vt Columella loquitur IV. 16. *medio internodio.* H.

p. Vniiugae vineae) Vt ſupra, ſimplici canterio ordinatae. *Dal.*

Vniiugae) Quae iugo ſimplici conſtat, vt ſuperius diximus, *ſimple treille.* Colum. IV. 17. *Poteſt tamen, ſi vel parum late diſpoſita vinea, vel parum fructuoſa, caelumque non turbidum nec procelloſum habeat, vno iugo contenta eſſe. Nam vbi magna vis et incurſus eſt pluuiarum, procellarumque . . . . ibi quaſi quadrato circumfirmanda eſt agmine.* H.

p. Nec flatu infeſta regio) Columella cap. 27. L. IV. *Dal.*

q. In quadripartita, etc.) Vinea in quatuor brachia diuiſa, quae in ſtellarum iugum diſperguntur: de qua Columel. cap. 17. et 21. L. IV. et cap. 5. L. V. *Dalec.*

In quadripartita) Vinea ſcilicet, quae vniiugae opponitur, et ſuperius in vinearum diuiſione compluuiata cognominata eſt: Columellae l. c. quadrato quaſi circumfirmata agmine. *Vigne à quatre pantes.* Fruſtra ſunt qui brachiatam Columellae vitem huc ſputant attinere, de qua ille L. V. 5. p. 180. H.

r. Cubito abeſſe) Pedale modo Columella interuallum aſſignat, L. IV. 16. *Prope truncum ſi defigitur palus, pedali ſpatio recedendum eſt, ne aut premat, aut radicem vulneret, et vt foſſor ab omni parte ſemina circumfodiat.* H.

s. Cato) Catonis locus eſt cap. 33. quod hic fere integrum ad verbum deſcripſit. *Dal.*

Cato) De R. R. c. 33. p. 29. et 30, quod caput ferme integrum ſimile huic loco Plinii eſt. H.

pit. Quam altiſſimam vineam facito, alligatoque recte, dum ne nimium conſtringas, hoc modo eam curato: Capita *t.* vitium putata circumfodito, arare incipito. [1] Vltro citroque ſulcos perpetuos ducito. Vites *u.* teneras quamprimum propagato, veteres quam minimum caſtrato. Potius, ſi opus [2] erit, deiicito, biennioque poſt praecidito. Vitem nouellam reſecari tum erit *x.* tempus, vbi valebit. Si vinea ab vite caluata *y.* erit, ſulcos interponito, ibique [3] viuiradicem ſerito. [4] Vmbram *z.* a ſulcis remoueto: crebroque fodito. In vinea

 vete-

1. *vltra citraque. M.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. fuerit Gr. et Al.* 3. *viuam radicem. Ch.* 4. *Herbam D.*

t. Capita vitium putata circumfodito) Locus eſt mutilatus: ſcribo, *Capita vitium per ſementim ablaqueato. Vineam circumfodito.* ex ipſo Catone c. 33. *Pintianus.*

u. Vites teneras quamprimum propagato: veteres quam minimum) Aeſtimandum an legi debeat non *quam minimum*, ſed *quam plurimum*, quia aduerſatur *quam minimo*, quod ſtatim ſequitur. Item expende an diuerſa diſtinctione legenda ſint verba paulo poſt, hoc ordine: *caſtrato potius ſi opus fuerit, deiicito.* Dal.

x. Tum erit tempus, vbi valebit) Codex antiquus, *tutum erit tempus, vbi valebit.* In Catone tamen vt in impreſſis, *Dal.*

y. Caluata erit) Apud Catonem *calua* legitur, hoc eſt viduata, deſtituta, orbata. Sic *vitis caluitium* Columella dixit cap. 29. L. IV. *Dalec.*

Caluata erit) Caluata vinea appellatur, in qua rarae vites ſeu trunci ſunt: vt calvi homines dicuntur, quibus vel nullus eſt, vel rarus capillus. Colum. IV. 29. vitis caluitium dixit. Item IV. 35. *Propter quae*, inquit, *ſaepe noua caſtaneta caluescunt*, hoc eſt, rareſcunt, et minus frequentia et denſa ſunt. H.

z. Vmbram a ſulcis remoueto) Verba ſunt etiamnum Catonis. Vide et Colum. cap. 5. L. IV. *Dalec.*

z. Vmbram a ſulcis) Sunt haec etiamnum apud Catonem. Herbam temere reponit Dalecampius pro vmbra. A ſulcis, hoc eſt, a vitibus, quae ſunt in ſulcis. H.

1 veteri ſerito ocymum. Si macra *a.* erit, quod granum capit, 2 ne ſerito: et circum capita addito ſtercus, paleas, vinaceas, aut aliquid *b.* horumce. Vbi vinea frondere ceperit, pampinato. Vineas nouellas alligato crebro, ne caulis praefringatur. Et quae iam in perticam 3 ibit, eius pampinos *d.* teneros alligato leniter *e.*, porrigitoque. 4 Vbi recte 5 ſteterint, vbi vua *f.* varia fieri ceperit, vites ſubligato. *g.*

21. Vitis *h.* inſitio vna eſt per ver, altera quum vua floret: ea optima eſt. Vineam *i.* veterem ſi in alium locum tranſferre voles, dumtaxat brachium craſ-

1. *vetere Cb.* 2. *inſerito. M.* 3. *iuit. V.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. quae vbi recte Gr. et Al.* 5. *ſtent, vbi vua Vallaria. Cb.*

a. Si macra erit) Cato: *Si macra erit, quod granum capiat, ne ſerito:* hoc eſt, ſi vitis eſt macrior, ne vineae interſeras id, quod in frugem et granum ſolet maturescere: ſed pabulum vel farraginem, quae viridia ſubſecantur, prius quam ſpicam capiant. H.

b Aut aliquid horumce) In Catone cap. 33. *aut aliquid horum quo rectius valeat.* Pint.

c. Et quae iam in perticam) Cui longiora iam ſarmenta ſeu flagella erunt. H.

d. Pampinos teneros alligato leuiter porrigitoque Quae vbi recte ſteterint, vbi vua varia fieri ceperit) Cato loco citato: *pampinos teneros alligato leniter corrigitoque, vti recte ſtent: vbi vua varia, etc.* Dal.

Pampinos) Palmites. H.

e. Porrigitoque) Cato: *Corrigitoque vti recte ſpectent. Vbi vua varia fieri ceperit, vites ſubligato, pampinato, etc.* Hactenus ille, c. 33. H.

f. Vbi vua) Vbi mutare colorem vua ceperit. H.

g. Subligato) Hactenus Catonis verba cap. 33. vbi haec praeterea etiam leguntur: *ſubligato, pampinato, vuaſque expellito, circum capita ſarrito.* Dalec.

h. Vitis inſitio vna eſt per ver) Vide Catonem cap. 41. *Dal.*

Vitis inſitio) Cato, c. 41. p. 36. totidem verbis. H.

i. Vineam veterem) Haec dein-

1 crassum licebit. Primum deputato. Binas gemmas, nec amplius relinquito. Ex radicibus bene effodito. *k.* Et caue radices 2 ne saucies. Ita vti fuerit, ponito in scrobe aut in sulco, operitoque, et bene 3 occulcato. Eodemque modo vineam *l.* 4 statuito, alligato, 5 flexatoque *m.* vti fuerit, crebroque fodito. Ocymum *n.*, quod in vinea seri iubet, antiqui appellabant pabulum, vmbrae patiens, quod celerrime proueniat.

22. (XXIII.) *o.* Sequitur *p.* arbusti ratio, mirum

1. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. crassum licebit primum Gr. et Al.* 2. *ne, in Cb. d.* 3. *occultato. M. et Cb.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. vti rectius hoc exemplar fuerit. Cato. Vineam statuminato Gr.* 5. *flexato. Cato. laxatoque. Gr. et Al.*

deinceps Cato, cap. 49. plane ad verbum. H.

k. Bene effodito) Cato, *Effodito, vsque radices persequitor, et caueto.* Dal.

l. Vineam statuito) Statuminibus seu pedamentis fulcito. Sic MSS. omnes, et Cato: non, vt libri editi, *statuminato.* H.

m. Flexatoque) Ita Cato, et MSS. non *laxatoque.* H.

n. Ocymum) Differt ocymum ab ocimo, de quo Plin. XIX. 35. et alibi. Vtrumque distinguit Varro de R. R. I. 31. *Ocymum,* inquit, *dictum a Graeco verbo ὠκέως, quod valet cito. Similiter quoque ocimum in horto. Hoc amplius dictum ocymum, quod citat aluum bubus, et ideo datur vt purgentur. Id genus pabuli sunt segetes sectae virides ante quam gerant siliquas.* Vult igitur ocymum aeque ac ocimum ab ὠκέως *cito* nomen traxisse: istud, quod celerrime nascatur, vt Plinius mox cit. illud quod bubus aluum citet. Est igitur ocymum, boum, equorum, aliorumue animalium pabulum, ex frugum leguminumque mixtura. Nos farraginem vulgo dicimus, *du Fourage.* Agricolae, *de la Dragée.* Vide quae de farragine dicturi sumus L. sq. s. 10. Catonis locus est. e c. 33. vt ante diximus. H.

o. Ad Inscr. Ratio arbustorum) Cato c. 7. Colum. c. 3. L. III. et cap. 6. et 7. L. V. et cap. 16. L. De arboribus. *Dal.*

rum in modum damnata [1] Sasernae *q.* patri filioque, celebrata Scrofae, vetustissimis post Catonem, peritissimisque: ac ne a Scrofa quidem, nisi [2] Italiae, concessa: quum tam longo iudicetur aeuo, nobilia vina non nisi in arbustis gigni, et in his quoque laudatiora summis, sicut vberiora imis: adeo *r.* excelsitate proficitur. Hac ratione *s.* et arbores [3] religantur. Prima omnium vlmus; excepta *t.* propter nimiam frondem atinia. Deinde populus *u.* nigra, eadem de causa, minus densa folio. Non spernunt plerique et fraxinum, ficumque, etiam oleam, si non sit vmbrosa ramis. Harum satus cultusque abunde tractatus est. Ante tricesimum *x.* sextum mensem attingi falce vetantur. Alter-

1. *Sasserna patre. Ch Sarsennae Gr. et Al.* 2. *et sic M. nisi vni Italiae Gr. et Al.* 3. *sic et M. eligun-tur Gr. et Al.*

p. Sequitur arbusti) Quid arbustum sit, diximus §. 15. H.

q. Sarsennae patri filioque) Scribo *Sasernae*, non *Sarsennae*. Colum. L. I. c. 1. *Iam nunc M. Catonem Censorinum illum memoremus, qui eam Latine loqui primus instituit. Post hunc duos Sasernas, patrem et filium, qui eam diligentius erudierunt.* Meminit Varro quoque vtriusque Sasernae libro primo de re rust. capite secundo. *Pint.*

r. Adeo excelsitate) Pallad. L. III. in Febr. tit. 13. p. 59. *Qui fructum volunt maximum, materias vitium plures per ramos arboris submittunt: qui vinum melius, sarmenta in cacumen extendunt.* H.

s. Hac ratione) Sic et arbores, inquit, pati vincula docuimus. Prius *eliguntur* in libris editis legebatur: nos conditiua ac vetusta exemplaria, quae sunt sinceriora et saniora, sequimur. H.

t. Excepta) Ne hanc quidem excipit Col. III. 6. p. 184. et L. de arb. cap. 16. H.

u. Deinde populus etc.) De populo nigra et fraxino, eadem Pallad. l. c. p. 56. H.

x. Ante tricesimum) Col. de

Alterna seruantur brachia: alternis putantur annis: sexto anno maritantur. Transpadana Italia, praeter supra dictas, cornu, [1] populo *y*., tilia, acere, orno, carpino, quercu, arbustat *z*. agros. Venetia *a*. salice, propter vliginem soli. Et vlmus detruncata a medio in ramorum *b*. scamna digeritur, nulla *c*. fere xx. [2] pedum altiore arbore. Tabu-

1. *opulo. Colum. c. 6. L. V.* 2. *pedibus, Dal.*

de arb. c. 16. *Ante triennium ferro ne attigeris . . Completis sex et triginta mensibus ad recipiendam vitem formabis, et superuacuos ramos amputabis, alterna brachia in modum scalarum relinquens*, etc. H.

y. *Cornu, populo*) Ita MSS. omnes. De alba populo accipiendum id est; nigrae enim facta iam superius mentio. Alii *opulo* ex Columella hic substituunt: sed vide N. et Em. ad L XIV. N. III. H.

z. *Arbustat agros*) Arbustare, est arboribas agrum conserere ad maritandas vites. Itaque salices vinitores Veneti conserunt, quod sint vliginosi in eo tractu agri, hoc est, naturali humore madentes, qui numquam ab ipsis recedit. Sunt autem aquaticae salices, et in aqua fere satae, vt dictum est L. XVI. 17. H.

a. *Venetia salice propter vliginem soli*) Nihil decerno, solum noto posse etiam legi, *quin etiam salice propter vliginem soli*, ex Columella L. V. cap. 6. *Pintianus*.

b. *In ramorum scamna*) Scamna ramorum, et tabulata vocat ramos prominentes in arbore, multiplici quasi contignatione in circuitum ordinatos: *Branches disposées en diuers étages*. Describit haec Colum. V. 6. p. 187. *Vlmum*, inquit, *nouellam sic formare conueniet: Loco pingui octo pedes a terra sine ramo relinquendi, vel in aruo gracili septem pedes: supra quod spatium deinde per circuitum in tres partes arbor diuidenda est, ac tribus lateribus singuli ramuli summittendi, primo tabulato assignentur. Mox de ternis pedibus superpositis alii rami, summittendi sunt, ita ne iisdem lineis, quibus in superiore positi sunt: in eademque ratione vsque ad cacumen ordinanda erit arbor*. Et paulo ante: *Tabulata inter se ne minus ternis pedibus absint*, etc. H.

Tabulata earum ab octauo pede altitudinis dilatantur in collibus ficcisque agris: a xii. in campestribus et humidis. Meridianum *d.* solem spectare [1] palmae *e.* debent. Rami *f.* a proiectu digitorum modo subrigi, tonsili in his tenuium quoque virgultorum barba *g.*, ne obumbrent. *h.* Interuallum

1. *palmites. Vet.*

c. Nulla fere xx. *pedum altiorei arbore)* Legendum xv. non xx. ex eodem auctore, eodem loco. *Dal.* *Nulla fere XX)* Colum. V. 7. detruncari praecipit ad altitudinem XV. pedum. *Potest etiam vlmus sic disponi, vt adhuc tenera decacuminentur, ne altitudinem XV. pedum excedat. Nam fere ita constitutum rumpotinetum animaduerti, vt ad octo pedes locis siccis et cliuosis, ad duodecim locis planis et vliginosis tabulata disponantur.* H.

d. Meridianum palmae) A similitudine palmae, seu volae manus, palmam vocat in vlmo partem eam teretem trunci, seu caudicis, cuius ab vtroque latere rami ceu digiti enascuntur. *Palmites ipsi vitium sarmenta appellantur*, inquit Festus, *quod in modum palmarum humanarum virgulas quasi digitos edunt.* Palmae arboris seu caudici primum vitis innititur: mox in ramos etiam palmites diducuntur: ramos spectare orientem solem, vel occidentem conuenit, vt meridiano palma obiecta sit, vitisque ei applicata plus caloris accipiat, inquit Columella V. 6. p. 186. Palmas in populo pariter iam superius XIV. 3. Plinius appellauit: *Populus arbor*, inquit, *cuius tabulata in orbem patula replent, puroque, perducto* vites *dracone in palmam eius, inde subrectos ramorum digitos flagella dispergunt.* Qui palmas hoc loco de sarmentis accipiunt, aut *palmites* legi suadent, nec quo nunc in argumento Plinius habitet, considerant, et inscitiam suam produnt. Nam de palmitibus vitium inferius verbis conceptis agitur. H.

e. Palmae debent) Sarmenta, quae velut in furcas diuiduntur, et ramos. *Dalec.*

f. Rami) Vlmorum, aliarumque arborum, ex quibus arbustum constat: hi sese ab arbore proiiciunt. H.

g. Barba) Barbam vocat, ramulos et surculos tenues

lum *i.* iustum arborum, si aretur solum, quadrageni pedes in terga frontemque, in latera viceni. Si non aretur, hoc in omnes *k.* partes. Singulis [1] denas *l.* saepe adnutriunt vites, [2] damnato agricola minus ternis. Maritare *m.*, nisi validas, inimicum, enecante veloci vitium incremento. Serere *n.* tripedaneo scrobe necessarium distantes inter sese arboremque singulis pedibus. Nihil ibi malleolis atque pastinationi, nulla fodiendi impendia: vtpote quum arbusti ratio hac peculiari dote praestet, quod in eodem solo seri fruges et vitibus prodest. Superque, quod vindicans se altitudo, non,

1. *dena. Gr.* 2. *damnante. D.*

e sarmentis prodeuntes. *Dal.*

Barba) Ramuli tenuiores, qui e crassioribus pullulascunt. Virgae sunt Colum. V. 7. *Plerumque autem ea arbor in tres ramos diuiditur, quibus singulis ab vtraque parte complura brachia summittuntur: tum omnes paene virgae, ne obumbrent, eo tempore, quo vitis putatur, abraduntur.* H.

h. Ne obumbrent) Ne aemula vmbra viti noceat, vt ait Colum. V. 6. H.

i. Interuallum) Colum. V. 7. p. 193. *Arboribus rumpotinis,* (hoc est arbustiuis, vt diximus L. XIV. 3) *si frumentum non inseritur, in vtramque partem XX. pedum spatia interueniunt. At si segetibus iudulgetur, in alteram partem XL. pedes, in alteram XX. relinquuntur.* H.

k. Hoc in omnes) Id est, viceni pedes in omnem partem, Colum. l. c. et c. 6. p. 186. H.

l. Singulis) Singulis arboribus denas saepe alligant vites: damnatur incuriae et imperitiae agricola, qui tantum ternas applicet. H.

m. Maritare) Eleganter Colum. V. 6. *At si teneram vlmum maritaueris, nouam sufferet vitem: si vetustam vitem applicueris, coniugem necabit: ita sibi pares esse aetate et viribus arbores vitesque conuenit.* H.

n. Serere tripedaneo scrobe) Scribo, *quadripedaneo,* ex eodem Columella libro de arboribus capite 16. *Pintianus.*

non, vt in vinea *o.*, ad arcendas animalium iniurias pariete, vel ſepe, vel foſſarum vtique impendio muniri ſe cogat.

23. In arbuſto *p.* e praedictis ſola viuiradicum ratio, item propaginum, et haec gemina, vt diximus. *q.* Qualorum *r.* [1] in ipſo tabulato maxime probata, quoniam a pecore tutiſſima eſt. Altera *s.*, deflexa vite vel palmite iuxta ſuam arborem, aut circa

[1] *et. Ch.*

Serere) Vites nimirum: quas ab arbore ſua diſtare ſeſquipedis ſpatio, Palladius iubet, L. III. in Febr. tit. 10. p. 57. Pedali tantum, vt Plinius, ita et Colum. L. de arb. 16. H.

o. Non, vt in vinea) Et in arbuſto quoque, niſi in eodem ſolo ſatae ſunt fruges, *ab iniuria pecoris caueis emuniri* vites, caute Columella admonet, L. V. 6. H.

p. In arbuſto) Vitis, inquit, in arbuſto, viuiradice tantum et propagine ſeritur, propagine quidem gemina, quam ſ. 2. explicuimus. H.

q. Diximus) Supra c. 13. huius libri. *Dalec.*

r. Qualorum in ipſo tabulato, etc.) Cato cap. 52. *Dal.*

Qualorum) Subintellige, ratio vitem propagandi per qualos pertuſos, explicata a nobis, ſ. 21. Hanc rationem optime Palladius l. c. deſcribit. *Eſt et illud*, inquit, *de transferenda ex arbuſto vite compendium. Fit ex vimine parua corbicula.... Haec ad arborem, cui vitis inhaeret, fertur: et in fundi media parte pertunditur, quo ſarmenti virgam poſſit admittere. Inducto itaque ſarmento vitis eius, de qua transferre diſponis, corbicula ipſa ex aliqua arboris parte ſuſpenditur, et viua terra repletur, vt ſarmentum terra poſſit includi, quod ſarmentum prius intorquetur. Ita exacto annui temporis ſpatio ſarmentum, quod clauſum eſt, radices creabit intra praedictam corbiculam. Tunc ſub fundo corbis inciſum radicatum ſarmentum cum ipſa corbe portabitur ad locum, quem vitibus arbuſtiuis deſtinabis implere, ibique obruetur circa arboris maritandae radices.* H.

s. Altera) Altera ſerendae vitis arbuſtiuae ratio. H.

[1] circa proximam coelibem. *t.* Quod supra terram est e matre, radi iubetur, ne fruticet. In terra non pauciores gemmae quatuor obruuntur ad radicem capiendam: extra in capite binae relinquuntur. Vitis *u.* in arbusto quatuor pedet [2] in longo constat, omni sulco tres lato, alto duos cum semipede. Post annum propago inciditur ad medullam, vt paulatim radicibus suis assuescat: caulis *x.* a capite ad duas gemmas reciditur: tertio totus mergus abscinditur, reponiturque altius in terram, ne ex reciso frondeat. Tolli viuiradix a vindemia protinus debet.

24. Nuper repertum, draconem serere iuxta arborem: ita appellamus palmitem emeritum, pluribusque induratum annis. Hunc praecisum quam maxima amplitudine, tribus partibus longitudinis deraso cortice, quatenus [3] obruatur, (vnde et rasilem vocant,) deprimere sulco, reliqua parte ad arborem erecta: ocyssimum in vite. Si gracilis sit vitis aut terra, vsitatum est quam proxime solum decidi, donec firmetur radix: sicut *y.* neque roscidam seri, neque a Septemtrionis flatu. Vites Aquilonem spectare debent ipsae, palmites autem [4] earum meridiem.

Non

1. *citra. Ch.* 2. *in longum. Dal.* 3. *obseruatur. Ch.* 4. *earumdem ad Meridiem. M.*

t. Coelibem) Cui maritata vitis nulla sit. Viduam infra vocat. H.

u. Vitis in arbusto) Viti in arbusto serendae sulcus paratur, in quatuor pedes longus, in tres altus, in dupondium et semissem latus, inquit Colum. L. de arb. c. 16. ex quo corrigendus Plinii locus videtur, ac permutandae inuicem latitudinis altitudinisque mensurae: nisi diuersa caeli ac soli ratio habeatur. H.

x. Caulis) Palmes. H.

y. Sicut nec roscidam) Colum. V. 6. *Cauendum, ne aut septemtrionalibus ventis, aut rorulentae, sed siccae serantur.* H.

25. Non est festinandum z. ad putationem nouellae: sed primo in circulos materies colligenda, nec nisi validae putatio admouenda: seriore fere anno a. ad fructum arbusta vite, [1] quam iugata. Sunt qui omnino putari vetant, priusquam [2] arborum longitudinem [3] aequauerit. Prima falce sex pedes a terra recidatur, flagello infra relicto, et nasci coacto incuruatione materiae. Tres ei b. gemmae, non amplius, deputato supersint. Ex his emissi palmites proximo anno imis [4] ingerantur c. scamnis, ac per singulos annos ad superiora scandant, relicto semper duramento d. in singulis tabulatis,

1. *sic ex MSS. em. Hard. seriora fere anno ad fructum arbusta, quam vitis iugata Gr. et vulgg.* 2. *arborem longitudine. Ch.* 3 *aequauerint. M* 4. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. inferantur. Gr. et Al.*

z. *Non est festinandum*) Colum. V. 6 p. 188. *Proxima putatione melius existimat Celsus ferro abstineri, ipsosque caules in modum coronae contortos arbori circumdari, vt flexura materias profundat, quarum validissimam sequente anno caput vitis faciamus. Me autem longus docuit vsus, multo vtilius esse primo quoque tempore falcem vitibus admouere, etc.* Celsum Columella deserit. H

a. *Seriora fere anno ad fructum arbusta, quam vitis iugata*) Scribendum cum minore, *seriore anno fere ad fructum arbusta vite [1] quam iugata*) vt annectas praecedentibus, ex antiquo Codice. *Pintianus.*

b. *Tres ei*) Columella, l.

c. *Materiam ferro coercendam esse censeo, vsque in alteram vel tertiam gemmam,* etc. H.

c. *Ingerantur scamnis*) Ita MSS. R. Colb. Chiffl. non *inferantur.* H.

d. *Duramento in singulis, etc.*) Duriore sarmento. Duramenta, vitis brachia, dura iam et annosa. Columella cap. 21. et 22. L. IV. *Dal.*

Duramento) Duriore sarmento, quod duramentum et Colum. vocat L. IV. 21. duramen, c. 22. materiam L. V. 6. *Quum palmites primum tabulatum apprehenderint*

latis, et emissario *e.* vno, qui subeat *f.* vsque quo placuerit. De cetero putatione omni, flagella quae proxime [1] tulerunt, recidantur: noua circumcisis vndique capreolis *g.* spargantur in tabulatis. Vernacula *h.* putatio deiectis per ramos vitium crinibus circumuestit arborem, crinesque ipsos vuis: Gallica in traduces porrigitur: Aemiliae *i.* viae [2] in radices, [3] atiniarum *k.* ambitu, frondem earum fugiens.

1 *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. tulerint Gr. et Al.* 2. *ridicas Gr. et Al.* 3. *sic et Ch. atinearum Gr. et Al.*

rint, proxima putatione disponetur vitis. *omnibus annis: alioqui in superius tabulatum excitabitur, relicta semper vna materia, quae applicata trunco cacumen arboris spectet.* H.

e. Et emissario) Nouello palmite, cui in putatione parcitur, vt subeat vsque quo placuerit. H.

f. Qui subeat) Qui scandat. H.

g. Capreolis spargantur, etc.) Ταῖς ἕλιξι, veluti vitium cincinnis. A capiendo dictos censet Varro, quod serpant ad capiendum locum vt teneant vitem. Probabile tamen a mollitie et teneritate sic vocatos fuisse, quo modo Graeci tenellum quiduis μόσχον dicunt. Homerus μόσχον λύγον, vnde Latinis *Mostum* siue *Mustum*, vinum, pomum, aetas, caseus, mustea. Sic ab ὄρχος fit hortus ὀρνίχων, ὄρνιθες, χ in θ. mutato. *Scalig.*

Capreolis) *Capreolus*, inquit Varro de R. R. l. 31. *cauliculus est viteus intortus, vt cincinnus: is enim vites vt teneat serpit, ad locum capiundum: ex quo a capiendo capreolus dictus.* H.

h. Vernacula) Italica putatio ita peragitur, vt per ramos immissis vitium palmitibus, omnis vite circumvestiatur arbos: atque ex ipsis deinde ramis vuae dependeant: Galli sic deputant, vt simul in traduces vitis deputata porrigatur: qui viam Aemiliam et Bononiensem agrum colunt, vitem circum radices vlmorum atiniarum alligant, frondibus earum applicare reformidant. De via Aemilia vide Strabonem V. H.

i. Aemiliae viae in radices) Vide N. et Em. N. XXXV. hic

26. Est quorumdam imperitia sub [1] ramo vitem vinculo suspendendi, suffocante *l.* iniuria: [2] contineri debet vimine, non arctari. Quin imo etiam quibus salices supersunt, molliore hoc vinculo [3] facere malunt, herbaque, Siculi *m.*, quam vocant ampelodesmon: Graecia vero vniuersa iunco, cypero, *n.* vlua. [4] Liberatam quoque vinculo per aliquot dies vagari, et inconditam spargi, atque in terra, quam *o.* per totum annum spectauerit, recum-

1. sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. sub ramo vinculo. Gr. et Al. 2. sic ex MSS. em. Hard. conf. M. iniuria, quando contineri. Gr. et Al. 3. fascitato. Dal. 4. Liberam. M. Colum. c. 6. Lib. V.

(hic coll.) *Aem.)* Prius legebatur, obscura, vel potius nulla plane sententia, *Aemiliae viae in radicas, atinearum ambitu frondem earum fugiens.* Colb. 3. *in radices atinearum*, quem vt sequeremur, et codicis ipsius auctoritas, et sententiae necessitas fecit. H.

k. Atinearum ambitu) Quum Atiniae multae ambiant, quas tamen non maritant, vmbrosam earum frondem fugientes. *Dalec.*

l. Suffocante iniuria) Sic ante paulo, hac ipsa sectione *noxia iniuria* dixit. Eadem habet Colum. IV. 26. p. 154. *Ne vinculum incidat, truncumque strangulet.* H.

m. Siculi quam vocant, etc.) Viennae Allobrogum milio siluestri in ipsa vite nato et collecto sarmenta curuata, et foliis nudata, paulo ante vindemiam ligant. Anguillara L. XII. herbam eam adhuc in Sicilia vocari Dis scribit. *Dal.*

Ampelodesmon) A liganda vite ei herbae nomen. Ἄμπελος vitis est, vinculum δεσμός. In Sicilia hodieque *Dis* vocari, auctor est Anguillara par. 12. p. 214. H.

n. Vlua) Vlua, herba palustris est. Vox nota Virgilio, et aliis. H.

o. Quam per totum annum) Vide N. et Em. N. XXXVI. (hic pos.) *Atque)* Sic libri omnes, etiam MSS. Pelicerius tamen in Notis marginalibus admonet, sibi videri vocem eam *annum* adiectam a sciolo quopiam: legi *per totum* oportere, hoc est e cubili arboris requiescendo: allusionem videri *in terra*

cumbere. Namque *p.* vt veterina a iugo, et canes a curſu volutatio iuuat, ita tum et vitium porrigi lumbos. Arbor quoque ipſa gaudet aſſiduo leuata onere, ſimilis reſpiranti. Nihilque *q.* eſt in opere naturae, quod non exemplo dierum noctiumque aliquas vices feriarum velit. Ob id protinus a vindemia putari, et laſſas etiamnum fructu edito, [1] improbatur. Putatae rurſus alligentur alio loco: namque orbitas *r.* vinculi ſentiunt, vexatione non dubia. Traduces Gallica *s.* cultura bini vtrimque lateribus, [2] ſi pars *t.* quadra-

1. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. improbatur vt putatae. Gr. et Al.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. ſi pes Gr. et Al.*

va, et *per torum.* Toros a Columella V. 6. appellari partes eas vitis, quibus arbori applicatur. Iudicent periti. H.

p. Namque) Nam vt veterina *iumenta*, *poſtquam liberata ſunt* a iugo, et canes *poſt curſum* volutatio iuuat *in puluere*, ita et vitium porrigi *palmites*, *quaſi latera* et lumbos. H.

q. Nihilque eſt) Huc ſpectat illud Naſonis, *Quod caret alterna requie, durabile non eſt.* H.

r. Namque orbitas) In Colb. 3. *Namque orbita vinculi vexatio eſt non dubia.* Alii, *namque orbitam vinculi ſentiunt, vexationem non dubiam.* Vide Colum. V. 6. p. 190. H.

s. Gallica cultura) De arbuſto Gallico Columella c. 7. L. V. *Dal.*

Gallica cultura) Vt quidem moris eſt in arbuſtis Galliae Tranſalpinae. Traduces ſunt palmites ii qui ex vna arbore, cui alligantur, deducti, cum palmitibus alterius arboris proximae connectuntur. H.

t. Si pes) Vitis, e qua tradux aduocatur. *Dal.*

Si pars quadrageno) Si pedibus quadragenis arbores inter ſe diſſideant: quod ſpatium arationi deſtinatur. Si vicenis tantum, traduces eſſe poſſunt quaterni; quoniam, vt ſuperius dictum eſt, non ibi aratur. Hoc plane videtur eſſe quod ait Colum. V. 7. de arbuſto Gallico: *Curetur vt noui traduces omnibus annis inter ſe ex arbori-*

quadrageno *u.* distet spatio: quaterni, si viceno: inter se obuii miscentur, alligant urque vna conciliati, virgultorum comitatu [1] obiter rigorati *x.* qua deficiant: aut si breuitas non patiatur ipsorum, [2] adalligato *y.* protenduntur in viduam arborem vnco. Traducem *z.* bimum praecidere solebant. Oneratis enim vetustate melius donare tempus, vt transilem *a.* faciant, [3] si largiatur crassitudo: alias vtile toros *b.* futuri draconis pasci.

27.

1. *obiter ligati V. id est, iuxta iter. et mox, quam def. M. lego, obiter et rigore erecti qua deficiunt. vel, prius quam deficiunt.* 2. *alligatis. Ch.* 3. *ni larg. Ch.*

arboribus proximis connectantur, et veteres decidantur. Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligetur: quumdeinde fructus pondere vrgebit, subiectis adminiculis sustineatur. H.

u. Quadrageno distet spatio) Quadragenum pedum distantia pingui solo interponitur; cuius beneficio duae solae vites sic luxuriant, vt arbori vestiendae sufficiant. At macro tenuique solo vicenûm pedum interuallum est, in quo minus ramosae frondosaeque vites ad arborem quatuor perducuntur. *Dal.*

x. Rigorati) Rigidiores, *firmioresque* facti. Sic Colum. IV. 16 *Compluribus arundinum fasciculis connectuntur, vt rigorem habeant.* Idem V. 7. quod *rigorari* Plinius, *adminiculis sustineri* dixit, vt proxime ante retulimus. H.

y. Adalligato . . . vnco) *Iunco* fortassis sincerius fuerit: quum laudatus a nobis proxime Columella, virgam ad eosdem vsus adhibeat. H.

z. Traducem bimum praecidere solebant) Sensus est: Traducem, id est, sarmentum traductioni destinatum in matre priusquam traducerent, bimum putabant, vt eo temporis spatio crassesceret satis, et in arborem transire posset, quod si bimus non adhuc satis validus aut crassus foret, longius dilatata putatione, eius toros, id est, robur et firmitatem pascebant, et augebant priusquam traducerent. *Dal.*

a. Vt transilem) Vt deduci commode in vicinam arborem possit. H.

27. Vnum etiamnum genus eſt medium inter hoc *c.* et propaginem: totas ſupplantandi in terram vites, cuneiſque findendi, et in ſulcos plures ſimul ex vna propagandi, gracilitate ſingularum firmata circumligatis haſtilibus, nec reciſis qui a lateribus excurrant pampinis. *d.* Nouarienſis agricola traducum turba non contentus, nec copia ramorum, [1] impoſitis etiamnum patibulis palmites circumuoluit: Itaque praeter ſoli vitia, cultura quoque torua fiunt vina. Alia culpa iuxta Vrbem [2] Varracinis *e.*, quae alternis putantur annis: non quia id viti conducat; ſed quia vtilitate, reditum impendia exſuperant. Medium temperamentum in [3] Carſeolano ſequuntur: carioſaſque tantum vitis partes; [4] incipienteſque inareſcere deputando, ceteris ad vuam relictis, detracto onere ſuperuacuo, pro nutrimento omni eſt raritas vulneris. Sed niſi pingui ſolo talis cultura degenerat in labruſcam.

28. Arbuſta arari quam altiſſime deſiderant, etſi tantum *f.* frumenti ratio non exigit. Pampinari

Xx 4

1. *ſuppoſita*, *Dal.* 2. *Varacinis Gr.* 3. *Carſulano. Ch.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. incipientes inareſcere. Gr. et Al.* 5. *marceſcere. Dal.*

b. Toros) Craſſitiem ac robur. H.

c. Inter hoc) Inter traducem et propaginem. H.

d. Pampinis) Palmitibus. H.

e. Varracinis) Ita MSS. At rectius forſan *Tarracinis*, ab vrbe Tarracina, de qua L. III. in Geographicis: vel *Marracinis* potius, in quarta Italiae regione poſitis, in qua et Carſeolani. De vtriſque egimus L. III. 17. H.

f. Etſi tantum frumenti ratio non exigit) Antiquum Exemplar: *Tanta etſi frumenti rationem non exigit.* Scribo, *Tametſi frumenti ratio non exigit.* Et in fine c. *ſit facilius abſcondere*, in eodem

nari ea non est moris: et hoc compendium operae. Deputantur cum vite pariter interlucata *g.* densitate ramorum qui sint superuacui, et absumant alimenta. Plagas *h.* ad septemtriones, aut ad meridiem spectare vetuimus: melius, si neque in occasus Solis. Diu dolent talia quoque hulcera, et difficile sanescunt; algendo nimis, aestuandoque. Non eadem *i.* in vite, quae in arbustis, libertas: [1] quoniam *k.* certa latera [2] est facilius abscondere, [3] et detorquere, quo velis, plagas. In arborum tonsura *l.* supiniore velut [4] calices faciendi, ne consistat humor.

XXXVI.

1. *Lego, quoniam per tecta latera sint.* 2. *sit fac. absc. et d. et M.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. quam detorq. Gr. et Al.* 4. *cal. minime fac. Dal.*

dem cum negatione, *non est facilius abscondere.* Pint.

Etsi tantum) Etsi frumentum, quod interseritur, tam alte arari non postulat. H.

g. Interlucata) Praecisis ramis, qui ob nimiam densitatem lumini officiunt. De ea voce egimus s. 19. H.

h. Plagas . . . vetuimus) Libri huius cap. 16. *Plerique id demum cauent, vt plaga deputati cacuminis meridiem spectet, ignari fissuris nimii vaporis opponi. Id quidem in horam diei quintam vel octauam spectare maluerim.* Vide et s. 7. H.

i. Non eadem in vite) In vinea siue pedata, siue per se stante. H.

k. Quoniam certa latera) Quoniam infirmiora vitium latera in arbustis facile est abscondere, et plagas ab aestu et algore, obiectu frondium, sub quibus eae detorquentur, defendere. H.

l. Tonsura supiniore, etc.) Quum decisi rami caelum spectant. *Dal.*

Tonsura supiniore) Infra s. 37. *Vitibus in supinum excisis.* Sic tonderi arborem iubet, vt cum tonsura ramorum, siue caesura, supina sit, hoc est, ita vt caelum spectet, sic falcis cultriue sinu plaga rursum retrahatur, vt caua quodam modo sit: ita enim decidens imber per illud cauum facilius elabetur. *Nam si transuersa foret cicatrix*, vt ait Colum. IV. 9. *superincidentem caelestem aquam contineret.* H.

XXXVI. Viti adminicula addenda, quae fcandat apprehenfa, [1] fi maiora fint. (XXIV.) *m.* Vitium generofarum pergulas *n.* Quinquatribus *o.* putandas, et quarum feruare vuas libeat, decrefcente Luna tradunt. Quae vero interlunio fint putatae, nullis animalium obnoxias effe. Alia ratione plena Luna noctu tondendas, quum fit ea in Leone, Scorpione, Sagittario, Tauro: atque in totum ferendas plena, aut crefcente vtique, cenfent. Sufficiunt in Italia cultores deni in centena iugera vinearum.

XXXVII. 1. At abunde fatu, cultuque arborum tractato, quoniam de palmis *p.* ac cytifo in peregrinis arboribus affatim diximus, ne quid defit, indicanda reliqua natura [2] fit, magnopere pertinens ad omnia ea. Infeftantur *q.* namque et arbores

Xx 5 mor-

1. *fi maiores. Vet. Lego, per quae fc. ap. fi maiores fint, id eft, excelfiores.* 2. *fit in M. d.*

m. Et morbus arborum) De morbis arborum Theophraft. c. 10. 11. 12. 15. Cauff. et cap. 16. L. IV. hift. *Dal.*

n. Pergulas) *Les treilles.* Vide quae diximus L. XIV. 3. H.

o. Quinquatribus putandas) Palladi facris feriis, quae ad quinque dies durabant. Incidebant eae in XVIII. Martii. *Dal.*

o. Quinquatribus) Feriae funt Palladi facrae, de quibus dicetur L. XVIII. 56. H.

p. De palmis ac cytifo) De palmis quidem L. XIII. 6. de cytifo, eiufdem libri f. 47. H.

q Infeftantur namque et arbores morbis) Theophraft. cap. 16. lib. IV. hift. et a cap. 9. lib. V. Cauff. vfque ad finem. *Dalec.*

Infeftantur) Prodita haec a Theophrafto, Hift IV. 16. totidem verbis: Νοσήματα δὲ τοῖς μὲν ἀγρίοις οὔ φασι ξυμβαίνειν, ὑφ' ὧν ἀναιρῦνται· Φαύλως δὲ διατίθεσθαι, καὶ μάλιστα ἐπιδήλως, ὅταν χαλαζοκοπηθῇ, καὶ βλαστάνειν μέλλοντα, ἢ ἀρχόμενα, ἢ ἀνθῦντα· Καὶ ὅταν ἢ πνεῦμα ψυχρὸν ἢ θερμὸν

morbis. Quid enim genitum caret his malis? Et siluestrium quidem perniciosos negant esse, vexarique tantum grandine in germinatione aut flore. Aduri quoque [1] feruore, aut flatu frigidiore, praepostero die: quoniam *r.* suo frigora etiam prosunt, vt diximus. Quid ergo? [2] non et vites algore intereunt? Hoc quidem est, quo deprehendatur soli vitium, quoniam non euenit nisi in frigido. Itaque *s.* per hiemes caeli rigorem probamus, non soli.

1. *feruidiore flatu, aut frigidiore. Ex Theophr.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. nonne et vites Gr. et Al.*

θερμὸν ἐπιγένηται κατὰ τούτους τοὺς καιρούς· Ὑπὸ δὲ τῶν ὡραίων χειμώνων οὐδὲν ἂν ὑποβάλλοντες ὦσιν, οὐδὲν πάσχειν, ἀλλὰ καὶ ξυμφέρειν, etc. *Morbos siluestribus negant accidere, quibus intereant: tamen eas quoque male affici aiunt: ac praecipue, quum vel paulo post germinaturae, vel germinare incipientes, vel florentes, grandine vexantur: quumque flatus frigidior aut aestuosior his iisdem temporibus successerit: tempestiua autem hieme, nec si violentior fuerit, quidquam laedi: sed omnibus algorem prodesse volunt, etc.* H.

r. Quoniam suo) Suo die ac tempore. Theophrast. ἀλλὰ καὶ ξυμφέρειν πᾶσι χειμασθῆναι· μὴ χειμασθέντα γὰρ, κακοβλαστότερα γένεσθαι. *Omnibus algor prodest: quippe nisi alserit, deterius germinant.* In quibusdam MSS. *praepostero die quam suo. Frigora etiam obsunt, vt diximus*, nempe §. 35. vbi de putatione vinearum. Sed frustra: nam et prosunt, vt dictum est §. 2. qui locus a Plinio nunc spectatur. H.

s. Itaque per hiemes) Hunc locum codex vnus MSS. sic exhibet: *Ita per hiemes caeli rigorem probamus. Non solum enim infirmissimae, etc.* Sed adstipulantur ceteri vulgatis ad hunc diem libris: et recte. Est enim haec istius loci sententia: soli, hoc est, terrae vitio euenire, vt vites algore intereant: neque enim id accidit nisi in frigido solo. Itaque per hiemem, inquit, caeli rigorem optamus et probamus: soli vitium seu frigus improbandum damnandumque est.

li. [1] Nec infirmissimae arbores gelu periclitantur, sed maximae; vexatisque ita cacumina prima inarescunt, quoniam *t.* praestrictus [2] gelu non potuit eo peruenire *u.* humor.

2. Arborum *x.* quidam communes morbi, quidam priuati generum. Communis vermiculatio *y.* est, sideratio *z.*, [3] ac dolor membrorum, vnde partium debilitas: societate nominum quoque cum homi-

1. *Non enim solum infirm.* M. *Lego, Non autem solum; infir.* 2. *gelu, in Cb. d.* 3. *sic et Cb. et dolor. Gr. et Al.*

est. Nec vero infirmissimae arbores. H.

t. Quoniam praestrictus) Imo potius quoniam frigore necata, etiam si alimentum suggeratur, abolito natiuo calore eo frui n e q u e u n t. Dal.

u. Peruenire humor) Seu medulla illa vitalis, quae ab radice serpit ad cacumen, totique arbori praebet alimentum. H.

x. Arborum quidam communes morbi) Theophrast. loco citato, et c. 2. lib. XI. Causs. *Dal.*

Arborum quidam) Theoph. l. c. Ταῖς δὲ ἡμέραις ἐςὶ πλείω νοσήματα. Καὶ τὰ μὲν, ὥσπερ κοινὰ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείςοις· τὰ δὲ ἴδια καὶ κατὰ γένη κοινά. *Vrbanis arboribus morbi plures eueniunt: alii omnibus quasi communes, aut pluribus: alii priuati, per genera arborum.* Sic et de caus. V. 9. p. 334. seqq. H.

y. Vermiculatio est.) Σκωλήκωσις, ἀςροβολισμὸς, σφακελισμὸς quam vocem Plinius interpretatur *dolorem membrorum cum partium debilitate*, infeliciter quidem, et nimis lasciuo conatu. Aptius ille reddidisset, *emortuarum nigredinem.* Sideratio quaeuis iniuria a caelo illata et profecta, de qua mox. *Dal.*

Communis etc.) Morbus hic tergeminus Theoph. Hist. IV. 16. et de caus. V. 10. p. 335. σκωλήκωσις vermiculatio, ἀςροβολησία sideratio, σφακελισμὸς dolor membrorum cum partium debilitate. H.

z. Sideratio et dolor membrorum) Scribendum puto *neruorum*, non *membrorum*: sequitur enim non multo post: *Verum vt homini neruorum cruciatus, sic et arbor.* Pint.

hominum miseriis. Trunca *a.* dicimus certe corpora, et oculos *b.* germinum exustos, ac multa simili sorte. Itaque laborant et fame, et [1] cruditate *c.*, quae [2] fiunt humoris quantitate. Aliquae *d.* vero et obesitate: vt [3] omnia quae resinam ferunt, nimia pinguitudine in tedam *e.* mutantur: et quum radices *f.* quoque pinguescere *g.* coepere, intereunt, vt

1. *nuditate.* M. 2. *sit* (*sub cruditas*) *hum. nimia quant.* Dal. 3. *omnes.* Dal.

a. Trunca dicimus certe, etc.) Ab animalium, et hominum comparatione. *Dal.*

b. Oculos germinum exustos) Sic excoecari, obtundi, ἀμβλῦναι. Theophr. c. 13. lib. III. Causs. *Dal.*

Oculos . . . exustos) Frigore hebetatos dixit f. 35. vbi de putatione vitium, et caeli vitio exustos. H.

c. Et cruditate) Caloris inopia, non probe percocto humore. In MSS. quibusdam, et *nuditate*: male. Theophr. de causs. V. 11. p. 336. δι' ἀπεψίαν *cruditate.* Et c. seqq. Ἀτροφεῖ γὰρ τὸ μὴ κρατεῖν, μηδὲ πέπτον. *Fame laboret necesse est, quod pabulum euincere nequit, et concoquere.* H.

d. Aliquae vero et obesitate) Theophr. cap. 15. lib. V. Causs. *Dal.*

Et obesitate) Theophr. de causs. V. 15. p. 340. δι' εὐτροφίαν, καὶ δι' ὑπερβολὴν, nutritionis abundantia et excessu; affertque exemplum idem de resiniferis arboribus, quae in tedam mutantur, vt diximus L. XVI. 19. H.

e. In tedam mutantur) Δαδοῦνται. *Dal.*

f. Radices quoque) Vt in ficu. *Dal.*

Et quum radices) Vt in ficu, Theophr. L. de causs. c. 12. p. 337. Τῇ δὲ συκῇ νόσημά τι συμβαίνει περὶ τὰς ῥίζας, ὃ καλοῦσι λοπάς· τοῦτο δ' οἷον μύδησίς τις ἐστι τῶν ῥιζῶν, καὶ μικρὸν ἐπάνω, διὰ τὴν πολυυδρίαν. *Ficus morbum quemdam in radicibus, ac paulo supra radices sentit, quod vocant pinguescere: qui certe morbus ex nimietate humoris solet accidere.* Et Hist. IV. 16. Καὶ ἐὰν ἐπομβρία γένηται, τά γε πρὸς τὴν ῥίζαν ὥσπερ μυδᾷ. *Ac si nimii imbres fuerint, quae sunt ad radicem, quasi humectantur: hoc autem vocant pinguescere:* τοῦ-

το

vt animalia, nimio adipe: aliquando et peſtilentia per genera, ſicut inter homines, nunc ſeruitia, nunc [1] plebs vrbana, vel ruſtica.

3. Vermiculantur *h.* magis minuſue quaedam, omnes tamen fere: idque *i.* aues caui corticis ſono experiuntur. Iam quidem *k.* [2] et hoc in luxuria eſſe cepit: praegrandeſque *l.* roborum [3] delicatiore ſunt in cibo: [4] coſſos *m.* vocant: atque etiam farina ſaginati, hi quoque altiles fiunt. Maxime *n.* autem arborum hoc ſentiunt piri, mali, fici: minus, quae amarae ſunt et odoratae. Eorum

1. *plebes. Ch.* 2. *ſic et Ch. et in hoc lux. Gr. et Al.* 3. *delicatiores. M.* 4. *eos coſſos M. coſſos vocant quoque. Ch.*

το δε καλȣσι λοπάδα vel λιπȣ̃ν. H.

g. Pingueſcere cepere) Λιπῶσι. Idem cap. 12. lib. V. Cauſſ. *Dal.*

h. Vermiculantur) Vermibus infeſtantur, quos in cortice generant. Haec Theophraſt. Hiſt. IV. 16. Ἅπαντα γὰρ ὡς εἰπεῖν καὶ σκώληκας ἔχει· πλὴν τὰ μὲν ἐλάττȣς, τὰ δὲ πλείȣς, καθάπερ συκῆ, μηλέα, καὶ ἄπιος. *Omnes enim fere vermes etiam gignunt: ſed quaedam pauciores, quaedam plures: vt ficus, malus, pirus.* H.

i. Aues caui corticis) Praeſertim Martii pici. *Dal.*

Idque aues) Maxime vero pici Martii, vt diximus L. X. 20. H.

k. Iam quidem et hoc) Hoc cibi genus luxuria excogitavit. H.

l. Praegrandeſque roborum, etc.) Hieronymus contra Iouinianum ſcribit in Ponto et Phrygia luxuriam eſſe τὸ ξυλοφάγιον, nimirum coſſos e ligno natos. A coſſis rugoſis vermibus dicti Coſſinii et Coſſutiani. *Dal.*

m. Coſſos vocant) Plinius ipſe L. XI. 38. *Nec enim coſſi tantum in eo*, etc. Feſtus quoque: *Coſſi ab antiquis dicebantur natura rugoſi corporis homines, e ſimilitudine vermium ligno editorum, qui coſſi appellantur.* Iidem coſſes Plinio XXX. 39. H.

n. Maxime autem . . . odoratae) Totidem verbis hoc Theophr. l. c. et de cauſſ. V. 11. p. 335. H.

rum *o.* qui in ficis exiſtunt, alii naſcuntur ex ipſis: alios parit, qui vocatur ceraſtes: omnes tamen in ceraſten figurantur, [1] ſonumque edunt paruuli ſtridoris. Et ſorbus *p.* arbor infeſtatur vermiculis *q.* rufis [2] piloſis, atque ita emoritur. Meſpilus *r.* quoque in ſenecta obnoxia ei morbo eſt.

4. Sideratio *s.* tota e [3] caelo conſtat. Quapropter et grando in his cauſis intelligi debet: et carbunculatio *t.*, et quod pruinarum iniuria euenit. Haec

1. *ſonum edunt. M.* 2. *ac piloſis. Ch. leg. et piloſis.* 3. *ſic et Ch. tota caelo Gr. et Al.*

o. Eorum qui in ficis exiſtunt) Theophraſt. c. 16. lib. VI. hiſtor. etc. 14. et 19. L. V. Cauſſ. *Dal.*

Eorum qui in ficis) De his egimus, L. XVI. 80. Exſtant haec totidem verbis apud Theophraſt. IV. 16. Τῶν δὲ σκωλήκων τῶν ἐν ταῖς συκαῖς, οἱ μὲν ἐξ αὐτῆς γίνονται, οἱ δὲ ἐντίκτονται ὑπὸ τοῦ καλουμένου κεράστου· πάντες δὲ εἰς κεράστην ὑποκαθίσανται. Φθέγγονται δὲ οἷον τρισμόν. Ceraſtes itaque vermis in ficu eſt. Eſt et ſerpens eius nominis, de quo nos L. VIII. egimus. H.

p. Et ſorbus) Pallad. L. II. in Ian. tit. 15. de ſorbo p. 44. *Si vermes patietur infeſtos, qui in ea rufi ac piloſi ſolent medullae interna ſectari, aliquos ex his ſine arboris iniuria detractos, vicino crememus incendio: creduntur hoc genere vel fugere, vel interire.* Theophraſt. quoque Hiſt. III. 12. H.

q. Vermiculis rufis piloſis) Idem c. 19. et 20. lib. III. hiſt. *Dal:*

r. Meſpilus) Pallad. IV. in Mart. c. de meſpilo, p. 96. *Si vermibus meſpilus occupatur, ſtilo aereo purgandi ſunt, vel humana vetere vrina,* etc. Adde et Theophr. l. c. H.

s. Sideratio) Morbus arborum afflatarum ſidere, quocumque id modo acciderit. H.

t. Carbunculatio) Arborum morbus eſt, quem vulgari ſermone pruinam vocamus: quum flores adusſit, carbunculum Latini dixere. *De la bruine.* H.

u. Et quod pruinarum, etc.) Theophr. c. 13. L. V. cauſſ. *Dal.*

Haec enim *x.* verno tepore inuitatis, et erumpere audentibus satis mollibus insidens, adurit lactescentes *y.* germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant. Pruinae *z.* perniciosior natura, quoniam lapsa persidet, gelatque, ac ne aura quidem vlla depellitur, quia non fit nisi immoto aëre et sereno. Proprium *a.* tamen siderationis est, [1] sub ortu Canis *b.* siccitatum *c.* vapor, quum insita ac nouellae arbores moriuntur, praecipue ficus, et vites. Olea *d.* praeter vermiculationem, quam aeque

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. ab ortu Gr. et Al.*

x. Haec enim verno, etc.) Carbunculatio, καῦσις. *Dal.*

Haec enim) Carbunculatio H.

y. Lactescentes germinum oculos) Εὐώδη, Theophrasto vero c. 16. L. IV. histor. ὀπώδη quae lacteo succo turgent *Dal.*

Lactescentes) Lacteo succo turgentes germinum oculos adurit, quod quidem vitium quum florem exussit, carbunculus dicitur. H.

z. Pruinae) Haec e rore gelido nascitur, a perurendo, qusi perurina dicta, quod fruges perurat: quo genere vites alternis ferme annis in Gallia vitiantur. *La gelée: gelée blanche.* H.

a. Proprium tamen, etc.) Leg. *Proprium tamen siderationis est sub ortu canis siccitatum vapor, cum insita ac nouellae: etc.* Vide *Salmas.* p. 590. b.

Proprium tamen) Haec totidem verbis Theophr. de causs. V. 10. p. 335. H.

b. Sub ortu Canis) Ita MSS. Theophr. ὑπὸ ἄστρον. H.

c. Siccitatum vapor) Sic laesas arbores ἀστρόβλητα δένδρα, καὶ σφακελίζοντα Graeci vocant: quoniam, vt inquit Aristot. L. de iuvent. et senect. τοῦ θέρους ἰσχυρὰ γίνεται καύματα, καὶ μὴ δύναται τὸ σπώμενον ἐκ γῆς ὑγρὸν καταψύχειν, διὸ φθείρεσθαι μαραινόμενον τὸ θερμὸν, καὶ λέγεται σφακελίζειν, καὶ ἀστρόβλητα γίνεσθαι τὰ δένδρα. Theopr. id fieri tradit, δι᾽ ἀσθένειαν ὅταν ἡ γῆ ξηρανθῇ, καὶ μὴ ἔχωσιν ἕλκειν ὑγρότητα. Brod. cap. 20. L. V. *Dal.*

Vapor) Calor. H.

d. Olea praeter) Haec Th. Hist. IV. 16. Ἡ δὲ ἐλαία πρὸς τὸ τοὺς σκώληκας ἔχειν (οἳ δὴ καὶ τὴν συκῆν δια-

aeque *e.* ac ficus ſentit, clauum *f.* etiam patitur, ſiue fungum placet dici, vel [1] patellam. Haec eſt Solis exuſtio. Nocere tradit *g.* Cato et muſcum rubrum. Nocet *h.* plerumque vitibus atque oleis [2] et nimia fertilitas. Scabies *i.* communis omnium eſt. Impetigo *k.*, et quae adnaſci ſolent, cochleae, peculiaria ficorum vitia: nec vbique: ſunt enim quaedam aegritudines et locorum.

5. Verum *l.* vt homini neruorum cruciatus, ſic et arbo-

1. *ollam.* [*Ex Theophr. conſ. M. et Ch.*] 2. *ſic ex MSS. em. Hard. nimia et fertil. Gr. et Al.*

διαφθείρεσιν ἐντίκτοντες) Φύει καὶ ἥλοι, οἱ δὲ μύκητα καλεσιν, ἔνιοι δὲ λοπάδα· τετο δὲ ἐςὶν οἷον ἡλίε καῦσις. H.

e. Quam aeque ac ficus ſentit) Theophr. c. 16. L. IV. Cauſſ. *Dal.*

f. Clauum etiam patitur) Ἧλον. Alius eſt clauus materiae fabrilis, de quo ſupra cap. 39. L. XVI. *Dal.*

g. Tradit Cato) Eo quem diximus loco in N. et Em. ad L. XV. N. IV. Tradit et Colum. V. 9. *Plerumque etiam locis ſiccis et humidis arbores muſco infeſtantur: quem niſi ferramento reſecueris, nec fructum, nec laetam frondem olea inducet.* H.

h. Nocet) Theophr. Hiſt. IV. 16. H.

i. Scabies) Theophr. cap. 22. L. V. cauſſ. *Dal.*

k. Impetigo) Ψώρα, ſcabies. Impetigo, quem Latine ramorum limum praeterea vocat cap. 7. L. XXIII. Corticis extimi aſpera et ſerpens ſcabrities, imbris et roris putreſcentis contactu excitata. *Dal.*

Impetigo . . . et locorum) Haec omnia Theophr. l. c. Ἡ δὲ ψώρα καὶ οἱ προσφυόμενοι κόχλιχαι, συκῆς εἰσὶν, ἐ πανταχε καὶ τετο συμβαίνει ταῖς συκαῖς· ἀλλ' ἔοικε καὶ τὰ νοσήματα γίνεσθαι κατὰ τὲς τόπες, ὥσπερ τοῖς ζώοις. Eſt autem ψώρα Graecis ſcabies, ab impetigine haud multum diſcrepans: corticis, nimirum aſpera ſcabrities, imbris et roris putreſcentis contactu excitata. H.

l. Verum vt homini) Nunc quid ſit σφακελισμὸς, ſeu dolor membrorum, aperit, Theophraſti verbis, l. c. plane congruenter. H.

bus aeque modis. Aut enim *m.* in pedes, hoc est, radices, [1] irrumpit vis morbi: aut in articulos, hoc est, cacuminum digitos, qui longissime a toto corpore exeunt. [2] Inarescunt *n.* ergo: et sunt apud Graecos sua nomina vtrique vitio. Vndique primo dolor *o.*, mox et macies earum partium fragilis, postremo tabes *p.* [3] morsque, non intrante succo, aut non *q.* perueniente: maximeque id fici sentiunt. Caprificus *r.* omnibus immunis est, quae adhuc diximus. Scabies *s.* gignitur roribus lentis post Vergilias. *t.* Nam si *u.* [4] rariores fuere, perfun-

1. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. erumpit Gr. et Al.* 2. *Nigrescunt ergo. Ex Theophr.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. tabes morbusque Gr. et Al.* 4. *copiosiores, Th. Lego, largiores.*

m. Aut enim in pedes) Σφακελισμὸς dicitur, quum pedes, seu radices nigrescunt. Κρᾶδος, quum in articulos, hoc est, in ramos, vis morbi erupit, iique denigrantur. Καλεῖται δὲ σφακελισμὸς μὲν, ὅταν αἱ ῥίζαι μελανθῶσι· κρᾶδος δὲ ὅταν οἱ κλάδοι. Theophr. l. c. qui et illud adiungit, κράδας appellari ficulneos ramos: vnde et Graecum huic morbo nomen. H.

n. Inarescunt) Ac postea nigrescunt, ὅταν μελανθῶσι, Theophrast. H.

o. Dolor) Inepte hoc Plinius. *Dalecampius.*

p. Tabes, morsque) Vide N. et Em. N. XXXVII. (hic pos.) *Tab.*) Sic restituimus, pro *tabes morbusque*, tum auctoritate codicum, R. 2. Colb. Chiffl. etc. tum ipso admonente Plinio, qui eadem plane sententia de vite dixit, §. 35. *ciuncescit ac moritur.* H.

q. Aut non perueniente) Vsque ad cacumen arboris et ramorum, digitorumque cacumina. H.

r. Caprificus) Neque σφακελισμῷ infestatur, neque κράδῳ, neque scabie, nec denique radicibus vermiculatur. Theophr. Hist. IV. 16. de causs. V. 11. p. 336. H.

s. Scabies) Theophr. Hist. IV. 16. H.

t. Post Vergilias) Nempe post earum ortum. Theophr. Oriuntur autem Varroni c. 28. L. I. quadragesimoquarto die post aequinoctium vernum, id est, ad vigesimum quintum diem Aprilis. *Dal.*

Post Vergilias) Theophr. ἐπὶ πλειάδι, post Vergiliarum ortum, de quo dicemus L. XVIII. 66. H.

u. *Nam si rariores fuere, perfundunt arborem, non scalpunt scabie. Ceterum si cadunt, siue imbres nimii fuere)* Locus est miseris modis vitiatus. Verum quum e Theophrasto desumptus sit, ipse nos docebit quomodo curandus sit. Sunt igitur verba Theophrasti L. de causis plantarum V. c. 13. ad hunc modum: *Sunt qui scabiem alia quoque ratione fieri posse arbitrantur quum pluuia lenta Vergilias exorientibus fuerit: tunc enim humor vitiatus ille refermentatur, et referuescens erumpit vt pustulae. At si copiose aqua incesserit, causa quae scabiem certa eluetur: forsitan et interdum detrusa introrsus abolet ac desinit.* Eamdem sententiam totidem ferme verbis inuenies L. de historia plantarum IV. c. 1. Apparet ergo ex his Theophrasti verbis scribendum in Plinio esse hoc modo, aut certe huic simili: *Nam si rariores fuere, perfundunt arborem scabie. Ceterum si cadunt imbres nimii, eluunt rorem aut scalpunt.* Pint.

Nam si rariores) Si rariores, inquit, fuere rores, arborem totam scabie perfundunt ac vitiant, non eluunt. Eleganter autem Plinius, quum arboris elui scabiem significare vellet, arborem scabie scalpi dixi, quod scalpendo scabies detrahi de corporibus solet. Vide N. et Em. N. XXXVIII) (hic coll.)

Nam si) Hactenus legebatur, *ceterum si cadunt, siue imbres nimii fuere, alio modo* etc. plane insulse. Locum miseris modis vitiatum Pintianus exclamat, atque ita refingere nititur, ex Theophrasto: *Nam si rariores fuere, perfundunt arborem scabie. Ceterum si cadunt imbres nimii, eluunt rorem aut scalpunt.* Dalecampius: *Nam si largiores fuere,* etc. tunc enim, inquit, Plinii sequentia verba interpretans, eluunt causam scabiei, non vitiant. Hoc vero est Plinii contextum integerrimum praepostera emendatione deprauare, et nihilo meliore interpretatione corrumpere. In MSS. R. 1. 2. Colb. etc. constantissime legitur, *Nam si radices fuere, perfundunt arborem, non scalpunt scabiceterossi cadunt,* etc. Vnde nos et sinceram lectionem postremae partis eruimus, et interpretatione, vt remur, sincera priorem fulsimus. De grossis certe, seu ficis, hic esse sermonem, admonente Theophrasto didicimus, totum id tradente Hist. IV. 16. Ἡ δὲ ψώρα μάλιστα γίνεται, ὅταν ὕδωρ ἐπὶ Πλειάδι μένηται μὴ πολύ. Ἐὰν δὲ πολὺ, ἀπο-

fundunt *x.* arborem, non scalpunt scabie. [1] Et grossi [2] cadunt, si vel imbres nimii fuere. Alio *y.* modo ficus laborat radicibus madidis.

6. Vitibus *z.* praeter vermiculationem et siderationem morbus peculiaris [3] articulatio *a.*, tribus de caussis:

1. *Ceterum si cadunt, siue imbres nimii fuere, alio modo Gr. et Al.* 2. *si grossi cadunt, si imbres nim. fuere. Illo etiam modo. Ex Theophrast.* 3. *Quidam legunt, exarticulatus.*

κλύζεται. Συμβαίνει δὲ τότε καὶ τὰ ἐρινὰ ἀποῤῥεῖν καὶ τοὺς ὀλύνθους. *Scabies potissimum gignitur, quum aquae parum post Vergilias incesserit: nam si multum fuerit, caussa contrahendae scabiei omnis abluitur: et accidit tunc, vt et caprificus et grossi decidant.* H.

x. Perfundunt arborem) Eluunt caussam scabiei, non vitiant. *Dalec.*

y. Alio modo ficus laborat) Dispice an sit lectio sincerior: *alio malo ficus laborat,* vt praesenti cap. infra: *Nascitur hoc malum tempore humido et lento.* Pint. *Alio modo, etc.)* Morbum in radicibus fici intelligit, quem Theophr. cap. 12. V. causs. τὸ λιπᾷν vocat, id est, humore nimio turgere, nimirum quum eae largiore humoris copia distentae putrescunt, et arborem necant: vel exstincto calore suffocantur. Fortassis etiam τὸ κλαδᾷν Graecorum, auctor exprimit, quo vsus Theophr. c. 16. VI. Histor. *Dalec.*

Alio modo) Vel alio morbo, qui ad radices pertinet: non ad ramos. Diuersum hunc esse morbum putamus ab eo, quo radices pinguescere incipiunt, vt Plinius superius annotauit, cum Theophrasto de causs. V. 12. et Hist. IV. 16. H.

z. Vitibus praeter) Theophr. IV. 16. H.

a. Articulatio) Quidam legunt *hirculatio.* Τὸ τραγᾷν vites dicimus, quum fructu carentes fronde luxuriant, et foliorum copia fructus pauperiem compensant. Clidemo fici ψωριῶσι: oliuae λειχηνιῶσι: vites ῥέουσι. *Dal.*

Articulatio) Ab articulis, hoc est, palmitum nodis, in quibus haec potissimum tergemina sentitur iniuria, vt mox Plinius asseuerat, nomen is morbus habet. Inde euenit, vt fructu vites careant, fronde luxurient, et

[1] vi tempestatum germinibus ablatis: altera *b.* vt notauit Theophrastus, in supinum *c.* excisis: tertia, culturae imperitia laesis. Omnes enim earum iniuriae in articulis *d.* sentiuntur. Siderationis *e.* genus est in his deflorescentibus, [2] roratio: *f.* aut quum acini, priusquam crescant, decoquuntur *g.* in callum. Aegrotant *h.* et quum alsere, laesis

1. *vti intempestiuum. M. Cb. Lego, quum intempestiuum.*
2. *roratio, aut quum acini defluunt, aut quum priusquam crescant, etc. Ex Th.*

et vti Palladius loquitur in Nouembri cap. 9. *pauperiem fetuum compensent vbertate foliorum.* Auctor Geop. V. 38. ὑλομανεῖν morbum hunc vocat. Theophr. Hist. IV. 16. ἡ δὲ ἄμπελος τραγᾷ, *vitis hirculatur.* Vnde hirculationem pro articulatione legi hoc loco Turnebus voluit, in explicatione locorum Cicer. Sed frustra. H.

b. Altera, vt notauit Theophrastus in supinum excisis) Non intelligas germinibus excisis, sed vitibus ipsis, ex eodem Theophrast. lib. de Causs. plant. V. cap. 13. *Nec excisis*, habet scripta lectio, sed *recisis.* Pint.

c. In supinum excisis) Subintellige vitibus, seu palmitibus, qui vitium articuli. Theophr. verba haec sunt: l. c. Ἡ δὲ ἄμπελος τραγᾷ . . . ἢ ὅταν ὑπὸ πνευμάτων βλαστοκοντηθῇ. ἢ ὅταν τῇ ἐργασίᾳ συμπάθῃ, ἢ τρίτον ὑπτία τμηθῇ. H.

d. In articulis) In nodis palmitum, vnde gemma erumpit. Tullius de senect. n. 53. *Ineunte vere in vitibus exsistit tamquam ad articulos sarmentorum ea quae gemma dicitur.* H.

e. Siderationis gen. est, etc.) Ῥοάδα, vel ῥοιάδα Theophr. intelligit, quod alii ψινέσθαι vocant, quum deflorescens vitis ἐπινίπτεται; id est, eluitur pluuia, quamobrem vel acini defluunt, vel si remanent, strigosi ac exiles sunt, et, vt ait Plinius, callosi. Agricolae id caeli vitium appellant, *La pluie chaude.* Dalec.

f. Roratio) Quoties vua deflorescente ros frigidior acinos infestarit: tunc enim hi defluunt: ὥστε ἀποῤῥεῖν τὰς ῥᾶγας, inquit Theophr. l. c. Vulgus nostrum vocat *Coulure: la vigne coule.* H.

g. Decoquuntur) Durescunt,

laesis *i.* vredine attonsarum oculis. Et calore hoc euenit intempestiuo: quoniam omnia modo constant, certoque [1] temperamento. Fiunt *k.* et culpa vites colentium, quum praestringuntur *l.* vt dictum est: aut circumfossor iniurioso ictu verberauit: vel etiam subarator imprudens luxauit radices, corpusue desquamauit. *m.* Est et quaedam *n.*

1. Sic ex MSS. em. Hard. temperamento. Fiunt (sub morbi) et culpa. M. temperamento fiunt, Et c. Gr. et Al.

scunt, strigosique fiunt et exiles. Libro sq. s. 69. caloris nimii vitio *praecoqui in callum acinos* ait: nempe nimio solis vapore. Rura nostra hoc morbi genus in vite vocant, *Rôtissure*, quod vuae tum torreantur. Theophr. de causs. V. 13. p. 338. κράμβος. H.

h. Aegrotant et cum alsere) Theophr. cap. 13. et 14. L. V. Causs. *Dal.*

Aegrotant, etc.) Theophr. iisdem verbis Hist. IV. 16. ἔνια δὲ καὶ ῥιγώσαντα νοσεῖ, καθάπερ ἡ ἄμπελος. Ἀμβλοῦνται γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς πρωτοτόμου· καὶ πάλιν ὑποθερμανθέντα· Ζητεῖ γὰρ καὶ τούτων τὴν συμμετρίαν, ὥσπερ καὶ τῆς τροφῆς. Ὅλως δὲ πᾶν τὸ παρὰ φύσιν ἐπικίνδυνον. Vide de causs. V. 13. p. 338. H.

i. Laesis vredine) Gemmis frigore ac gelu perustis. H.

k. Fiunt et culpa) Morbi vitium scilicet. Theophr. Hist. IV. 16. Μεγάλα δὲ συμβάλλεται καὶ τὰ τραύματα, ἢ καὶ αἱ πληγαὶ τῶν περισκαπτόντων, εἰς τὸ μὴ φέρειν τὰς μεταβολὰς ἢ καυμάτων ἢ χειμώνων. ἀσθενὲς γὰρ ὂν διὰ τὴν ἕλκωσιν καὶ τὸν πόνον, εὐχειρότατόν ἐστι ταῖς ὑπερβολαῖς. *Vulnera quoque ictus circumfodientium magnopere faciunt, vt mutationes aestuum, vel frigorum minime tolerentur: quum enim propter hulcus et laborem debile fiat, facillime ab excessu caloris frigorisque deuincitur.* H.

l. Quum praestringuntur) Quum palmes excoecatur, ablatis supina falce oculis, vt dictum est s. 35. H.

m. Desquamauit) Corticem a corpore vi detraxit. H.

n. Est et quaedam) Recte Colum. IV. 24. *Super cetera illud etiam censemus, vt duris tenuissimisque et acutissimis ferramentis totum istud opus exsequamur. Obtusa enim et hebes, et mollis falx putatorem*

tusio falcis hebetioris. Quibus omnibus causis difficilius tolerant frigora aut aestus: quoniam in hulcus penetrat omnis a foris iniuria. Infirmissima *o.* vero [1] malus, maximeque quae dulcis est. Quibusdam debilitas sterilitatem, non necem affert: vt si *p.* quis [2] pino cacumen auferat, vel palmae: sterilescunt enim, nec moriuntur. Aegrotant *q.* aliquando et poma ipsa per se sine arbore, si necessariis temporibus imbres aut tepores vel afflatus defuere, aut contra abundauere. Decidunt enim, aut deteriora fiunt. Pessimum *r.* est inter omnia, quum deflorescentem vitem et oleam percussit imber, quoniam simul defluit fructus.

7. Sunt ex eadem *s.* causa nascentes et erucae,

1. malus praecox, (ἐαρινὴ Th.) max. etc. Dal. 2. *piceae. Theophr.*

rem moratur, et plus laboris affert vinitori. Nam si curvatur acies, quod accidit molli: siue tardius penetrat, quod euenit in retuso et crasso ferramento, maiore nisu opus est. Tum etiam plagae asperae et inaequales, vites lacerant: neque enim vno, sed saepius repetito ictu res transigitur. Quo plerumque fit, vt quod praecidi debeat, perfringatur: et sic vitis laniata scabrataque putrescat humoribus, nec plagae consanentur. H.

o. Infirmissima) Theophr. IV. 16. Ἀσθενέστατον ἡ μηλέα ἡ ἠρινὴ, καὶ τούτων ἡ γλυκεῖα. H.

p. Vt si quis pino) Hoc etiam Theophr. l. c. de picea, quam ipse πίτυν vocat: ἐάν τις τῆς πίτυος ἀφέλῃ τὸ ἄκρον, ἢ τοῦ φοίνικος. In palma porro cacumen intellige, trunci cacumen, in quo cerebrum est: huius enim decacuminatio integra quidem necem affert, vt dictum est L. XIII. 9. mutilatio leuis, sterilitatem. Theophr. l. c. et de causs. V. 24. p. 349. H.

q. Aegrotant aliquando) Theophr. l. c. totidem verbis. H.

r. Pessimum est inter omnia) Idem ibid. cap. 14. *Dal.*

Pessimum est) Theophr. l. c. et de causs. V. 14. p. 338. H.

s. Sunt ex eadem) Theophr.

caet., dirum animal, eroduntque frondem, aliae u. florem oliuarum quoque, vt in Mileto: ac depastam arborem turpi facie relinquunt. Nascitur x. hoc malum tepore humido, et lento. Fit aliud y.

 ex

phr. ll. cc. Erucae, καμπαι, *Chenilles.* H.

t. Erucae) Idem cap. 16. L. IV. hist. et loco citato et cap. 27. L. III. eiusdem operis. *Dal.*

u. Aliae florem) Diuersae genere a superioribus. *Dal.*

Aliae florem) Hoc est, diuersi generis erucae. Theophrast. Hist. IV. 16. ἐν Μιλήτῳ δὲ τὰς ἐλαίας, ὅταν ὦσι περὶ τὸ ἀνθεῖν, κάμπαι κατεσθίεσιν: Αἱ μὲν τὰ φύλλα, αἱ δὲ τὰ ἄνθη, ἕτεραι τῷ γένει, καὶ ψιλεσι τὰ δένδρα. H.

x. Nascitur hoc malum tepore humido ac lento. Fit aliud ex eodem si sol acrior insequutus inussit ipsum vitium ideoque mutauit) Locus rursus foede deprauatus. Theophrastus de caussis plantarum L. V. c. 14. vnde haec mutuatus est Plinius: *Quippe*, inquit, *apud Miletum quum florent, si aer austrinus serenusque sit, erucae varium genus creatur: quarum aliae frondem erodunt, aliae florem. Iuuat contra hoc si aestus sit consequutus: omnes enim disrumpuntur et pereunt.* Ex his Theophr. verbis liquet aliter in Plinio, quam praeferunt exemplaria, legendum esse. Emendauit ergo vnusquisque pro captu ingenii sui, mihi ad praesens sic occurrit: *Nascitur hoc malum tempore humido ac lento. sed valet id si sol acrior insequutus inussit eas atque enecauit.* vt duo illa verba *ipsum vitium* superfluant, adiecta a lectore expositionis gratia. *Pint.*

Tepore humido) Austrino tempore, madido quidem, sed et eodem tepido: ὅταν ᾖ νότια καὶ τὰ εὐδιεινά. Theophr. Hist. IV. 16. H.

y. Fit aliud ex ex eodem, etc.) Hic significari puto κράμβον vuarum, id est, morbosam et vitiosam duritiem, de qua Theophrast. cap. 13. V. caussar. τὰ δὲ τῶν καρπῶν, οἷον τῶν μὲν βοτρύων ὁ καλεμενος κράμβος τῦτο δ' ὅμοιον τῇ ἐρυσίβῃ. γίνεται γὰρ ὅταν ὑπάσης ὑγρότητος μετὰ τὰς ψεκάδας ἐπιλάμψῃ σφοδρότερον ὁ ἥλιος, etc. id est, *Fructuum quoque morbi sunt, vt racemorum Crambus, rubigini similis. Fit is, quum post imbris guttas acrior sol insequutus exurit, etc.* Dalec.

ex eodem, si sol acrior insequutus inussit ipsum vitium, ideoque [1] mutauit. Est etiamnum peculiare oliuis et vitibus, (araneum z. vocant) quum veluti telae inuoluunt fructum, et absumunt. Adurunt a. et flatus quidam eas maxime, sed et alios fructus. [2] Vermiculationem b. et poma ipsa per se quibusdam annis sentiunt, mala c., pira, mespila, punica. In oliua ancipiti euentu, [3] quando d. sub cute nati fructum adimunt: augent, si in

1. *durauit, vel, necauit. Dal.* 2. *Nam et vermicul. Vet. Nam verm. Ch.* 3. *quando subeunt nati Gr. et vulgg.*

Fit aliud ex eodem) Ex eodem tepore humido aliud malum gignitur, quum sol acrior consequutus ipsas erucas inusserit, et immutarit. Theophr. Hist. IV. 16. vbi de erucis. Γίνονται δὲ ὅταν ᾖ νότια καὶ τὰ εὔδιεινά. Ἐὰν δὲ ἐπιλάβῃ καύματα, ῥήγνυνται. *Nascuntur tempore austrino et tepido: et si sol acrior sit insequutus, rumpuntur.* Sic vero ruptae, alia iam ratione arbores ac fructus infestant, fitque vitium aliud haud leuius priore. Non est huius loci κράμβος Theophr. de causs. V. 13. H.

z. *Araneum vocant*) Hoc est, telam araneae similem. Τὸ ἀράχνιον, Theophr. l. c. et Hist. IV. 17. H.

a. *Adurunt et flatus*) Calidi videlicet venti, et aestiui. Theophr. Hist. IV. 17. ἐπικάει δὲ καὶ καύματα τινα, καὶ ἐλαίαν, καὶ βότρυν, καὶ ἄλλους καρπούς. H.

b. *Vermiculationem*) Theophr. l. c. H.

c. *Mala*) Idem cap. 13. L. V. causs. et c. 17. L. IV. histor. *Dal.*

d. *Quando subeunt nati, fructum adimunt*) Legendum videtur, *quando sub cutem nati fructum adimunt.* Theophrastus de causis plantarum L. V. cap. 13. *Oliuae, si sub cute vermes nascuntur, pereunt, quoniam penitus adimuntur: sed si in ipso nucleo, augentur.* Pint.

Quando sub cute nati) Hoc est, sub pellicula, quae fructum circumuestit. Theophr. de causs. V. 13. p. 338. Ἐὰν μὲν ὑπὸ τὸ δέρμα γένωνται, διαφθείρουσιν. Ἐξεσθίουσι γάρ· ἐὰν δὲ ὑπὸ τὸν πύρηνα διαφύγωσιν, ὠφελοῦσιν. Prius hic legebatur, *quando subeunt nati.* H.

in ipso nucleo fuere erodentes eum. Gigni [1] illos *e.* prohibent pluuiae, quae fiunt post *f.* Arcturum: eaedem si Austrinae fuere, generant, in drupis *g.* quoque, quae maturescentes [2] tum sunt praecipue caducae. Id riguis *h.* magis euenit, etiamsi non cecidere, fastidiendis. Sunt et *i.* culicum genera aliquibus molesta; vt glandibus, fico, qui videntur ex humore [3] nasci, tunc dulci subdito corticibus. Et aegrotatio quidem fere in his est.

8. Quaedam *k.* temporum causae, aut locorum non proprie [4] dicantur morbi, quoniam protinus

Yy 5 necant:

1. *illos sub cute proh. Theoph.* 2. *sic et Ch. tunc Gr. et Al.* 3. *nasci, gustu dulci. Th.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. dicuntur Gr. et Al.*

e. Gigni illos) Qui nempe sub cute gignuntur, vt ex Theophrasto liquet, mox laudando. H.

f. Post Arcturum) Orientem. Oritur Nonis Septembr. *Dalec.*

Post Arcturum) Post Arcturi ortum, de quo L. XVIII. f. 74. Sic paulo ante post Vergilias dixit. Theophr. l. c. Κωλύονται δ' ὑπὸ τῶν πνευμάτων εἶναι, ἢ ὑδάτων ἐπ' Ἀρκτέρῳ γενομένων. Et Hist. IV. 17. Κωλύεται δὲ ὑπὸ τῷ δέρματι εἶναι, ὕδατος ἀπ' Ἀρκτέρε γενομένε. H.

g. In drupis quoque) Theophr. l. c. De drupis egimus L. XV. 2. H.

h. Id riguis) Theophr. Hist. IV. 17. H.

i. Sunt et culicum genera, etc.) Theophrast. c. 17. L. IV. hist. *Dal.*

Sunt et culicum) Theophr. l. c. Ἐγγίνονται δὲ καὶ κνῖπες ἔν τισι τῶν δένδρων· ὥσπερ ἐν τῇ δρυΐ, καὶ τῇ συκῇ, καὶ δοκοῦσιν ἐκ τῆς ὑγρότητος συνίστασθαι τῆς ὑπὸ τὸν φλοιὸν συνισταμένης. αὕτη δέ ἐστι γλυκεῖα γενομένοις. *Gignuntur et culices in quibusdam arborum: vt in robore et fico: et consistere ii ex humore videntur, qui subditus est cortici, dulcisque est, dum illi gignuntur.* H.

k. Quaedam temporum causae) Idem ibid. et cap. 16. L. V. causs. *Dal.*

Quaedam temporum) Theophr. l. c. totidem plane verbis. H.

necant: ſicut tabes *l.* quum inuaſit arborem, aut vredo *m.*, vel flatus alicuius regionis proprius, vt eſt in Apulia Atabulus *n.*, in Euboea Olympias. *o.* Hic enim, ſi flauit circa brumam, frigore exurit arefaciens, vt nullis poſtea ſolibus recreari poſſint. Hoc genere conualles et appoſita fluminibus laborant, praecipueque vitis, olea, ficus, Quod [1] quum *q.* euenit, detegitur ſtatim in germinatione: in oliua tardius: ſed in omnibus ſignum eſt [2] reuiueſcendi, ſi folia amiſere: [3] alioqui, quas putes praeualuiſſe, emoriuntur. Nonnumquam

1. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. euenerit Gr. et Al.* 2. *reuiuiſcendi Gr. et Al.* 3. *aliqui quas qu. moriantur. Ch.*

l. Tabes quum inuaſit arborem) Ἔκπληξις Theophr. vredo vero, καυθμός. *Dalec.*

m. Aut vredo) Quum arbores frigidus afflatus exurit, atque adeo aridas ſiccaſque facit, vt ne ſol quidem tempuſque longum afficere ita poſſint: quocirca vredinem vocant: ἄνεμος ψυχρὸς· ἀποκαίει γὰρ τὰ δένδρα· καὶ ἔτως αὖα ποίει καὶ ξηρά, ὡς ἐδ' ἄρ' ὑφ' ἡλίε καὶ χρόνε πολλῶ γένοιτ' ἄν· διὸ καὶ καλῶσι καυθμόν. Theophr l. c. cuius verba ca e exiſtimes a Plinio reddi. H.

n. Atabulus) Atabulum, quaſi τὴν ἄτην βάλλοντα, *calamitoſum* dixerunt. Horatius *Iapyga* nominauit. *Dal*

Atabulus) Hor. Serm. V. Sat. 7. v. 77. *Incipit ex illo montes Apulia notos Oſtentare mihi, quos terret Atabulus.* Terret, inquam, quoniam frugibus infeſtus. Alii *torret* legunt, minus recte. H.

o. Olympias) De hoc vento egimus L. II. 46. Circa brumam eum ſpirare prodidit Theophr. l. c. Ἐν Χαλκίδι τῆς Εὐβοίας Ὀλυμπίας ὅταν πνεύσῃ μικρὸν πρὸ τροπῶν, ἢ μετὰ τροπὰς χειμερινάς. H.

p. Hoc genere) Theophr. l. c. Πονῶσι δὲ μάλιςα τῶν τόπων οἱ κοῖλοι, οἱ αὐλῶνες, καὶ ὅσοι περὶ τὰς ποταμὰς, καὶ ἁπλῶς οἱ ἀπνευςότατοι τῶν δένδρων, καὶ μάλιςα συκῆ, etc. H.

q. Quod quum euenit) Theophr. l. c. plane ad verbum. H.

quam *r.* inarescunt folia, eademque [1] reuiuescunt. Aliae in *s.* septemtrionalibus, vt Ponto, Phrygia, frigore *t.* aut gelu laborant, si post brumam continuauere XL. diebus. Et ibi autem, et in reliquis partibus, si protinus editis fructibus gelatio [2] magna consequuta est, etiam paucis diebus necat.

9. Quae iniuria *u.* hominum constant, [3] alias habent caussas. Pix *x.*, oleum, adeps, inimica praecipue nouellis. Cortice *y.* in orbem detracto necantur, excepto *z.* subere, quod sic etiam iuuatur: crassescens enim praestringit et strangulat. Nec

1. *sic et Ch. reuiuiscant Gr. et Al.* 2. *magna, vel abundantia magna consequuta. M. Lego, vel aquarum abvndantia magna.* 3. *secum. Pint. ex V. C. secundas Gr.*

r. Nonnumquam) Theophr. l. c. totidem verbis. H.

s. Aliae in) Theophr. l. c. In MSS. *Aliae inter.* Nos *in terris coniicimus.* H.

t. Frigore aut gelu laborant) Ἔκπληξις fit. Theoph. *Dal.*

u. Quae iniuria) Genus alterum morborum in arboribus, inquit, illud est, quod ab hominum iniuria oritur. H.

x. Pix, oleum) Idem cap. 22. L. V. cauff. *Dal.*

Pix, oleum, etc.) Haec apud Theophr. de cauff. V. 22. p. 348. H.

y. Cortice in orbem, etc.) Idem c. 16. L. III. histor. et c. 8. L. IV. item c. 21. et 24. L. V. cauff. id veteres Iurisconsulti *cingere* pro *discingere* dixerunt, vt *stringere*, pro *distringere*, nempe in orbem decorticare. *Actio*, inquiunt, *legitima est in eos, qui alienas arbores cingunt, caedunt, secant, etc.* caedunt ascia securiue, aut totas, aut aliquam partem secant serra. Cuiacius c. 12. IX. Obseru. *Dal.*

Cortice in orbem) Theophr. de cauff. V. 24. p. 349. et Hist. IV. 18. totidem verbis. H.

z. Excepto subere) Theophr. πλὴν εἰ ἄρα φελλῷ. Et sane placet hic naturae solertiam demirari, quae suberi ad decorticationem natae arbori duplicem corticem attribuit: vt eo spoliata, adhuc conuestita libro, non nuda remaneret. Vide quae dicta sunt L. XVI. 13. H.

Nec adrachne *a.* offenditur, si non simul incidatur et corpus. [1] Alioquin *b.* et cerasus, et tilia, et vitis corticem mittunt, sed non vitalem, nec proximum corpori; verum eum, qui subnascente alio expellitur. Quarumdam *c.* natura rimosus cortex, vt platanis. Tiliae renascitur paulo minus quam totus. Ergo *d.* [2] his, quarum cicatricem trahit, medentur luto fimoque. Et aliquando *e.* [3] prosunt, si non vehementior frigorum aut calorum vis sequuta est. Quaedam tardius ita moriuntur, vt robora et quercus. Refert et tempus anni. Abieti

1. *Alioqui. Ch.* 2. *quarum corpus cicatr. Dal.* 3. *haec prosunt. Dal.*

a. Nec adrachne) In MSS. *andracle.* De ea egimus L. XIII. 40. H.

b. Alioqui) Theophr. Hist. IV. 18. ἐπεὶ καὶ τοῦ κεράσου περιαιρεῖται, καὶ τοῦ ἀμπέλου, καὶ τῆς φιλύρας· ἐξ οὗ τὰ σχοινία . . . ἀλλ' οὐχ ὁ κύριος, οὐδ' ὁ πρῶτος, ἀλλ' ὁ ἐπιπολῆς. ὃς καὶ αὐτόματος ἐνίοτε ἀποπίπτει διὰ τὴν ὑπόφυσιν θατέρου. H.

c. Quarumdam) Theophr. l. c. Καὶ γὰρ φλοιοῤῥαγία μία τῶν δένδρων ἐστὶν, ὥσπερ καὶ τῆς ἀδράχνης καὶ τῆς πλατάνου. H.

d. Ergo his) His quibus cortex rimosus cicatricem facit, luto medentur, etc. Theophr. l. c. Διαπλάττοντες πηλῷ, καὶ περιδοῦντες φλοιοῖς καὶ καλάμοις, καὶ τοιούτοις, ὅπως μὴ ψυχῆται, μηδ' ἀποξηραίνηται. H.

e. Et aliquando prosunt) Medicina ea prodest. Theophr. l. c. Καὶ ἤδη φασί που φύναι . . . Δεῖ δὲ ἅμα τῇ τῆς χώρας ἀρετῇ, καὶ τῇ τοῦ ἀέρος κράσει τὰ ἐπιγενόμενα τοιαῦτα εἶναι. Χειμώνων γὰρ ἢ καὶ καυμάτων, ἐπιγινομένων σφοδρῶν, εὐθὺς ἀπόλλυνται. *Etiam nonnunquam restitui ac regerminare sic aiunt . . . Sed praeter virtutem soli, temperamentumque caeli, reliqua quoque respondeant opus est. Frigora enim, aut calores nimii si superueniant, statim intereunt.* H.

f. Refert et tempus anni) Idem c. 18. L. IV. hist. *Dal.*

Refert et tempus) Haec rursum apud Theophr. l. c. Διαφέρουσι δὲ καὶ ὧραι, etc. H.

ti *g.* enim et pino ſi quis detraxerit, ſole *h.* Taurum vel Geminos tranſeunte quum germinant, ſtatim moriuntur. Eamdem *i.* iniuriam hieme paſſae diutius tolerant. Similiter ilex, et robur *k.* et quercus. [1] Quae *l.* ſi anguſta decorticatio fuit, nihil [2] nocetur ſupra dictis. Infirmiores *m.* quidem et in ſolo gracili, et ab vna tantum parte detractus interimit. Similem *n.* et decacuminatio ratio-

1. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. quod Gr. et Al.*
2. *nocet ſupradictis. Infirmioribus. M.*

g. *Abieti enim et pino)* Hoc Theoph. de abiete et πεύκῃ, quae alias vbique Plinio larix eſt, non pinus. Sed ſunt arbores cognatae larix et pinus, vt diximus. H.

h. Sole Taurum vel Geminos, etc.) Θαργηλιῶνος ἢ σκιῤῥοφοριῶνος, Gaza expoſuit Februario et Martio. *Dal.*

Sole Taurum etc.) Recte. Nam Theophr. ſcripſit, τοῦ Θαργηλιῶνος, ἢ Σκιῤῥοφοριῶνος. Hic vltimus anni menſis eſt, circa ſolſtitium, vt Suidas prodidit: hunc Θαργηλιὼν antecedit: Maium igitur Theophraſtus, Iuniumque deſignat, quod et Plinius facit. Sic rurſum idem Plinius XVI. 41. *tranſeunte Geminos ſole* dixit, id quod Iulio menſe peragi intelligitur, vt Theophr. Hiſt. III. 6. περὶ τὸν Σκιῤῥοφοριῶνα λήγοντα, circiter diem Iunii XXI. H.

i. Eamdem) Theophr. Hiſt. IV. 18. τοῦ δὲ χειμῶνος πλείω χρόνον ἀντέχει· καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ ἰσχυρότατα, καθάπερ πρίνος, καὶ δρῦς. Quercum etiam Plinius addidit. H.

k. Robur et quercus) De robore nihil Theophraſt. *Dal.*

l. Quae ſi anguſta) Theophr. l. c. Δεῖ δὲ καὶ τὴν περιαίρεσιν ἔχειν τι πλάτος· πάντων μὲν, μάλιςα δὲ τῶν ἰσχυροτάτων. Ἐπεὶ ἄν τις εὐτελῶς ποιήσῃ, οὐδὲν ἄτοπον τὸ μὴ ἀπολλυσθαι. *Latitudinem quoque aliquam decorticatio habeat oportet: omnium quidem, ſed maxime robuſtiorem. Nam ſi anguſtam feceris, nihil mirum eſt, ſi non interierint.* H.

m. Infirmiores) Theophr. l. c. totidem verbis. H.

n. Similem et decacuminatio rationem habet, cupreſſi, piceae, cedri) Aliquot arbores hic omiſſas puto indiligentia librarii. Theophraſtus de cauſis plantarum L. V. c. 24. *Quippe,* inquit, *decacu-*

tionem [1] habet, cupreſſi, piceae, cedri: hae enim detracto cacumine, aut ignibus aduſto, intereunt. Similem *o.* et depaſtio *p.* animalium. Oleam quidem etiam ſi *q.* lambat capra, ſterileſcere, auctor eſt Varro *r.*, vt diximus. *s.* Quaedam *t.* hac iniuria moriuntur: aliqua deteriora tantum fiunt, vt amygdalae *u.*: ex dulcibus enim tranſfigurantur in amaras. Aliqua vero etiam vtiliora; vt apud Chios

1. *habent. Dal.*

caeuminatione abies, pinus, larix et palma dumtaxat pereunt: quidam et cedrum et cupreſſum annumerant. Pintian. *Similem, etc.)* Ἐπικοπή. Theophr. c. 19. L. IV. hiſt. et c. 24. L. V. cauſſ. *Dal.*

Similem et decacuminatio) Haec pariter Theophr. Hiſt. IV. 19. et de cauſſ. V. 24. p. 349. totidem plane verbis. H.

o. Similem et depaſtatio) Theophr. Hiſt. IV. 19. et de cauſſ. V. 25. p. 350. H.

p. Depaſtio animalium) Idem c. 25. L. V. cauſſ. *Dal.*

q. Etiamſi lambat capra, etc.) Hac de cauſſa in arcem Athenis caprae non agebantur, praeterquam ſemel ad neceſſarium ſacrificium, ne oleam ibi primum editam violarent: tum etiam caprarum victimas Pallas auerſabatur. *Dal.*

r. Varro) Cap. 3. L. II. *Dal.*

s. Diximus) Supra c. 10. L. VIII. *Dal.*

Vt diximus) L. VIII. 76. et XV. 8. H.

t. Quaedam hac iniuria moriuntur, aliqua deteriora, etc.) Scribendum proculdubio *incuria*, non *iniuria*: et pronomen *hac* aduentitium eſt. Theophraſtus de cauſis plantarum L. II. cap. 20. *Euidentiſſima*, inquit, *et communiſſima mutationis plantarum cauſa eſt negligentia. Omnia namque fere neglecta immiteſcunt. Interdum etiam fit vt quaſi manca laeſaque fuerint, in deterius tranſeant, quum ſcilicet principio naſcens quidquam diminuitur ſeu amygdala; haec enim amara ex dulci et dura ex molli ſic redditur. Non tamen deſunt quae diminuta poſſe melioreſcere dicunt, vt de piro Phocide Chii referunt.* Pint.

Quaedam hac iniuria) Theophr. de cauſſ. V. 25. p. 350. H.

u. Amygdalae) Theophr. c. 22. L. II. cauſſ. *Dalec.*

Vt amygdalae) Sic Theophr.

Chios *x.* pirus, quam Phocida *y.* appellant. Nam detruncatio *z.* diximus quibus prodeſſet. Intereunt *a.* pleraque et fiſſa ſtirpe, exceptis vite, malo, fico, Punica: Quaedam *b.* vel ab [1] hulcere tantum. [2] Ficus *c.* hanc iniuriam ſpernit, et omnia quae reſinam *d.* gignunt. Radicibus *e.* amputatis mori, minime mirum eſt. Pleraeque tamen non omnibus, ſed maximis, aut quae ſunt inter illas vitales abſciſſis moriuntur.

10. Necant *f.* inuicem inter ſeſe vmbra, vel denſitate,

1. *vlcere. Gr.* 2. *Pinus in tedam conciſa. Th.*

phr. de cauſſ. V. 25. p. 350. Καὶ γὰρ ἡ ἀμυγδαλὴ πικρὰ γίνεται etc. Et Pallad. in Ian. tit. 15. De amygdalis: *Seruandae ſunt a pecore, quia ſi rodantur, amareſcunt.* H.

x. Vt apud Chios) Ἔνια δὲ καὶ βελτίω κολούμενά φασι γίνεσθαι, καὶ καθάπερ οἱ Χῖοι τὴν ἄπιον τὴν Φωκίδα. Theophr. de cauſſ. II. 20. p. 255. H.

y. Quam Phocida appellant) Idem loco citato. *Dal.*

z. Nam detruncatio) Prodeſſe quidem palmarum generi cuidam dictum eſt L. XIII 9. Etiam et oleae, adnaſcente ſtolone, qui in arborem adoptatur, quae vetuſtae ſuccedat libri huius ſ. 29. H.

a. Intereunt) Haec pariter ad verbum Theophr. Hiſt. IV. 19. H.

b. Quaedam vel ab hulcere) Vel paulo altiore: et in profundo ἔνια δὲ κἂν ἑλκωθῇ, καὶ μεῖζον, καὶ βαθύτερον ἀπόλλυται. Theophr. l. c. H.

c. Ficus etc.) Theophr. l. c. Συκῆ . . . καὶ ἐξ ὧν δὴ τὰς ῥητίνας συλλέγουσιν, οἷον ἐλάτας, τερμίνθους, H.

d. Quae reſinam) Vt abies, pinus, picea, larix, terebinthus. H.

e. Radicibus amputatis mori) Idem cap. vlt. L. IV. hiſt. *Dalec.*

Radicibus) Theophr. Hiſt. IV. 20. Κοινὴ δὲ φθορὰ πάντων, κἂν αἱ ῥίζαι περικοπῶσαι, ἢ αἱ πλεῖσται, καὶ μέγισται, καὶ κυριώταται τοῦ ζῆν. H.

f. Necant inuicem, etc.) Idem cap. 22. L. V. cauſſ. *Dal*

Necant inuicem) Theophr. de cauſſ. V. 22. p. 347. Plinius XVI. 47. *Facit et denſitas ſterlitatem.* H.

tate, atque alimenti rapina. Necat *g.* et edera vinciens. Nec viscum *h.* prodest; [1] et cytisus *i.* necatur eo, quod halimon vocant Graeci. Quorumdam *ii.* natura non necat quidem, sed laedit odore;

1. nec scyt. etc. quem halimon. ex Theophr. et cytisus, nec auro, quod alimon Gr. et Al.

g. Necat et edera) Vide quae dicta sunt L. XVI. 62. H.

h. Nec viscum prodest, etc.) Lege. *Et cytisus necat viro, et quod halimon Graeci vocant.* Plinius reddidit *virus* succum falsum nimirum Galimi, qui virus est ceteris plantis Halimo adnatis. Vide *Salmas.* p. 174. b.

Nec viscum) Theophr. loco proxime cit. ἐπὶ καὶ ἡ ἰξία δοκεῖ καὶ ὅλως τὰ ἐμβλαστάνοντα φθείρειν. H.

i. Et cytisus necatur eo) Vide N. et Em. N. XXXIX. (paulo post) De halimo diximus, L. XXII. 33. *Nec viscum)* Ante legebatur, *et cytisus, nec auro, quod halimon,* etc. Salmas. in Solin. p. 117. *Et cytisus necat viro, et quod halimon Graeci vocant.* Viro, hoc est, succi improbi virtute cytisum, halimonque, necare ea quae sibi sunt vicina, interpretans. At vox ea *viro* obsoleta Plinii aeuo eruditis videri sane potest: quamquam a Lucretio vsurpata L. II. v. 852. In MSS. R. Colb. Theophr. etc. *Et cytisus nec aureo quod halimon,* etc. Vnde Hermolaus et Gaza *nec aurio* legendum esse confidenter pronunciarunt: atque aurionem Latine appellari, quod ἅλιμον Graece. Nos adiecta litterula, *necatur eo.* Emendationi nostrae, quae vel sua se simplicitate defendit, Theophrasti verba admodum suffragantur, ex Hist. IV. 20. Χαλεπὸς δὲ καὶ ὁ κύτισος· ἀπόλλυσι γὰρ πάνθ', ὥς εἰπεῖν. Ἰσχυρότερον δὲ τούτου τὸ ἅλιμον· ἀπόλλυσι γὰρ τὸν κύτισον. *Molestus et cytisus: nam omnia ferme necat: sed eo valentius est quod halimon, vocant: cytisum enim ipsum interimit.* Plin. *et cytisus necatur eo quod halimon Graeci vocant.* Idcirco et Theoph. idem, de causs. V. 22. p. 347. halimon esse reliquis perniciosius prodidit, quod plus habet salsuginis: ἰσχυρότερον δὲ τὸ ἅλιμον, διὰ τὸ πλείω ἁλμυρίδα ἔχειν. H.

ii. Quorumdam natura, etc) Theophrast. cap. 20. L. IV. hist. Pro *raphano* hic bis reddendum *brassica.* Vide infra

odore, aut fucci mixtura: vt raphanus *k.*, et laurus, vitem. [1] Olfactrix *l.* enim intelligitur, et [2] tangi *m.* odore mirum in modum: ideo quum iuxta fit, auerti et recedere, saporemque inimicum fugere. Hinc sumpfit *n.* Androcydes medicinam contra ebrietates, [3] raphanus vt mandatur praecipiens. Odit *o.* et caulem, et olus omne: odit *p.* et corylum; ni procul abfint, triftis atque aegra. Nitrum *q.* quidem et alumen, marina aqua calida, et fabae *r.* putamina, vel erui, vltima *s.* venena funt.

XXXVIII.

1. *fic ex MSS. em. Hard. conf. Dal. olfactatrix Gr. et Al.* 2. *tingui. Ch.* 3. *fic ex MSS. em. Hard. conf. M. raphanum mandatur. Ch. braſſicam. Ex Th. raphanum mandi. Gr. et Al.*

fra c. 5. L. XVIIII. et c. 9. L. XX. et c. 1. L. XXIV. *Dal.*

Quorumdam) Theophr. Hift. V. 20. totidem verbis. H.

k. Vt raphanus) Theophr. l. c. οἷον ἡ ῥάφανος καὶ ἡ δάφνη τὴν ἄμπελον. Theophrafto ῥάφανος braſſica eft: id quod raphanum appellamus, ῥαφανίς. Sed et de raphano id verum effe docebimus L. XIX. 26. H.

l. Olfactrix) Ita MSS. De vite loquitur Theophr. l. c. *Et angi* mox rectius, quam *et tangi*. Etfi in Chiffl. *et tingui.* H.

m. Et tangi odore mirum in modum) In fcripto codice, *extingui odore mirum in modum.* Neutram lectionem probo, placet magis legas, *et angi odore mirum in modum.* Pint.

n. Hinc fumpfit) Et haec apud Theophr. l. c. Sed ῥαφάνȣ nomine, vt monuimus, braſſicam intellexit. H.

o. Odit et caulem) Hoc eft, braſſicam. H.

p. Odit et corylum) Vnde praeceptum illud Virgilianum manauit Georg. II. 299. *Neue inter vites corylum fere.* H.

q. Nitrum quidem et alumen) Ideo viti braſſica tantopere odiofa eft, quod nitrofo fucco alatur, Laurus quod amaro *Dal.*

r. Et fabae putamina) Theophr. de cauff. V. 21. p. 347. H.

s. Vltima venena funt) Vitium. H.

XXXVIII. (XXV.) *t.* Inter vitia *u.* arborum est et prodigiis locus. Inuenimus enim *x.* sine foliis natas: vitem et malum Punicam stirpe fructum tulisse, non palmite, aut ramis: vitem, vuas sine foliis: oleas quoque amisisse folia baccis haerentibus. 1 Sunt et miracula fortuita. Nam et oliua *y.* in totum ambusta reuixit: et in Boeotia *z.* derosae a locustis

1. Sunt mirac. ac fortuita. *Ch.*

t. Ad inscr. De variis prodigiis) Vide infra cap. 32 L. XVI. et apud Theophr. cap. 4. L. V. causs. et cap. 4. L. II. hist. *Dal.*

u. Inter vitia arborum) Vide N. et Em N. XL. (hic consp) *Inter vitia)* Diuellenda nonnemini pars prior huiusce sententiae, a posteriore forsitan videatur, et superioribus connectenda in hunc modum: *Nitrum quidem et alumen . . . . vltima venena sunt inter vitia arborum. Est et prodigiis locus*, etc. vel, *vltima venena sunt, et internecio arborum. Est et prodigiis* etc. Tolerabilior tamen recepta dudum lectio est: quum inter ipsa prodigia arbores ferantur sine foliis natae, aliisque similibus casibus obnoxiae, quae sane in vitiis non immerito censeantur. Et sane prodigiis arborum ipsis quoque enumeratis subiicit auctor: *Nunc expositis arborum morbis, consentaneum est dicere et remedia*: vt inter morbos arborum ipsa censeri prodigia intelligas. H.

x. Inuenimus enim sine foliis natas vitem et malum Punicam a stirpe fructum tulisse, etc.) Tria illa verba *sine foliis natas*, superuacanea esse Theophr. monstrat. L. II. c. 4. *Et si*, inquit, *aliquando ita fit, in fructibus potius discrimen quam in totis arboribus percipitur. Nam talis quoque rei temeritas fructibus nonnumquam contingit, vt ficus poma aduersa ramulis ferat et Punica ac vitis in caudice suo fructificent. Ad haec vitis fructum absque foliis produxit: olea foliis amissis fructificauit.* Pint.

Inuenimus enim) Haec Theophr. Hist. II. 4. H.

y. Nam et oliua in totum, etc.) Pausaniae in Corinthiacis claua Herculis ex oleastro actis radicibus regerminauit. *Dalec.*

Nam et oliua) Theophr. l. c. H.

z. In Boeotia derosae a locustis ficus iterum germinauere)

custis *a.* ficus iterum germinauere. Mutantur *b.* arbores et [1] colore, fiuntque ex nigris candidae, non semper [2] prodigiose: eae maxime quae ex semine nascuntur, vt populus alba in nigram transit. Quidam *c.* et sorbum, si in calidiora loca venerit, sterilescere putant. Prodigio autem *d.* fiunt ex dulcibus acerba poma, aut dulcia ex acerbis, e caprifico fici: aut contra: graui ostento, quum in deteriora mutantur, ex olea in oleastrum, ex candida vua et [3] fico, in nigras: vt Laodiceae, Xerxis aduentu platano in oleam mutata: quālibus ostentis Aristandri apud Graecos volumen scatet, ne in infinitum abeamus: apud nos vero [4] C. Epidii *e.* commentarii, in quibus arbores loquutae quoque reperiuntur. Subsedit in Cumano arbor graui ostento, paulo ante Pompeii Magni bella ciuilia

Z 7. 2 paucis

1. *colores.* *Cb.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Cb. prodigiosae et maxime Gr. et Al.* 3. *ficu. Alii.* 4. *Cepidii. M.*

re) Vetus lectio, *et in Boeotia derosae a locustis cytisi regerminauere.* Theophr. L. II. c. 4. neque ficum neque cytisum nominat, sed opera ait derosa a locustis regerminasse. Theodorus non *opera* sed *germina* vertit. *Pint.*

Et in Boeotia) Theophr. de olea, simile prodigium l. c. refert. H.

a. A locustis) Ὑπ' ἀττελάβων. Vide infra L. XXIX. 29. H.

b. Mutantur arbores et colore) Theophrast. cap. 3. L. II. histor. et c. 3. L. V. causs. *Dalec.*

Mutantur arbores) Theophr. l. c. et de causs. V. 8. p. 333. H.

c. Quidam et sorbum si in calidiora loca venerit, sterilescere putant) Haec verba falso hic inserta sunt, nec ad praesens institutum pertinent, sed ad materiam capitis prioris de sterilitate arborum. *Pintian.*

Quidam et sorbum) Theophr. Hist. II. 3. H.

d. Prodigio autem) Theophr. Hist. II. 4. H.

e. C. Epidii) In quibusdam MSS. *Cepidii*, male. Γάϊον Ἐπίδιον vocat Dio XLIV. p. 244. Vide quae in auctorum syllabo diximus. H.

paucis ramis eminentibus. Inuentum Sibyllinis libris internecionem hominum fore, tantoque eam maiorem, quanto propius ab Vrbe postea facta esset. Sunt prodigia, et quum alienis locis enascuntur, vt in capitibus statuarum, vel aris, et quum in arboribus *f.* ipsis alienae. Ficus in lauro *g.* nata est Cyzici *h.* ante obsidionem. *i.* Simili *k.* modo Trallibus [1] palma in basi Caesaris dictatoris circa bella

1. *palmae. Ch.*

f. Et quum in arboribus, etc.) Pausaniae in Arcadicis ex vna et eadem radice ilex et olea enatae sunt. *Dalec.*

g. Ficus in lauro) Theophr. c. 23. L. II. et cap. 4. L. V. de causs. Laurus in Platano. *Dal.*

Ficus in lauro) Sic laurum aliquando in platano prouenisse refert Theophr. de causs. III. 4. H.

h. Cyzici) De obsidione Cyzicenorum facta a Mithridate, vide Strabonem XII. p. 575. sq. H.

i. Ante obsidionem) Obsidionem intelligit Mithridatis, qui eam ciuitatem cum quadringentis nauibus resistentem oppugnauit cum equitatu multo et peditum CI. millibus. Vide Strab. L. XII. *Dal.*

k. Simili modo) Valer. Max. L. I. 6. n. 12. p. 47. *Palmam viridem*, inquit, *Trallibus in aede Victoriae sub Caesaris statua inter coagmenta lapidum iustae magnitudinis enatam.* Refert hoc et Iul. Obsequens c. 125. L. Paullo, C. Marcello CoSS. biennio fere ante Caesaris dictaturam. Dio quoque L. XLI. p. 182. Simile miraculum istud est in quod egregie lusit Philippus epigrammate non inficeto, Anthol. I. tit. 20 Φοῖβον ἀνηναμένη ποτὲ Δάφνη, νῦν ἀνέτειλε Καίσαρος ἐκ βωμοῦ, κλῶνα μελαμπέταλον· Ἐκ δὲ Θεοῦ θεὸν εὗρεν ἀμείμονα Λητοΐδην γὰρ ἐχθήρασα, φιλεῖ Ζῆνα τὸν Αἰνεάδην. Ῥίζαν δ' οὐκ ἀπὸ γῆς μητρὸς βάλεν, ἀλλ' ἀπὸ πέτρης. Καίσαρι μὴ τίκτειν οὐδὲ λίθος δύναται. Hoc est, interprete Grotio: *Caesaris ex ara fundit sua germina Daphne, Quam frustra Phoebi sollicitarat amor: Mutatus meliore Deo Deus: oderat olim Latoiden: Latium nunc amat ecce Iouem. Radicem non fundit humus, sed saxea moles: Caesaribus partum non negat ipse lapis.* H.

bella ciuilia eius. Nec non et Romae in Capitolio, in capite [1] bis *l.* bello Perſei enata palma *m.*, victoriam triumphoſque portendit: hac tempeſtatibus proſtrata, eodem loco ficus enata eſt, M. Meſſalae *n.*, C. Caſſii Cenſorum luſtro. A quo tempore pudicitiam ſubuerſam Piſo grauis auctor prodidit. Super omnia, quae vmquam audita ſunt, erit prodigium in noſtro aeuo Neronis principis ruina factum in agro Marrucino, Vectii *o.* Marcelli e primis equeſtris ordinis olíueto vniuerſo viam publicam transgreſſo, aruiſque inde e contrario in locum olíueti profectis.

XXXIX. (XXVI.) *p.* Nunc expoſitis arborum morbis, conſentaneum eſt dicere et remedia. Ex his quaedam ſunt communia omnium, quaedam propria quarumdam. Communia: ablaqueatio *q.* accumulatio *r.*, afflaris radices, aut cooperiri,

riguis

1. *Iouis.* *V.*

l. *In capite*) Quidam *caput* hic exponunt ſummum tecti faſtigium et ſupremum verticem. *Dal.*

In capite bis) Forte, *in capite Iouis:* nam paulo ante *in capitibus ſtatuarum* dixit. Forte *in ara Iouis*: nam fragmentum Feſti, verbo *Religionis praecipuae*, haec habet: *In Capitolio in ara... fico nata fuerat*: ſupple, *bello Perſico nata fuerat.* H.

m. *Enata palma*) Sic apud Liuium L. II. Decad. 4. *A. P. Sulpitio proconſule litterae ex Macedonia allatae nuntiarunt in puppi longae nauis enatam laurum.* Dal.

n. *M. Meſſalae*) Luſtrum hi feciſſe LV. dicuntur in Faſtis A. V. DC. H.

o. *Vectii Marcelli*) Hoc iam ſuperius retulit L. II. ſ. 85. H.

p. *Ad inſcr. De remediis, etc.*) Theophr. c. 9 L. II. hiſtor. et cap. 2 L. III. c. 21. L. V. cauſſ. *Dal.*

q. *Ablaqueatio*) Ablaqueatio, σκεπάνη: accumulatio ἐπίχωσις: potus datus vel ablatus ὑδρεία: fimi ſucco refectio, κόπρωσις: putatione leuatum onus διακάθαρσις, ἀφαίρεσις τῶν αὔων. *Dalec.*

Ablaqueatio) Ablaquean-

riguis *t.* dato potu vel ablato, fimi ſucco refectis, putatione leuatis onere. Idem ſucco *u.* emiſſo quaedam veluti [1] detractio ſanguinis: circumraſio corticis: vitium *y.* extenuatio, [2] et domitura palmitum: [3] gemmarum, ſi frigus retorridas hirtaſque

1. *detractatio. Ch.* 2. *et dominarum.* 3. *Gemmas. Gr.*

tur arbores, viteſque quum circum illas terras foditur, et radices ſuperiores reciduntur: *Déchauſſer la vigne ou les arbres.* H.

r. Accumulatio) In ficis. Cato. c. 94. *Dal.*

Accumulatio) Fit ea quum poſt hiemem aggeratur terra ac circumfunditur, et veluti circummuniuntur arbores terra optima, ne calore nimio radices exareſcant, *Rechauſſer.* H.

s. Afflari radices) Radices aperire, vt perflatus ventorum admittant. H.

t. Riguis dato potu vel ablato, etc.) Lege: *Rigua dato vel ablato: fimum ſucco refectis, putatio, leuatis onere: item ſucco emiſſo quaedam velut detractio ſanguinis: circumraſio corticis, vitium extenuatio et domitura palmitum: gemmarum ſi frigus retorridas hirtaſque fecerit repumicatio et quaedam politura.* Vide *Salmaſ.* p. 519. a.

u. Item ſucco emiſſo quibuſdam veluti detractio ſanguinis) Emendatius, vt ſentio, legeretur. *Item ſucci emiſſio, etc.* Pint. *Succo emiſſo quaedam, etc.*) Columella c. 6. L. V. ſic vlmum vetuſtam propter ramos vulnerat, et vſque in medullam cauat. *Dal.*

Item ſucco) Vti de vlmo dicetur ſ. 43. et de amygdalis, et fico. H.

x. Circumraſio) Quum cortici muſcus detrahitur, quo infeſtatur: id quod vere fit, vt dicetur ſ. 45. H.

y. Vitium extenuatio) Extenuationem vitium appellat, quam Theophr. c. 12. L. V. cauſſ. τὴν τῆς τροφῆς ἀφαίρεσιν. Ea fit pampinatione, ἀποψιλώσει, ἐνάρων ἀποκνίσει, palmitum detractione: περικαθάρσει τῶν ἀνωτάτω ῥίζων, ſummarum radicum purgatione, ſummiſſis ſarmentis, κλήμασιν ἐπιβαλλομένοις: propaginibus, τοῖς ὑποκατωρύχοις: foſſione, τῇ σκάψει et ablaqueatione, τῇ τῶν ῥίζων γυμνώσει. *Dal.*

Extenuatio) Extenuantur vites, domanturque palmites, quum reſecantur in pollices,

taſque fecerit, repumicatio z., et quaedam politura. Arborum *a.* iis aliae magis, aliae minus gaudent: veluti cupreſſus et aquam aſpernatur et fimum, et circumfoſſuram, amputationemque, et omnia remedia odit: quinetiam [1] necatur *b.* riguis: [2] et vites, et Punicae *c.* praecipue aluntur. Ficus arbor *d.* ipſa riguis alitur, pomum vero eius [3] mar-

1. *necatur. Riguis. Gr.* 2. *et vitis. Ch.* 3. *inareſcit M.*

lices, quum hoſpitari ſub iugo coguntur, quum pernicioſa luxuries compeſcitur, vt dictum eſt ſuperius ſ. 35. et alibi ſaepius. H.

z. *Repumicatio)* Idem loco citato. *Dal.*

Repumicatio) Fit ea, quum gemmae propter frigus retorridae, hoc eſt, exuſtae, decutiuntur a vite, quae polituram inde quamdam accipit, quum eae ſolae ſunt reſiduae, in quibus ſpes anni eſt. Texit inſignem calumniam aduerſus Plinium Salmaſius in Solin. p. 517. qui eum legiſſe aſſeuerat apud Theophr. de cauſſ. V. 12. p. 337. ἀποκνήσεις τῶν οἰνάρων τῶν μεγίςων, non ἀποκνίσεις, et repumicationem imprudenter reddidiſſe: nam ſi in ea voce Plinius aberrauit, et ſequentes pariter praepoſtero ſenſu accepiſſe neceſſe eſt, τῶν οἰνάρων τῶν μεγίςων, quas de gemmis retorridis a Plinio intellectas eſſe, ſobrius homo nullus dixerit. Quare neque hunc Theophraſti locum Plinius reſpexit, quum de gemmarum repumicatione ſcribere inſtituit: ſed alios, quod ſaepe facit, auctores ſequitur, ipſamque quod grauius eſt, experientiam rerum. H.

a. Arborum iis aliae magis) Idem c. 6. et 8. L. I. hiſtor. *Dal.*

Arborum iis) Iis remediis. Traduntur haec a Theophr. Hiſt. II. 8. H.

b. Quin etiam necatur) Si, dum nouella eſt, copioſius adaquetur. Theophr. l. c. Οἷον ἡ κυπάριττος, ὥσπερ ȣ̓ φιλόκοπρον, ȣ̓δὲ φίλυδρον, ἀλλὰ καὶ ἀπόλλυσθαί φασι, ἐὰν γενέαν ȣ̓͂σαν ἐφυδρεύωσι πολλῷ. Ῥοὰ δὲ καὶ ἄμπελος φίλυδρα. H

c. Et Punicae) Pallad. IV. in Mart. t. 10. p. 92. *Creduntur*, inquit, *acida Punica fieri, ſi rigentur aſſidue: nam ſiccitas in his et ſuauitatem praeſtat, et copiam: cuius tamen nimietati aliquid debet humoris apponi.* H.

cescit. *e.* Amygdalae *f.* si colantur fossione, florem amittunt. Nec insitas circumfodere oportet, priusquam validae ferre ceperint poma. Plurimae autem *g.* amputari sibi volunt onerosa ac supervacua, sicut nos vngues et capillum. Reciduntur *h.* veteres totae, ac rursus a stolone aliquo resurgunt: sed non omnes, [1] nisi quarum naturam pati *i.* diximus.

XL. Rigua *k.* aestiuis vaporibus vtilia, hieme inimica, autumno varia, [2] et ex natura soli: quippe quum [3] vindemitor Hispaniarum stagnante solo vuas demetat. [4] Cetero maiore in parte orbis etiam pluuias autumni aquas [5] eriuari *l.* conuenit. Circa

1. *Nec nisi. Gr.* 2. *et hoc ex natura. M.* 3. *vindemitor Hispanarum. Cb.* 4. *Ceterum ma. ex par. orbis et plu. M.* 5. *deriuari. V. eriuare. Cb.*

d. Ficus arbor) Theophr. l. c. H

e. Marcescit) Fructus deterior fit, τὸν δὲ καρπὸν ἴσχει χείρονα. Theophr. Sed ficum idem Laconicam ab eo genere eximit, quae riguis gaudet in primis. H.

f. Amygdalae) Pallad. in Ian. t. 15. de amygdalis: *Circumfodi non debent, quoties florent, quia inde flos eius excutitur.* Sic et Theophr. de causs. III. 23. p. 288. H.

g. Plurimae autem) Subintellige, arbores. Et haec Theophr. Hist. II. 8. Διακαθαίρεσθαι δὲ πάντα ζητεῖ, etc. H.

h. Reciduntur) Theophr. l. c. H.

i. Pati diximus) Vt de lauro inprimis L. XVI. 56. *Itaque quum trunco inaruit, recisu etiam laetius fruticat.* De abiete item, eodem libro s. 53. De arundine, s. 66. de alnis, s. 67. de punica et malo s. 90. H.

k. Rigua aestiuis vaporibus vtilia) Idem ibid. c. 5. et c. 12. ac 13. L. III. causs. *Dal.*

Rigua aestiuis vaporibus) Aestiuo calore. Vide L. II. 40. H.

l. Eriuari conuenit) Riuis effundi: quia nec frugibus, nec arboribus, nec vitibus eae sunt vtiles. *Dal.*

Eriuari conuenit) Riuis factis educi: quoniam eae tum satis arboribusque inutiles. Idcirco mense Nouembri elices

Circa Canis ortum rigua maxime profunt, ac ne tunc quidem nimia, quoniam inebriatis [1]radicibus nocent. *m.* Et aetas modum temperat. Nouellae enim minus fitiunt. Defiderant autem maxime rigari, quae affueuere. Contra ficcis locis genita non expetunt humorem, nifi neceffarium.

XLI. Afperiora vina rigari vtique cupiunt in Sulmonenfi Italiae agro, pago Fabiano, vbi et [2]arua rigant: [3] mirumque, herbae aqua illa necantur, fruges aluntur, [4] et riguus *n.* pro farculo eft. In eodem agro bruma, tanto magis fi niues iaceant, geletue, ne frigus vites adurat, circumfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant: memorabili natura in amne folo. Sed idem aeftate vix tolerandi rigoris.

XLII.

1. *inebrietatis. Dal.* 2. *fic ex MSS. em. Hard. rigantur. Gr.* 3. *mirum quod. M. mirumque quod Alii.* 4. *et riuus. Alii.*

ces et fulcos aquarios fieri Columella praecipit, L. XI. 2. H.

m. Inebrietatis radicibus nocent) Vtitur hac metaphora Theophraft. c. 21. L. V. cauff. ἀλλὰ καὶ τοῦτο (fub. ὕδωρ) ἐνίοτε τῷ πλήθει διαφθείρει. σῆπον τὰς ῥίζας καὶ λύαν ἐκμεθύσκον. Dal.

n. Et riguus) Riuus ex amne ductus, et vitibus circumfufus, dum harum radicibus adnafcentes herbas necat, farculi vice eft. H.

o. Circumfundunt riguis, etc.) Legend. *Circumfundunt riguis, etc. memorabili natura in amne: folus idem aeftate vix tolerandi rigoris, etc.* ibi *rigua* funt riui ex amne ducti et vitibus circumfufi. Praecedentia fic legenda: *vbi et arua rigant: mirumque, etc. et riguum pro farculo eft.* nam *rigua* vbique vocat τὰς ἀρδείας quae riuo ducuntur. Hinc *eriguare aquas* apud eumdem riuo deducere. Et quod praecedit fic legend. *etiam pluuias autumni aquas eriguare conuenit,* id eft, riuis factis deducere. fic *rigare* proprie de aqua quae riuo ducitur, Graeci ἀρδεύειν. *Salmaf.* 588. a. b.

Circumfundunt riguis) Riuis ex amne deductis, cuius aqua hieme tepidior, cuiufmodi puteorum fontiumque eft. H.

XLII. (XXVII.) *p.* Carbunculi ac rubiginum remedia demonſtrabimus *q.* volumine proximo. Interim *r.* eſt ſcarificatio quaedam in remediis: cum macie corticis ex aegritudine adſtringente ſe, iuſtoque plus vitalia *s.* arborum comprimente, exactam falcis aciem vtraque manu imprimentes, perpetuis inciſuris [1] deducunt, ac veluti cutem laxant. Salutare *t.* id fuiſſe, argumento ſunt dilatatae cicatrices, et internato corpore expletae.

XLIII. Magnaque *u.* ex parte ſimilis hominum medicina et arborum eſt, quando earum *x.* quoque terebrantur oſſa. Amygdalae *y.* ex amaris dulces fiunt,

1. *diducunt. Dal. Pint.*

p. Ad inſcr. c. De caprificatione) Theophr. c. 9. L. II. hiſtor. et cap. 12. ac 13. L. II. cauſſ. *Dalec.*

q. Demonſtrabimus) Libro ſq. ſ. 45. et 70. H.

r. Interim eſt, etc.) Legend. *Interim eſt et ſcarifatio quaedam in remediis, etc.* Vide *Salmaſ.* p. 590. a.

Scarificatio) Apertio facta ſcalpello. In indice huius loci, *caſtratio legitur*, ex MSS. quos ſumus ſequuti: at iidem hoc loco, *ſcariphatio*, prae ſe ferunt. Scarificatio dicitur a Theod. Priſciano, L. II. P. 2. c. 1. H.

s. Vitalia arborum) Pulpam interiorem, materiam, ac medullam. H.

t. Salutare id) Ad craſſitudinem arbori parandam: nam dilatatae cicatrices expletae ſunt ipſo arborum corpore ac ligno, quod ibi natum eſt. H.

u. Magnaque ex parte ſimilis hominum medicina et arborum eſt, quando earum quoque terebrantur oſſa) Quinque vltima verba ſuperfluunt ex vetere lectione: prima alio ordine in eadem ſcripta ſunt: *magnaque ex parte ſimilis eſt hominum medicina et arborum.* Pint.

x. Earum quoque terebrantur oſſa) Vt hominum ſcilicet, vbi carie vitiata ſunt. De terebra ad eos vſus idonea, Celſum vide, L. VIII. 3. H.

y. Amygdalae ex amaris, etc.) Idem c. 8. L. II. hiſt. et cap. 22. L. I. cauſſ. quo loco Amygdalum humoris abundantia ſterilem, ſic caſtigari tradit. *Dalec.*

Amygdalae ex amaris) Sic Theo-

fiunt, ſi circumfoſſo ſtipite, [1] et ab ima parte circumforato defluens pituita abſtergeatur. Et vlmis z. detrahitur ſuccus inutilis, ſupra terram foratis vſque ad medullam in ſenecta, aut quum alimento nimio abundare ſentiuntur. Idem et ficorum turgido cortice inciſuris in obliquum leuibus emittitur: ita fit ne decidant fructus. Pomiferis *a.* quae germinant, nec ferunt fructum, fiſſa radice inditur lapis, [2] fertileſque fiunt. Hoc *b.* idem [3] et amygdalis, e robore cuneo adacto. In piris *c.* ſorbiſque

1. *praeterforatoque menſura dodrantali pituita defl. etc. Ex Theophraſt.* 2. *Fertiles ſic fiunt. Dal.* 3. *in Ch.*

Theophr. Hiſt. II. 8. et auctor Geop. X. 59. E Latinis Pallad. L. II. in Ian. t. 15. p. 46. Cauſam huius rei aperit idem Theophr. de cauſſ. II. 19. p. 255. Simile eſt quod de ceraſo Palladius prodit in Octobri; t. 12. *Si ceraſus concepto humore putreſcit, in trunco foramen accipiat, quo poſſit educi.* H.

z. (*Et vlmis detrahitur, etc.*) Columel. c. 6. L. V. *Dal.*

Et vlmis) Columell. V. 6. p. 187. *Quum deinde arbor* (vlmus) *vetuſtatem fuerit adepta, propter ramum vulnerabitur, ita vt excauetur vſque in medullam, qua ſit exitus humori, quem ex ſuperiore parte conceperit.* H.

a. Pomiferis quae germinant nec ferunt fructum, fiſſa radice inditur lapis fertileſque fiunt. Hoc idem et amygdalis e robore cuneo adacto) Puto duas dictiones praepoſtere locatas eſſe, et *amygdalis* ponendum vbi *pomiferis* poſuere, et e contrario. Item *fiſſo cortice* legendum non *fiſſa radice*: vtrumque ex Columella L. de arboribus c. 25. et L. V. cap. 8. *Amygdala*, inquit, et *ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adiicito et ita librum arboris inoleſcere ſinito.* Pint. *Pomiferis, etc.*) Theophr. loco citato. *Dal.*

Pomiferis) Theophr. Hiſt. II. 8. H.

b. Hoc idem) Theophr. et Pallad. ll. cc. H.

c. In piris ſorbiſque e teda) In his, inquit, e teda fit cuneus, qui adigatur. Colum. V. 10. p. 202. *Pirus vt ſit ferax, quum adoleuerit, alte eam ablaqueato, et iuxta ipſam radicem truncum findito, et fiſſuram cuneo*

bisque, e teda, ac cinere et terra cooperto. Etiam radices *d.* circumcidisse prodest vitium luxuriantium ficorumque, et circumcisis cinerem addidisse. Fici *e.* serotinae fiunt, si primae grossi, quum fabae magnitudinem excessere, detrahantur: subnascuntur *f.* enim quae serius maturescunt. Eaedem *g.* quum frondere incipiunt, si cacumina rami cuiusque detrahantur, firmiores fertilioresque fiunt: [1] nam *h.* caprificatio [2] maturat.

XLIV.

1. *Nam caprificatione maturata, in ea culices nasci. Gr. et Al.* 2. *caprificatio maturat. V. maturantur, in in ea, etc. Dal.*

neo tedae pineae adigito, et ibi relinquito: deinde absumta ablaqueatione, cinerem supra terram iniicito. Eadem Palladius habet, l. c. p. 45. de sorbo: *Si minus ferre ceperit, tedae cuneus eius radicibus inseratur: vel circa partem vltimam fossa facta cumulo ingesti cineris adaequetur.* H.

d. Etiam radices) Theophrast. Hist. II. 8. et Pallad. IV. in Martio, tit. 10. p. 98. H.

e. Fici serotinae fiunt) Columell. c. 20. lib. de arboribus. *Dal.*

Fici serotinae) Colum. l. c. p. 200. *Si voles ficum, quamuis non natura, seram facere, tum grossulos, prioremue fructum decutito: iterum alterum edet, quem in hiemem differet. Nonnumquam etiam, quum frondescere ceperunt cacumina fici, ferro summa prodest amputare: sic firmiores arbores et feraciores fiunt, etc.* Palladius item in Martio, IV. t. 10. de ficu, p. 99. H.

f. Subnascuntur enim quae serius maturescunt) Et hic puto erratum esse in ordine verborum, legendumque *subnascuntur enim seriusque maturescunt.* Pint.

g. Eaedem quum frondere incipiunt) Theophr. cap. 9. lib. II. hist. et cap. 12. ac 13. lib. II. caus. Haec est decacuminatio, ἡ τῶν ἄκρων ἀπόκλασις. *Dal.*

Eaedem quum) Colum. et Pallad. ll. cc. H.

h. Nam caprificatio) Vide N. et Em. N. XLI. (hic. pos.) *Nam caprif.)* Locum ita postulante sententia eo modo interpunximus, diuisimus: quum prius coniunctim sic ea legerentur: *Nam caprificatione maturata in ea culi-*

XLIV. In ea culices *i.* nasci e grossis manifestum [1] est: quoniam quum euolauere, non inueniuntur intus grana, quae in eos versa apparet. Exeundi *k.* tanta est auiditas, vt plerique aut pede relicto, [2] aut penna pariter erumpant. Est et *l.* aliud genus culicum, quos vocant [3] centrinas, [4] fucis apium similes ignauia malitiaque, cum pernicie verorum *m.* et vtilium: interimunt enim illos, atque ipsi [5] moriuntur. Vexant et tineae semina ficorum. Contra quas remedium, in eodem scrobe defodere [6] taleam lentisci, inuersa parte, quae fuerit

1. *Est, in M. d.* 2. *aut pinnae parte erump. Ch.* 3. *Centinas. Th. et M.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. fucis apum Gr. et Al.* 5. *Commoriuntur. Ch.* 6. *Italicam lentiscum Gr. et Al.*

culices, etc. MSS. omnes, *caprificatio maturat in ea*, etc. H.

i. In ea culices nasci, etc.) Theophr. cap. vlt. lib. II. histor. *Dal.*

In ea culices) Haec ad verbum Theophr. Hist. II. 9. De his iam antea egimus L. XV. f. 21. H.

k. Exeundi tanta) Theoph. l. c. H.

l. Est et aliud) Theophr. Γένος δέ τι καὶ ἕτερόν ἐστι τῶν ψηνῶν, ὃ καλοῦσι κεντρίνας. Hesychius: Κεντρίναι, γένος τι ζώου. Et MSS. R. Colb. Th. *centrinas.* Et mox, *fucis apium*, non, *apum.* H.

m. Verorum et vtilium) Verorum culicum, qui caprificationi sunt vtiles, quos illi qui fucorum malitiam ignauiamque aemulantur, interimunt. Theophr. l. c. H.

n. Ipsi moriuntur) Theophrast. *intus moriuntur*, ἐναποθνήσκουσιν. H.

o. Contra quas remedium) Idem c. 11. lib. V. causs. minus vermiculationem sentiunt, quae inserta lentisco terrae mandantur. *Dal.*

p. Defodere Italicam lentiscum) In veteri lectione non *Italicam lentiscum*, sed *Italiam lentisci* habetur, scribo, *taleam lentisci*, ex Columella lib. de arboribus c. 20. *Sed ne tinea*, inquit, *molesta sit seminibus ficulneis, in imum scrobem taleam lentisci, demittito ita vt cacumen eius deorsum spectet, obruito*, Praeterea Plin. lib. XV. c. 7. et 26. vbi

fuerit a cacumine. Vberrimas q. autem ficus [1] rubrica amurca diluta, et cum fimo infusa radicibus frondere incipientium, facit. Caprificorum r. laudantur maxime [2] nigrae, et in petrosis, quoniam s. frumen-

1. *lubrica.* Ch. 2. *nigrae ex petrosis quon. grana* (κεγχραμίδας) *Theophrast.*

vbi de lentisco differit, nullam facit mentionem Italicae lentisci, nec vllum assignat discrimen inter Italicam lentiscum et cetera lentisci genera. *Pint.*

Taleam lentisci) Vide N. et Em. N. XLII. (hic coll.) *Taleam etc.*) Sic restituere non dubitauimus, etsi libri hactenus editi habeant, *Italicam lentiscum;* quum in MSS. R. aliisque, *Italiam lentisci;* certioresque sint emendandi auctores, Colum. V. 10. p. 200 *Ac ne tinea molesta sit seminibus ficulneis, in imum scrobem lentisci taleam inuerso cacumine demittito.* Quod iterum repetit L. de arb. c. 20. Palladius quoque L. IV. in Martio, et 10. c. de ficu, p. 98. *Ne vermes patiatur ficus, ramum terebinthi, vel lentisci taleam cum plantis fici cacumine ponemus inuerso.* H.

q. *Vberrimas*) Colum. de R. R. V. 10. p. 100. *Semper conueniet, simul atque folia agere ceperint ficus, rubricam amurca diluere, et cum stercore humano ad radicem infundere: ea res efficit vberiorem fructum et farctum fici pleniorem ac meliorem.* H.

r. *Caprificorum*) Sic Theophr. Hist. II. 7. Τὰ μέλανα τὰ ἐκ τῶν πετρωδῶν χωρίων. Frumenta vero grana sunt ficorum: qua voce iam antea vsus, L. XV. f. 21. H.

s. *Quoniam frumenta plurima habeant.*) Scrib. reor, *farcta* non *frumenta.* Columella lib. de arboribus cap. 21. *Semper proderit, simulac folia agere ceperit ficus, rubricam amurca diluere et cum stercore humano ad radicem infundere: ea res efficit vberiorem fructum et farctum fici speciosius et plenius.* Illis Columellae verbis adductus persuasum habeo, hunc locum permutato verborum ordine sic legendum: *Vberrimas autem ficus rubrica amurca diluta et cum fimo infusa radicibus frondere incipientium facit: quoniam farcta plurima habeat. Caprificorum laudantur maxime nigrae et in petrosis. Caprificatio ipsa post imbrem.* Pint.

frumenta plurima habeant: caprificatio *t.* ipsa post imbrem.

XLV. In primis autem cauendum, ne ex remediis vitia fiant: quod euenit nimia aut intempestiua medicina. Interlucatio *u.* arboribus prodest: sed omnium annorum trucidatio inutilissima. Vitis *x.* tantum tonsuram annuam quaerit, alternam vero myrtus, punicae, oleae, quia celeriter fruticescunt. Ceterae rarius tondentur, nulla autumno. Ac ne raduntur *y.* quidem, nisi [1] vere. Putatione plagae ad vitalia sunt omnia quaecumque non superuacua.

XLVI.

1. *vere. Putatione, plagae ad vitalia sint omnes, et quacumque superuacua enodent. Sim. etc. Dal. vere putatione. Plagae Gr. et Al.*

t. Caprificatio) Post imbrem ea recte peragitur, ὅταν ὕσῃ. Theophr. H.

u. Interlucatio arboribus, etc.) Αὔων ἀφαίρεσις. *Dal. Interlucatio)* Quid ea sit diximus s. 19. H.

x. Vitis tantum, etc.) Theophr. c. 5. lib. II. histor. *Dal.*

y. Ac ne raduntur quidem, etc.) Legend. *Ac ne radicantur quidem nisi vere. Putatione, plaga ad vitalia omnia sunt quaecumque non superuacua.* Vide *Salmas.* p. 585. a. *Ac ne raduntur)* Raduntur arbores, vt muscus detrahatur, quibus infestantur. *Muscus, qui more compedis crura vitium deuincta comprimit, situque et veterno macerat, ferro distringendus et eradendus est,* inquit Colum. IV. 24. Pallad. in Febr. tit. 12. *Muscus radatur, vbicumque repertus.* Idem Colum. XI. 2. in Maio: *Oleae putantur, et emuscantur.* Salmasium miror, contra librorum omnium fidem, legi hic velle: *Ac ne eradicantur quidem:* quum praesertim tonsurae ac putationi rasio belle componatur: eradicatio nullo modo. H.

z. Putatione plagae) Dum vites, inquit, et arbores putantur, plagae fiunt vsque ad vitalia omnia, quae non sunt superuacua. Hoc est,

lignum

XLVI. [1] Similis fimi ratio. Gaudent eo, sed cauendum ne in feruore solis admoueatur, ne immaturum, ne validius quam opus sit. Vrit vineas suillum, nisi quinquennio interposito, praeterquam si riguis diluatur: et e coriariorum *a.* sordibus, nisi admixta aqua: item largius. *b.* Iustum existimant in denos pedes quadratos, tres modios. Id quidem soli natura [2] decernet.

XLVII. Columbino ac suillo plagis quoque arborum medentur. Si mala *c.* punica acida nascantur, ablaqueatis *d.* radicibus fimum suillum adhibent: eo anno vinolenta, proximo dulcia futura. Alii vrina *e.* hominis aqua mixta riganda censent quater anno, singulis amphoris: aut cacumina spargi

1. *Similis stercoris rat. sed eo gaudentibus cauendum. Ex Theoph. et Columella.* 2. *decernit. M.*

lignum omne materiesque demitur in ramis, vsque ad eam quae non sit omnino superuacua. Breuius, deputatur quidquid inutile. H.

a. E coriariorum) De his egimus s. 6. Theophr. de causs. III. 25. p. 287. σκυτοδεψικὴ dicitur. H.

b. Item) Item *quoduis fimum vineas vrit*, si largius *sit.* H.

c. Si mala Punica) Colum. V. 201. *Quod si acidum, aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur. Stercore suillo et humano, vrinaque vetere radices rigato. Ea res et fertilem arborem reddit, et primis annis fructum vinosum, et post quinquennium dulcem et apyrenum facit. Nos exiguum admodum laseris vino diluimus, et ita cacumina arboris summa obleuimus: ea res emendauit acorem malorum.* Haec quoque Palladius, aliaque suggerit similia medicamenta, L. IV. in Martio, t. 9. p. 92. H.

d. Ablaqueatis radicibus etc.) Columell. c. 10. lib. V. Dalec.

e. Alii ruina) Pallad. l. c. H.

ſpargi vino laſere diluto. Si findantur *f.* in arbore, pediculum intorqueri. Ficis *g.* vtique amurcam affundi. Ceteris *h.* arboribus aegris faecem vini, 1 aut lupinum circum radices earum ſeri. Aqua quoque lupini decocti circumfuſa pomis prodeſt. Fici, quum *i.* Vulcanalibus 2 tonuit, cadunt. Remedium eſt, vt ante ſtipula hordeacea areae 3 ſtringantur. *k.* Ceraſos praecoces facit, cogitque matureſcere calx admota radicibus. 4 Et hoc 5 autem *l.*, et omnia poma interuelli melius eſt, vt

Aaa 2 quae

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Cb. ac lupinum circa Gr. et Al.* 2. *tonuerit. M.* 3. *ſternantur. V.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. et haec ante omnia poma Gr. et Al.* 5. *autem. M. inter. V.*

f. Si findantur) Colum. l. c. *Mala Punica ne in arbore rumpantur . . . ramulos, quibus dependent, intorqueto: eodem modo ſeruabuntur incorrupta etiam toto anno,* Pallad. item l. c. H.

g. Ficis vtique) Pallad. l. cap. 10. de ficu, poſt Colum. V. 10. p. 200. H.

h. Ceteris arboribus) Pallad. XI. in Octbr. t. 12. de pomis: *Si aegra eſt arbor, faeces vini veteris ablaqueatae oportet infundi, etc.* De piro ſimiliter, in Febr. t. 25. H.

i. Vulcanalibus tonuit) Vulcanalia Auguſto celebrantur: quo tempore fiebat tertia ſatio. Columella cap. 3. lib. XI. *Dal.*

Vulcanalibus) De his libro ſequente ſ. 35. H.

k. Areae ſtringantur) Sic MSS. editique omnes: recte. Sententia eſt, aduerſus vim tonitrui, ne ficus decidant, remedium illud a ruſticanis hominibus adhiberi: areas nimirum ſtipula hordeacea ſpiſſe ac denſe ſpargi. Id enim vox ea, *ſtringi*, hoc loco ſonat. H.

l. Et hoc autem, et omnia) Ceraſum, inquit, et alia poma.

quae relicta [1] sint, grandescant. (XXVIII.) Quaedam poena emendantur, aut morsu *m.* excitantur, vt palmae et lentisci. Salsis *n.* enim aquis aluntur. Salis vim [2] et cineres, sed leniorem, habent: ideo *o.* fici asperguntur, [3] rutaque, ne fiant verminosae, neue radices putrescant. Quin et vitium *p.* radicibus, aquam salsam iubent affundi, si

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. sunt Gr. et Al.*
2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et cinis: habet Gr. et Al.*
3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. lego, rutaeque, ne, etc. Theophr. ideo ficis asperguntur ruta, ne Gr. et Al.*

ma. Hoc illud est, quod Palladius ait, in Iulio, t. 5. *Nunc pira, vel mala, vbi ramos multa poma densabunt, interlegenda sunt quaecumque vitiosa, vt succus, qui ingrate his posset impendi, ad meliora vertatur.* Affinis est earum vocum significatio, *interlegi, interuelli, interradi.* Vide quae de hac postrema diximus L. XV. 2. *Interuelli* dixit pariter Columella IV. 33. H.

m. Morsu excitantur) Ἀνάδηξιν vocat Theophr. c. 23. lib. III. caus. eamque fieri tradit vrina, stercore, et coriariorum purgamentis, ramentis, sordibus, τῇ σκυτοδεψικῇ. *Dalec.*

Aut morsu) Si acria affundantur radicibus, quibus hae quasi morsu ac velli catione quadam excitantur. Theophr. de caussis III. 23. p. 287. Αἱ δὲ ῥίζαι δέονται τῆς ἀναδήξεως . . . Καὶ γὰρ ταύταις παραχέουσι καὶ τὸ οὖρον, καὶ τὴν σκυτοδεψικὴν παραβάλλουσιν. *Et radices arborum morderi desiderant . . . Idcirco his affundunt vrinam, et pellium faeces accumulant.* H.

n. Salsis enim) Vide quae diximus s. 8. H.

o. Ideo fici . . . rutaque) Hoc de ruta speciatim Pallad. in Martio t. 9. Fico idem, ne verminosa fiat, amurcam affundit, aut veterem vrinam. H.

p. Quin et vitium) Auctor.

ſi ſint lacrymoſae: ſi vero *q.* fructus [1] earum decidant, cinerem aceto aſpergi, ipſaſque illini, aut ſandaracha, ſi putreſcat vua. Si vero *r.* fertiles non ſunt, aceto acri ſubacto cinere rigari atque oblini. Quod ſi fructum *s.* non maturent, prius inareſcentem, praeciſarum ad radices plagam, fibraſque, aceto acri et vrina vetuſta madefacere, atque eo luto obruere, [2] ſaepe fodere. Olearum *t.*, ſi parum promiſere fructus, nudatas radices hiberno frigori opponunt, eaque caſtigatione proficiunt. Omnia haec annua caeli ratione conſtant: et aliquando ſerius poſcuntur, aliquando celerius. Nec non *u.* ignis [3] aliquid prodeſt, vt arundini: ambuſta namque denſior mitiorque ſurgit. Cato *x.* et medi-

1. *earum dec. cin. ac. conſpergi. Ch.* 2. *et ſaepe. Dal.* 3. *aliquibus. V.*

ctor. Geop. V. 37. περὶ ῥυάδων ἀμπέλων. H.

q. Si vero fructus) Geop. l. c. H.

r. Si vero fertiles) Geop. V. 35. H.

s. Quod ſi fructum) Geop. V. 32. et 33. Pallad. L. IV. in Mart. t. 7. p. 86. *Aegras vites, vel quibus fructus areſcit, circumfodies, et vrinam veterem ſuffundes. Item cinerem ſarmenti vel querci aceto mixtum ſubiice, etc.* H.

t. Olearum) Plura ſterilitatis olearum remedia ſuggerit auctor Geop. IX. 10. H.

u. Nec non ignis, etc.) Theophraſt. cap. 12. lib. IV. hiſt. *Dal.*

x. Cato) Cap. 93. *Dal.*

Cato) De R. R. c. 93. p. 55. *Olea, ſi fructum non feret, ablaqueato: poſtea ſtramenta circumponito. Poſtea amurcam cum aqua commiſceto aequas partes. Deinde ad oleam circumfundito: ad arborem maximam amphoram committi ſat eſt: ad minores arbo

medicamenta quaedam componit, mensurae quoque distinctione, ad maiorum arborum radices amphoram, ad minorum vrnam amurcae, et aquae portionem aequam, ablaqueatis prius radicibus paulatim affundi iubens. In olea hoc amplius, stramentis [1] ante circumpositis: item fico. Huius *y*. praecipue [2] vere terram adaggerari radicibus: ita futurum, vt non decidant grossi; maiorque fecunditas, nec scabra proueniat. Simili *z*. modo

1. *ante. Gr.* 2. *veterem terram Gr. et Al.*

arbores pro ratione indito. Et idem hoc si facies ad arbores feraces, eae quoque meliores fient: ad eas tamen stramenta ne addideris. H.

y. Huius praecipue veterem terram adaggerari radicibus) Scribo *vere*, non *veterem*: ex Catone ipso, cuius verba sunt, cap. 94. *Fici vt grossos teneant, facito omnia quae modo oleae et hoc amplius: quum ver apparet, terram adaggerato bene. Si ita feceris et grossi non cadent et fici scabrae non fient, et multo feraciores erunt.* Scriptum item exemplar, *vere*, palam praefert, non *veterem*. Pint.

Huius praecipue vere) Ita MSS. Cato c. 94. p. 56. *Fici vti grossos teneant, facito omnia, quo modo oleae, et hoc amplius. Quum ver appetet, terram adaggerato bene. Si ita feceris, et grossi non cadent, et fici scabrae non fient, et multo feraciores erunt.* Prius insulse *veterem terram* in libris hactenus editis legebatur. H.

z. Simili modo) Et hoc Cato totidem verbis, c. 95. p. 56. *Conuoluulus in vinea ne fiet, amurcam condito, puram bene facito, in vas aheneum indito congios duos: postea igni leni coquito, rudicula agitato crebro, vsque adeo dum fiat tam crassum quam mel. Postea sumito bituminis tertiarium, et sulphuris quartarium. Conterito in mortario seorsum vtrumque. Postea infriato quam minutissime in amurcam caldam, et simul rudicula misceto, et denuo*

modo, [1] ne conuoluulus *a.* fiat in vinea, amurcae congios duos [2] decoqui in craſſitudinem mellis: rurſuſque *b.* cum bituminis tertia parte, et ſulphuris quarta ſub dio coqui, quoniam *c.* exardeſcat ſub tecto. Hoc vites circa capita ac ſub brachiis vngi: ita non fore conuoluulum. Quidam contenti ſunt fumo huius mixturae ſuffire vineas ſecundo flatu, continuo triduo. Plerique non *d.* minus

Aaa 4

1. ne couuoluolus. Ch. *2. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. decoctos Gr. et Al.*

denuo coquito ſub dio. Nam ſi in tecto coquas, quum bitumen et ſulphur additum eſt, excandeſcet. Vbi erit tam craſſum quam viſcum, ſinito frigeſcat. Hoc vitem caput et ſub brachia vnguito, convoluulus non naſcetur. Convoluulus Graecis ἴξ, ἰκὸς dicitur: vermiculus vitium foliis ſeſe inuoluens: quocirca inuoluulum Plautus appellat in Ciſtel. act. 4. ſc. 2. v. 63. *Imitatur nequam beſtiam et damnificam.* PH. *Quamnam amabo.* LA *Inuoluulum, quae in pampini folio intorta, implicat ſe.* Et Feſtus: *Inuoluulus, vermiculi genus, qui ſe inuoluit pampino.* H.

a. Ne couuoluulus, etc.) Cato cap. 95. Graecis ἴξ. *Dal.*

b. Rurſus cum bituminis tertia parte et ſulfuris quarta ſub dio coqui, quoniam exardeſcat ſub tecto) Scribo *tertiarium*, non *tertia parte*: et *quartarium*, non *quarta*: et *excandeſcat*, non *exardeſcat.* Cato c. 94. *Poſtea ſumito bituminis tertiarium et ſulfuris quartarium. Conterito in mortario per ſe vtrumque, poſtea infriato minutiſſime in amurcam caldam, et ſimul rudicula miſceto, et denuo coquito ſub dio. nam ſi in tecto coquas, quum bitumen et ſulfur additum eſt, excandeſcat.* Pint.

c. Exardeſcat) Ita MSS. recte. Cato, haud magis proprie, *excandeſcet.* H.

d. Plerique non minus auxilii

minus auxilii et [1] alimenti arbitrantur in vrina, quam Cato in amurca, addita modo aquae pari portione, quoniam per se noceat. Alii *e.* [2] volucre appellant animal praerodens pubescentes vuas: quod ne *f.* accidat, falces, quum sint exacutae,

1. *adiumenti.* 2. *voluocem Gr. et Al.*

xilii) Theophr. c. 23. lib. III. caus. *Dalec.*

Plerique non) Colum. V. 9. p. 198. de olea: *Sed et sine ablaqueatione adiuuanda est amurca infulsa, cum suilla vel nostra vrina vetere: cuius vtriusque modus s e r u a t u r: nam maximae arbori, ni tantumdem aquae misceatur, vrna abunde erit. H.*

e. Alii voluocem, etc.) Colum. cap. 15. lib. De arboribus *v o l u c r e m* appellat. *Dalec.*

Alii volucre) Diuersum a conuoluulo animal. Neque enim conuoluulus pubescentes praerodit vuas: sed vermibus erucae minimae specie, colore cinereo, ex ipsius erucae ouis natus. Pedunculos φθεῖρας vocat auctor Geop. V. 30. p. 147. Vide N. et Em. N. XLIII. (hic coll.) *Alii)* Sic MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. et ceteri o m n e s. *Voluocem*, vt in libris impressis legitur, plane nullus. Quin et Columel. de arb. c. 15. *volucram* vocat. *Genus est animalis*, inquit, *volucra appellatur: id fere praerodit teneros adhuc pampinos et vuas: quod ne fiat, falces, quibus vineam p u t a u e r i s, peracta putatione sanguine vrsino linito: vel si pellem fibri habueris; in ipsa putatione quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito, atque ita putare incipito. H.*

f. Quod ne accidat) Colum. L. de arb. c. 15. et Geop. auctor. l. c. Pallad. I. 35. p. 28. vrsinum adipem pariter ad eos vsus laudat. H.

g. *Has a b i g u n t*) Pallad. Lib. IV. in Martio t. 10.

cutae, fibrina pelle detergent; atque ita putant: [1] ſanguine vrſino liniri volunt poſt putationem eaſdem. Sunt arborum peſtes et formicae. Has abigunt *g.*, rubrica ac pice liquida perunctis caudicibus: nec non et piſce ſuſpenſo iuxta in vnum locum congregant: aut lupino trito cum oleo radices linunt. Multi *h.*, et [2] talpas amurca necant: contraque [3] erucas *i.*, et mala ne putreſcant, lacertae viridis felle tangi cacumina iubent. Privatim *k.* autem contra erucas ambiri arbores ſin-

 gulas

1. *aut ſanguine Gron. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. multi et has et talpas Gron. et Alii.* 3. *vricas. Ch. et mox, contra vrucas, etc.*

10. c. de ficu, p. 98. *Si formicae moleſtae ſunt, rubrica, butyro, et pice liquida mixta circa truncum debet induci. Alii coracinum piſcem contra formicas in arbore ſuſpendendum eſſe confirmant.* Idem et lupinum ad eam rem commendat L. I. t. 35. H.

h. Multi et talpas) Alia aduerſus illas remedia Palladius affert in Martio, tit. 9. *Contra talpas prodeſt catos frequenter habere in mediis carduetis. Muſtelas habent plerique manſuetas. Aliqui foramina illarum rubrica et ſucco agreſtis cucumeris impleuerunt. Nonnulli iuxta cubilia talparum plures cauernas aperiunt, vt illae territae fugiant ſolis admiſſu. Plerique laqueos in aditu earum ſetis pendentibus ponunt.* H.

i. Contraque erucas) MSS. omnes, vbique *vrucas* praeferunt. H.

k. Priuatim autem contra erucas ambiri arbores ſingulas) Legendum reor *areas* non *arbores* ex Columella lib. XI. *Sed et Democritus,* inquit, *in eo libro qui Graece inſcribitur περὶ ἀντιπαθιῶν; affirmat has ipſas beſtiolas necari, ſi mulier quae in*

gulas a muliere *l.* incitati [1] mensis, nudis pedibus, recincta. Item ne quod animal pastu malefico decerpat frondem, fimo boum diluto aspergi folia, quoties imber interueniat; quoniam [2] ita *m.* abluatur virus medicaminis: mira quaedam excogitante solertia humana. Quippe quum auerti carmine grandines credant [3] plerique: cuius *n.* verba

1. *ventris. M. incitatis mensibus. V.* 2. *obluatur ita. Ch.* 3. *plerique. Verba ins. Dal.*

in menstruis est, solutis crinibus et nudo pede vnamquamque aream ter circumeat. Post hoc enim decidere omnes vermiculos et ita emori. Et in carmine de hortorum cultura idem Columella: *At si nulla valet medicina repellere pestem: Dardaniae veniunt artes nudataque plantas Femina, quae iustis tum demum operata iuuentae Legibus, obscoeno manat pudibunda cruore: Sed resoluta sinus, resoluto moesta capillo, Ter circum areolas et sepem ducitur horti, Quae quum lustrauit gradiens, mirabile visu, Non aliter quam decussa pluit arbore nimbus, Vel teretis mali, vel tectae cortice glandis, Voluitur ad terram distorto corpore campe.* Pintian.

Priuatim autem) Vide quae dicturi sumus L. XXIX. 13. H.

l. Muliere incitati mensis) Mulieri quae in menstruis est, cui menses fluunt. H.

m. Quoniam ita) Quoniam aduenıente mox imbre fimo virus omne abluitur. H.

n. Cuius verba inserere non equidem ausim, quamquam a Catone prodita) In antiquo exemplari *proditis*, legitur non *prodita*, quae loquutio apud alios rara, apud hunc auctorem frequens est. *Pintian.*

o. A Catone prodita) Cap. 160. de R. R. p. 89. *Luxum si quod est, hac cantione sanum fiet. Arundinem prende*

verba inferere non equidem ferio aufim; quamquam a Catone *o.* prodita, contra luxata membra, [1] iungenda arundinum *p.* fiffurae. Idem *q.* arbores religiofas lucofque fuccidi permifit, facrificio *r.* prius facto: cuius [2] rei *s.* rationem precationemque eodem volumine tradidit.

1. *iungendo har. fiffuram. Dal.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. rei notionem, rationemque. M. rationem notionemque. Al. cuius rationemque. Ch. rationem quoque eodem Gr. et Al.*

de tibi viridem P. IV. aut V. longam. Mediam diffinde, et duo homines teneant ad coxendices. Incipe cantare in malo S. F. (hoc eft fanitas facto:) *motas danatas darie dardaries aftataries. Dic vna pares vfque dum coeant ... Vbi coierint, et altera alteram tetigerit etc.* H.

p. Arundinum fiffurae) Carmini adiungitur arundo fiffa: luxato membro applicatur: carmen recitatur, dum arundo gemina coeat. H.

q. Idem arbores religiofas, etc.) Capite 193. *Dal.*

Idem arbores) Cato de R. R. cap. 139. pag. 53. *Lucum conculare Romano more fic oportet. Porco piaculo facito. Sic verba concipito. Si Deus, fi Dea es, quoium illud facrum eft, vti tibi ius fiet porco piaculo facere illiufce facri coercendi ergo, etc.* Luci facri fcilicet erant, incaedui. Ouid. Metam. VIII. v. 743. *Ille etiam Cereale nemus violaffe fecuri Dicitur, et lucos ferro temeraffe vetuftos.* Itaque modum voluit docere Cato, quo rite et fine piaculo id fieret. *Conlucare*, inquit Feftus, (verbo *fublucare:) eft fuccifis arboribus locum implere luce. Sublucare arbores, eft ramos earum fupputare, et veluti fubtus lucem mittere.* Et verbo ipfo *conlucare. Conlucare dicebant, quum profanae filuae rami deciderentur officientes lumini.* Gloffae Graeco-Latinae. Διακαθαίρω δένδρον, *conluco.* H.

r. Sacrificio prius facto) Legendum eft: *facrificio prius*

prius facto, cuius rationem precationemque eodem volumine tradidit. Vide *Salmas. p.* 585. a.

* *s. Cuius rei rationem notionemque)* Antiquum exemplar *recreationem* habet, non *notionem.* Forte scribendum *deprecationem*, ex Catone capite 138. et paulo ante, *Contra luxata membra iungenda arundinum fissurae.* In eodem, *contra luxata membra et iungenda.* Item *fissura* legere mallem quam *fissurae*, Pint.